Digitized by Google

5. 1.

Google

DE

# DIPTYCHO . BRIXIANO

AD

# PRINCIPEM. EMINENTISSIMVM

ANGELVM . MARIAM . CARDINALEM

# QVIRINVM

INLVSTRI SOCIETATI COLVMBARIAE FLORENTINAE

*ſe et ſua commendat*

*ab ea* SODALIS *adlectus*

*Io. Caſp. Hagenbuchius.*

## AVCTOR
### AD
# LIBR·VM.

Doctorum manibus teri, volumen,
Feſtinas? Pete Brixiam QVIRINI.
Illic qui ſedet, alter eſt Apollo.
Candoris dubites, benignitatis,
Laus major ſit, an eruditionis.
Huic ſi displiceas, jacens & exul
Aeternis operi caput tenebris.
Sin te luce beant opes QVIRINI,
Alta ſic cane, ſic ovaque voce:
Qui me non amat, odit hic QVIRINVM.
Qui me non amat, odit hunc QVIRINVS.

DE

# DIPTYCHO . BRIXIANO

*BOETHII . CONSVLIS*

# EPISTOLA
# EPIGRAPHICA

AVSPICIIS . IVSSV . ET . SVMTIBVS

PRINCIPIS . EMINENTISSIMI

ANGELI . MARIAE . TIT . S . MARCI . CARDINALIS

QVIRINI

SVMMI . BIBLIOTHECAE . VATICANAE . PRAEFECTI

EPISCOPI . BRIXIANI . CET

EDITA

A

IO . GASPARO . HAGENBVCHIO

PROFESSORE . TVRICENSI . ET . SODALI . ADLECTO

AB . ACADEMIIS . ETRVSCA . CORTONENSI . ET . COLVMBARIA . FLORENTINA

CVM . AENEIS . TABVLIS



*Inventum a Io. Heideggero delineavit et ſculpſit Io. Rod. Holzhalbius.*

TVRICI . EXCVDIT . HEIDEGGERVS . ET . SOC

MDCCXXXXVIIII

# ORDO EPISTOLAE.

## PARS PRIMA ΠΑΡΑΣΚΕΥΑΣΤΙΚΗ.


I. *Pag.* I. & II.

Eminentiſſimi Cardinalis QVIRINI conſilium poſt Diptychon ſuum Vaticanum illuſtrandi Brixiani.

II. *Pag.* II. & III.

Diptychi Brixiani illuſtratio ab Em. QVIRINO mihi demandata.

III. *Pag.* III. & IIII.

Discrepantes de titulo Pompeii ſententias Cicero αἰνίττεται.

IIII. *Pag.* IIII. V. & VI.

Inſcriptio Deciana ſpuria.

V *Pag.* VI. & VII.

Diptychi Brixiani quot interpretes, tot ſententiæ, quas conciliare ἀδύνατον.

VI. *Pag.* VII. & VIII.

Em. QVIRINI bonitas de Brixiano diptycho acturum adjutans.

VII. *Pag.* VIII. & VIIII.

Editores & interpretes diptychi Brixiani.

VIII. *Pag.* VIIII. & X.

Em. QVIRINVS magnus patronus Theſauri diptychorum Goriani.

VIIII. *Pag.* X — XV.

Pars altera epiſtolæ Bozianæ ad Em. QVIRINVM de Diptycho Brixiano exarata.

X. *Pag.* XVI. & XVII.

Binæ ad Em. QVIRINVM literæ BOVHIERII.

XI. *Pag.* XVIII.

Cangiana diptychi Divionenſis interpretatio.

XII. *Pag.* XVIII.

Diptychum Brixianum ex conſulari factum eſt Eccleſiaſticum.

XIII. *Pag.* XVIII. & XVIIII.

Diptycha adhuc edita.

XIIII. *Pag.* XVIIII — XXII.

Quædam de Diptychis duobus ANASTASII.

XV. *Pag.* XXII. XXIII. & XXIIII.

Quædam de Diptychis duobus Florentinis.

## PARS SECVNDA ΑΝΑΣΚΕΤΑΣΤΙΚΗ.

XVI. *Pag.* xxv. & xxvi.
Diptychum Boëthii Brixianum ineditum.

XVII. *Pag.* xxvi. & xxvii.
Bonarota diptychum Boëthii non illuſtravit.

XVIII. *Pag.* xxvii — xxxiii.
Trigæ Brixianorum explicatio diptychi Boëthii.

XVIIII. *Pag.* xxxiii. xxxiiii. & xxxv.
Philippi a Turre interpretatio diptychi Boëthii.

XX. *Pag.* xxxv — xxxviii.
EM. QVIRINI interpretatio.

XXI. *Pag.* xxxviii — xxxxii.
Alex. Symmachi Mazochii explicatio.

XXII. *Pag.* xxxxii — xxxxvii.
Pariſienſis interpretatio prima.

XXIII. *Pag.* xxxxvii. xxxxviii. & xxxxviiii.
Pariſienſis interpretatio ſecunda.

XXIIII. *Pag.* xxxxviiii — lii.
De ſiglis vocum contractarum.

XXV. *Pag.* lii. liii. & liiii.
De vocibus cohærentibus male diremtis.

XXVI. *Pag.* liiii — lxxii.
Pariſienſis interpretatio, CL. de BOZE.

XXVII. *Pag.* lxxii. & lxxiii.
Pariſienſis interpretatio quarta.

XXVIII. *Pag.* lxxiii. & lxxiiii.
Sententia LEICHII.

XXVIIII. *Pag.* lxxv — lxxx.
Sententia BOVHIERII.

XXX. *Pag.* lxxx — lxxxvi.
De Boëthiorum Conſulatibus.

PARS

## PARS TERTIA ΚΑΤΑΣΚΕΥΑΣΤΙΚΗ.

XXXI. *Pag.* LXXXVII. & LXXXVIII.
Ex ſententiis multis una elicita & limata.

XXXII. *Pag.* LXXXVIII. & LXXXVIIII.
Monogramma BE expenſum.

XXXIII. *Pag.* LXXXVIIII — LXXXXIIII.
Ἄλλως de eodem BE.

XXXIIII. *Pag.* LXXXXV. LXXXXVI. & LXXXXVII.
NAR. explicatum.

XXXV. *Pag.* LXXXXVII — CI.
(Flavius) MANL*ius* BOETHIVS conſul a. Cti 487.

XXXVI. *Pag.* CI. CII. & CIII.
BOETHIVS meliore orthographia.

XXXVII. *Pag.* CIII. & CIIII.
V. C. ET. INL. inluſtratur.

XXXVIII. *Pag.* CIIII — CVII.
EXPPPVSEC. intelligenda de Præfectura utraque.

XXXVIIII. *Pag.* CVII — CXI.
De Præfectis Prætorio ſub Marco Imperatore.

## RELIQVA PARTIS TERTIAE.

XXXX. *Pag.* CXII — CXXII.
De Præfectis Prætorio ſub Antonino Pio.

XXXXI. *Pag.* CXXII — CXXX.
PVSEC i. e. P*ræfectus* V*rbi* SEC*undum.*

XXXXII. *Pag.* CXXX. CXXXI. & CXXXII.
SEC. iteratum notat honorem.

XXXXIII. *Pag.* CXXXIII — CXXXX.
CONS*ul* ORD*inarius.*

XXXXIIII. *Pag.* CXXXX — CXXXXVIIII.
ET PATRIC*ius.*

XXXXV. *Pag.* CXXXXVIIII — CLVI.
Peroratio ad Eminentiſſimum QVIRINVM, & Gratiarum actio ad inluſtris ACADEMIAE CORTONENSIS SODALES.

## APPENDIX EPIGRAPHICA.

de qua pag. CXI. *lin.* 27. moneri cœptum eſt.

I. *Pag.* CLVII — CLXV.

Ad EMINENTISS. QVIRINVM Epiſtola HAGENBVCHII. ad d. V. Idus Decembres 1747.

II. *Pag.* CLXVI.

EMINENTISS. QVIRINI Epiſtola ad *Hagenbuchium.*
Reſponſio ad I. ad d. VI. Idus Martias 1748.

III. *Pag.* CLXVII — CLXXX.

Ad EMINENTISS. QVIRINVM Epiſtola HAGENBVCHII.
Reſponſio ad II. ad d. X. Kal. Aprileis 1748.

IIII. *Pag.* CLXXXI.

Ex EMINENTISS. QVIRINI literis, Camboduno Turicum miſſis.
Reſponſio ad III. ad d. VIII. Idus Majas 1748.

V. *Pag.* CLXXXI — CLXXXIIII.

Ad EMINENTISS. QVIRINVM Epiſtola HAGENBVCHII.
Reſponſio ad IIII. Pridie Idus Majas 1748.

VI. *Pag.* CLXXXIIII. CLXXXV. & CLXXXVI.

GORII Epiſtola ad *Hagenbuchium* ad d. VIII. Idus Auguſtas 1748.

VII. *Pag.* CLXXXVII. CLXXXVIII. & CLXXXVIIII.

HAGENBVCHII ad VI. reſponſio. ad d. XVI. Kal. Septembres 1748.

VIII. *Pag.* CLXXXVIIII. & CLXXXX.

Ex HAGENBVCHII ad *Gorium* literis. Pridie Nonas Julias 1748.

VIIII. *Pag.* CLXXXX. CLXXXXI. & CLXXXXII.

GORII ad VIII. reſponſio. ad d. VI. Kal. Septembres 1748.

X. *Pag.* CLXXXXII — CCI.

HAGENBVCHII ad VIIII. reſponſio. ad d. XI Kal. Octobres 1748.

XI. *Pag.* CCII. & CCIII.

BECKII Epiſtola ad *Hagenbuchium.* ad d. III. Non. Novembres 1748.

XII. *Pag.* CCIII — CCXVII.

HAGENBVCHII ad XI. reſponſio. ad d. IIII. Idus Novembres 1748.

Accedit *Pag.* CCXVIII. — fin.

INDEX EPIGRAPHICVS.

PRIN-

# PRINCIPI. EMINENTISSIMO
## ANGELO. MARIAE. CARDINALI
# QVIRINO

JO. GASPAR HAGENBVCHIVS

## ΧΑΙΡΕΙΝ. *Cambodunum Vindelicorum.*

## PARS PRIMA ΠΑΡΑΣΚΕΥΑΣΤΙΚΗ.

### I.

*Em. Card. QVIRINI conſilium poſt Diptychon ſuum Vaticanum illuſtrandi Brixiani.*

ALIQVAMDIV dentes jam acui, PRINCEPS celſisſime, ΣΥΜΠΟΣΙΑΡΧΕ ſplendidiſſime, dapſilios me victurum ſperans, ſi proxime Saliare epulum dares, quod primum Decadis III. edecumatiſſimæ epiſtola IV. pag. [22] pronuntiaveras, fore ut aliis literia de DIPTYCHO BOETHIANO quam primum vulgandis inſeraa exquiſitisſimas Academiæ Pariſienſia lautitias Lutetia ab viro omnibus omnium laudibus majore CL. DE BOZE ad TE transmiſſas. Acceſſit deinde, quod improbam ,eſuritionem meam mirum quantum incitavit & adauxit, qoum in TVIS ad clariſſimum BREITINGERVM noſtrum literis pag. [LX.] rurſum oſtenderes, mel ſuaviſſime memor, a TE quantucyus exaratum iri Epiſtolam ad Etruſcæ Academiæ Socios de variis BOETHIANI DIPTYCHI, qood Brixiæ posſidetia, explicationibus. unde fides mihi omnino fiebat, non modo adpropinquare, ſed jam jam adeſſe tempus dapſilis iſtiua cœnæ TVAE, ad quam integram famem adlaturus, eamque totam expleturus eſſem. Videlicet virtutes TVAS amplisſimas; ingenii dotes præclarisſimas; omnigenæ literaturæ, Archæologiæ, & Criticæ artis peritiam, in TVI ordinis viris quo rariorem, tanto extantiorem, meruiſſe, ot & Regiæ Academiæ Pariſienſis Inſcriptionum bonarum literarum SODALIS cooptareris, & clariſſimorum Etruſcæ Academiæ

 Soda-

Sodalium Cortonenſium PRINCEPS & modimperator conſtituereris. Hic factus ad Academiam TVAM Cortonenſem Epiſtolam publicaſti, Decadis IV. prioribus tribus rerum & magnitudine & copia ſi non ſuperioris, certe nihilo inferioris, tertiam, quæ DIPTYCHI amatorii, QVIRINIANI antea, in poſterum TVO beneficio VATICANI, explicationem continet Vulpianam, in qua quidquid habet eruditionis, habet autem plurimum, pleno horreo admenſus congesſit clarisſimus ille Patavienſium Profeſſor, VVLPIUS. Quid ergo dignius erat, quam ſi TE, PRINCEPS eruditiſſime, ejusdem Academiæ Principatu TIBI delato, & e republica literaria geſto, abdicaturus, id ita faceres, ut altera quadam epiſtola, de altero DIPTYCHO, itidem Brixiano, & aliorum nobis gazas recluderes, & divitias ingenii TVI ſummas largiter explicares? quod ſic a TE inſtitutum, QVIRINE SAPIENTISSIME, nemo non magnopere probaret, laudibusque in cœlum ferret. Moriar, ſi melius conſilium umquam ſusceptum novi. Utinam id ipſe executus eſſes, aut etiamnum exequereris, ſecundum tritum illud, *Conſilii actor ſit, qui auctor fuit.* Sermones ego TVOS nimis lubenter ederem, quin devorarem.

## II.

### *Diptychi Brixiani illuſtratio ab Em. QVIRINO mihi demandata.*

At fercula hæc TVA, PRAESVL opulentiſſime, avidiſſimis dentibus invaſurus, & opipare Saliarem in modum epulaturus, quanta de ſpe decido!

*Crucior, bolum mihi tantum ereptum tam deſubito e faucibus.*
*Quid hoc, malum, infelicitatis? nequeo ſatis decernere:*
*Niſi me credo huic eſſe natum rei, ferundis miſeriis.*

Quæ ſpes eſt? nos eſurituros ſatis. Qui convivam me putabam fore, & lautiſſime acceptum iri confidebam,

[*Iraſcor votis heu levis ipſe meis.*]

derepente necopinato jubeor fieri coquus, & artem exercere, quam minime calleo.

Ἆ, ΜΗ'ΣΤΩΡ, τίς τοί νυ Θεῶν νημερτέα βουλὴν
Ἐν στήθεσσιν ἔθηκε, καὶ ἐξέλετο φρένας ἐσθλάς;

Enimvero, quum a TE, tanto heröe & Μουσηγέτῃ, in me pumilionem, quamvis benignisſime, & ſupra quam dici poteſt honorificentiſſime, in epiſtola ad clariſſimum FEVERLINVM pag. xxxiv. xxxv. tantum oneris legi devolvier,

*Quantum noluerit ferre rogatus Atlas,*

quid animi mihi fuerit, in meis ad TE literis a. d. x. Kal. Apriles ingenue ſum faſſus.

*Haud aliter ſtupui, quam qui Jovis ignibus ictus*
*Vivit, & eſt vitæ neſcius ipſe ſuæ.*

Ubi ad me redii, viſus mihi eſt notisſimus Mæcenati Poëta TVVS aures meas perſonare hisce verſibus ſuis,

Pericu-

*Periculoſæ plenum opus aleæ*
*Tractas, & incedis per ignes*
*Suppoſitos cineri doloſo.*

Quid enim? Ἄνθρωποι ἐκ ἀνθρώπων maximos ſeculi noſtri homines; περιβοήτους, volitantes per ora virûm, qui in Diptycho Barbiſoniano omnes ingenii oervos conteoderunt, in ordinem cogam? Uode mihi tanta vis, curva rectis dignoſceodi, & ſingulis pretium ſtatuendi, quod merentur? ſique iocorrupta fide dixero,

*Quid ſolidum crepet, & picta tectoria lingua,*

quæ ἀξιόπιστα, quæ ἀνεμώλια eſſe videantur,

*Pro ſtudiis hominum ſemper diverſa probantum*

alia aliis videbuntur. id quod taoien unus oomium ægre minime feram, qui oulli rei majora vota faciam, quam ab amicis reprehendi, a benevolis corrigi, ab iis qui plus vident doceri.

## III.

### *Diſcrepantes de titulo Pompeii ſententias Cicero* αἰδεῖται.

Ciceroni uoi contigit, quod neſcio an ulli, ut doctiſſioiorum Romæ virorum ſenteotias, de inſcriptione Pompeiana incidenda diſcrepantes, arbiter factus oon tolleret, ſed toleraret, ne alterius partis favore & gratia excideret. *Tiro Tullius Ciceronis libertus in epiſtola quadam enarrate ſcripſit ad hunc ferme modum: Quum Pompejus*, ioquit, *aedem victoriæ dedicaturus foret, cujus gradus vicem theatri eſſent, nomenque ejus & honores inſcriberentur: quæri cæptum eſt, utrum* conſul tertio *inſcribendum eſſet, an* tertium. *eam rem Pompejus exquiſitiſſime retulit ad doctiſſimos civitatis. quumque diſſentiretur: & pars* tertio, *alii* tertium *ſcribendum contenderent: rogavit*, ioquit, *Ciceronem Pompejus, ut, quod ei rectius videretur ſcribi juberet: tum Ciceronem judicare de viris doctis veritum eſſe: ne, quorum opiniones improbaſſet, ipſos videretur improbaſſe. Perſuaſit igitur Pompeio, ut neque* tertium *neque* tertio *ſcriberetur: ſed ad ſecundum usque* T. *fierent literæ: ut verbo non perſcripto res quidem demonſtraretur: ſed dictio tamen ambigua verbi lateret.* Id autem poſtea in eodem theatro oon ita ſcriptum ſua ætate legit Gellius: *Nam quum multis annis poſtea ſcena, quæ prociderat, refecta eſſet; numerum tertii conſulatus non, uti initio, primoribus literis, ſed tribus tantum lineolis inciſis ſignificatum eſt.* Noct. Attic. X. 1. Calliditatem *primo* vel *primum* Ciceronis, ipſam rem, quæ in diſceptationem quæſtiooemque erat vocata, definire non auſi, deinde & eorum, qui Ciceronis ſorte modeſtiam, ſic timorem ejus ioterpretari poteris, ne inſcientiam dicas, imitati pro TERT. io refecto Pompeii monumento poſuerunt tantum III. Major Relandorum in præf. ad Faſtos Conſulares pag. * * 6. b. rem hanc ex Gellio ita conciſe oarrat, ut Gellio non inſpecto putes, Ciceronis TERT. oumquam in Pompeii theatro ſcriptum fuiſſe, ſed tantum III. Atqui III. pro TERT. io refecto demum monumento multis annis poſtea ſucceſſit. Hunc Relandi errorem obſervavit quoque clariſſ. Joſephus Bartolus [cujus liber LA VERA SPIEGAZIONE DEL DITTICO QVIRINIANO ec. quem anno 1747. exeuote exiturum ſperabamus, ecquaodo prodibit?] Diſſertaz. I. p. 37. not. (171)

 Qui

Qui poſt renatas literas avnrum nnſtrorum memoria cauſſis linguæ latinæ inveſtigandis & diligentiorem & ſelicinrem nperam dederunt, quam a Varrone nlim & Cicerone erat factum, dncuerunt cnmmodiſſime, quæ adverbia videantur, faciem nominis habentia, oon adverbia eſſe, ſed nnmina (v. Ep. ad Bouh. p. 44. *lin.* 10.) per ellipſin expedienda, & ne hilum qnidem intereſſe ad uſum æque ac analngiam, ſive (in) *tertio* (loco) ſive (ad) *tertium* (locum) dixerint antiqui. Vos Itali *volta* amatis: nos Germani mahl. v. I. Fr. Grooov. ad Liv. X. 14. p. 856. b. ubi & ex Arioſto veſtro *ſegno* adtulit dncte cootra Groſippum: qui Grnſippus ſeu Scioppius in Paradox. literar. ep. 1. p. 2. erudite Ciceroni ipſum Cicernnem oppoſuit. Qund autem adfert, eum in 3. de nat. Deorum: *Marius ſeptimo Conſul* diſertim ſcribere nihil dubitaviſſe, in editinnibus vulgaribus *ſeptimum Conſul* invenio ſcriptum, neque aliter in præſtantibus editionibus, Jac. Grooovii Lugd. Batav. pag. 1244. a. cum hac Gruteriana notula: „*Septimum Conſul.*] Pal. pr. duoque Wnuw. *ſepties.*„ & Daviſii Cantabrigienſi, in qua p. 310. b. Regium codicem *ſeptimo* habere adnotatum eſt. Quæ διττογραφίαι quum ſcribis debeantur, Ciceronis manus, ni fallor, noo SEPT. quis enim credat eamdem eum in ſcribeodis libris ſuis ambiguitatem ſecutum eſſe, quam in theatro Pompeii? ſed VII. CONSVL ſcripſit, quod librarii varie, hi *ſepties*, iſti *ſeptimum*, illi *ſeptimo* extenſe ſcripſeruot. Certior ratio eſt vel in prima primæ paginæ inſcriptione operis Gruteri immortalis.

M. AGRIPPA. L. F. COS. TERTIVM. FECIT.

qui ſi COS. TERTIO, itidem ὁλογραμμάτως eſſet inciſus, nemo noſtrum in tanta literarum luce offenderetur, quo modn per conſequentiam literarum in inſcriptinne quam editio Gellii Gronoviana ex Hieronymo Magio adtulit, P. DECIVS. DECII. F. PRIMO. COS. DE. SAMNITIBVS. TRIVMPHANS. SPOLIA. EX. HIS. CERERI. CONSECRAVIT. ITERVM. ET. TERTIO. COS. legitur. Meodnſe CONSPECTAVIT pro CONSECRAVIT textus Magianus recuſus a Grut. Fac. Crit. T. II. p. 1381. contra ea in onta Gelliana ante CONSECRAVIT excidit CERERI.

## IIII.

### *Inſcriptio Deciana ſpuria.*

Titulum hunc Decianum Gruterus Theſauro ſuo 26: 11. ſic intulit.

*Romæ.*

P. DECIVS. DECI. F
PRIMVM. COS
DE. SAMNITIBVS
TRIVMPHANS
SPOLIA. EX. IEIS
CERERI. CONSECRAVIT
ITERVM. ET. TERTIVM
CONSVL...................
--- --------------- -------

*E Mazochio.*

Unde

Unde deſumtum ſit Gruteri PRIMVM & TERTIVM *Coſ.* ſeu *Conſul*, nusquam invenio: nam ex quo uno ſe hauſiſſe ſubſcripſit Gruterus, typus Mazochii pag. 80. a Magiano non abit, niſi in ultima voce CONSVL, non, ut Magius, COS, & cum Mazochio planiſſime conſpirat Apianus, qui ut ineditum inſcius bis dedit, pag. 254. & 307. neque magis reperio, ex quo ſonte Gruteri IEIS pro HIS promanaverit. An Gruteriani textus ſabricator, quem qui fuerit neſcimus, *primum* & *tertium* Conſul antiquius credidit quam *primo* & *tertio* Conſul? an idem archaiſmum IEIS lapidi adfricuit, quia Decii id temporibus dignius exiſtimavit, quam *his*, aut *eis* vel *iis*? Scaliger ind. 23. *P. Decius D. F. COS. 26*: 11. quod plenius *P. Decius Decii F.* dare debebat, ne ob COS. de ind. 22. dicam, in quo in conſulibus ſingularibus omiſſus eſt hic *P. Decius Decii F.* non D. F. Sigla enim D. prænomen *Decimi* de more notat, gentem *Decii* non notat: & pater P. Decii ſi ſigla indicatus eſſet, P. DECIVS. P. F. i. e. *Publii Filius* legeretur. Holthenus non modo ex Scaligero retinuit *P. Decius D. F. 26*: 11. ſed de ſuo quoque ſuffixit. *A. V. C.* 474. *ante C. N.* 279. Secutus eſt, credo, Almeloveenium, qui Faſt. Conſ. T. II. bis, p. 87. voc. *Decio*, & p. 177. voc. *Mure*, ſaxum Gruteri 26: 11. ad P. Decium conſulem anno V. C. 474. ſeu 475. retulerat, maniſeſto errore. Cic. Tuſc. Quæſt. lib. I. Cap. 37. ſeu §. 89. & veriſſime, & breviſſime ſcripſit, *cum Latinis decertantem patrem Decium, cum Etruſcis filium, cum Pyrrho nepotem, ſe hoſtium telis objeciſſe.* In Gruteriano lapide non Decius nepos, qui cum Pyrrho decertavit, ſed Decii, qui conſul a. V. C. 413. cum Latinis pugnans ſe devovit, filius refertur, qui ut ab Aur. Victore de Viris Illuſtr. cap. 27. memoriæ proditum eſt, *quarto conſulatu cum Fabio Maximo, cum Galli, Samnites, Vmbri, Tuſci contra Romanos conſpiraſſent, ibi exercitu in aciem ducto, & cornu inclinante, exemplum patris imitatus, advocato M. Livio Pontifice, haſta inſiſtens, & ſolleunia verba reſpondens, ſe & hoſtes Diis Manibus devovit. Impetu in hoſtes facto, victoriam ſuis reliquit. Corpus a Collega laudatum, magnifice ſepultum eſt.* Noti ſunt ex Faſtis Decii bujus conſulatus quatuor, annis V. C. 441. 445. 456. 458. ante C. N. 312. 308. 297. 295. Trium conſulatuum priorum meminit inſcriptio Gruteri Deciana. Sed tantæne ea antiquitatis? *Credat Judæus Apella.* non ego. Qui ejusdem ſeculi præcipitis inſcriptionem antiquiſſimam, bello Punico primo Duilio Conſuli a. V. C. 493. poſitam, ſemel legit (Grut. 404: 1.) næ is nihil intelligit, niſi intelligat, titulum Decii nihil minus quam ſaporem ſeculi iſtius babere, & ſœtum ſequiorum temporum eſſe. Ego quidem certe, quæ Muratorius ad inſcriptionem, qoam in ſua conſulum claſſe primam profert ad A. V. C. 449. ante C. N. 304. p. 281. *init.* vere monet, eodem jure de Deciano lapide pronuntio. *Dent mihi veniam* qui Romæ *lapidem hunc* extare dicunt, *ſi ſpurium appello. Nullam aliam habemus tam remotæ antiquitatis Inſcriptionem apud Romanos; & ſi qua eſt, ſtilus ibi antiquitatem ipſam olet, uti conſtat e pauculis, quæ ſuperſunt. Heic omnia concepta ſecundum mores poſterioris ævi.* Cujus, quæris, ſeculi? ejus quo Sex. Aurelius Victor claruit. quid enim præſert Decianus lapis? ipſum Victoris de viris illuſtribus initium capitis XXVII. ut dubitare non poſſim, quod & aliis conſtat

exemplis interdum factum eſſe, ſi umquam lapidi inciſa ſunt illa de Decio, inciſa eſſe ex libello, quem dixi, de viris illuſtribus, & fruſtra pro antiquis venditari. quod adhuc fugiſſe doctiſſimos viros, qui titulom Decianum ceu *γνήσιον* certatim admiſerunt, mirari ſatis non poſſum. Hadr. Relandus præf. Faſt. p. ** 6. b. contra Magium, cui, quod ex Relando non videmus, *tertium* & *tertio* indifferenter, quemadmodum *primum* & *primo* dici viſa ſunt, disputans Gruteriani lapidis TERTIVM cum Magiani typi TERTIO committit: ipſam tamen Decianam inſcriptionem non dubitat poſt tempora demum Decii exaratam eſſe. Num nos dubitabimus, ſi Relando titulum Decianum oil niſi Aur. Victoris verba habere conſtitiſſet, totam eum inſcriptionem *νοθείας* fuiſſe poſtulaturum? At Andr. Schottus, doctiſſimus Sex. Aur. Victoris commentator, tantum detulit huic monumento ſpurio, ut Horatii verſu mihi ſit utendum.

*Indignor, quandoque bonus dormitat Homerus.*

Optimo viro peſſime impoſuit, quod Hieronymum Magium credebat adfirmare, ſe antiquiſſimam banc lapidis inſcriptionem Romæ vidiſſe. Immo Romæ viſi, non ſe vidiſſe, ſcripſit Magius, nullum fraudatoris dolum animadvertens: quem, ſi vel maxime ſaxum ſuis ipſe oculis vidiſſet, credo facile agniturum eum fuiſſe, ſi Aur. Victoris tantum verba ſciviſſet dari. Dedit Magius, minime, puto, *αὐτόπτης*, aut ex Mazochio, aut ex Apiano, qui oculatum teſtem laudant nullum. quid? quod *Mazochius*, quum intelligeret *Epigrammata antiquæ urbis* a ſe Romæ excuſa ſtabulum mendorum dici mereri, omni cura in corrigendis libro adnexis inſcriptiones ſuas ad lapides ipſos examinavit; at nullum paginæ ſuæ octogeſimæ epigramma ſe vidiſſe teſtatur. Nobis certum eſt, titulum Decianum, ſive PRIMVM & TERTIVM, ſive PRIMO & TERTIO Conſul in eo legatur, ſpurium eſſe: at in auctore de viris illuſtribus legi *primo conſul* & *tertio conſul*: quæ cooſtantiſſima eſt codicum omnium ſcriptura.

## V.

### *Diptychi Brixiani quot interpretes, tot ſententiæ, quas conciliare ἀδύνατον.*

Si in diptycho Boëthiano tantum de SEC. quæreretur, utrum a *Bonbierio* rectius SEC*undo*, quam SEC*undum* a *Leichio* eſſet lectum, cum bona utriusque gratia Plautinum dicerem, *ciccum non interduim.* at quum cetera compendioſa ænigmata, inque ipſis ipſum boc SEC, nonniſi uni veræ interpretationi recipiendæ nara dataque, tot diverſiſſimas paſſa ſint interpretationes virorum doctiſſimorum (nam ita eſt:

*Quot homines, tot ſententiæ: ſuus cuique mos:*)

nemini earum æſtimatori contingit eſſe tam beato, ut quodam eas *συγκρητισμῷ* in concordiam redigat inter ſeſe: eſt eoim *τῶν ἀδυνάτων.*

*Non licet, ut placidis cocant immitia; non ut*
*Serpentes avibus geminentur, tigribus agni.*

Erudi-

Eruditiſſimorum interpretum choro, qui ſuas a TE rogati ſententias dixerunt, merito occinas,

*- - - - - - - - - - - Feciſti probe:*
*Incertior ſum multo quam dudum - - -*

Doctorum de ſiglis diptychi Boëthiani opiniones cum tam variæ ſint, tamque inter ſe diſſidentes; alterum fieri profecto poteſt, ut earum nulla; alterum certe non poteſt, ut plus una vera ſit. De quo quia TVA doctrina, VIR EMINENTISSIME, meruit pronuntiare, & TVA non modo auctoritate, quæ maxima mihi ſemper eſt, ſed etiam blando perſuaſu TVO, qui omni imperio potentior eſt & violentior, ad id audendum, minimi ego ingenii homo quam graviſſime inducor & impellor, hanc ante omnia invidiam omni qua poſſum prece, quam poſſum longiſſime amolior, ne, quorum explicationibus non adſentior, eorum quidquam famæ & eruditioni detraxiſſe videar. Sunt enim viri maximis plurimarum literarum præconiis florentiſſimi, quorum laus excelſo & illuſtri loco, in plurimorum & ſociorum & civium, quin totius orbis literati conſpectu eſt ſita: ut eorum diſciplinæ alumnus fieri exoptem. Quid ergo? Audaciæ ego columen? minime. At tanto officioſior, quam ceteri? ne iſtius quidem laudis ita ſum cupidus, ut aliis eam præreptam velim. Quod unum me omnibus facillime excuſet, hoc eſt, quia materia hæc de diptycho Brixiano non eſt a me ſumta ex Horatii præcepto, ſed mihi imperata. ut enim primum de eo agens ab Inl. BOVHIERIO, qui doctiſſimas chartas ſuas benigne mecum communicaverat, fui provocatus: ſic eamdem nunc pyrrhicham rurſus ſum ſaltaturus, οὐχ ἑκών, ἀλλὰ διὰ τὸν διατάξαντα, ut ſalvo officio tacere non poſſim. A me enim TV contendiſti, QVIRINE ampliſſime, qui apud me & amicitia, & beneficiis, & dignitate plurimum potes: cujus ego neque benevolentiam erga me ignorare, nec auctoritatem aſpernari, nec voluntatem negligere debeo.

## VI.

### *Em. QVIRINI bonitas de Brixiano diptycho acturum adjutans.*

Officium ergo non ſequi qui poſſum ſine piaculo? Maxime, cum quidquid id eſt oneris mihi impoſiturus, id inſigni benignitate & comitate TVA, quæ exemplo ſufficiat, ipſe mihi adjutaveris. Copiis enim ceteris omnibus, quibus in priore ſcriptura carueram, non modo me inſtructiſſimum reddidiſti,

*O & præſidium, & dulce decus meum,*

ſed ſupplementum tandem acceſſit, quod unum mihi adhuc deeſſe TIBI vixdum ſignificaveram,

Αὐτίκ' ἔπειθ' ἅμα μῦθος ἔην, τετέλεστο δὲ ἔργον.

Quum enim animum induxiſſem, utile eſſe, cognoſcere, quid Ephemerides Eruditorum Italiæ, quarum nulla apud nos habendi facultas dabatur, de Boëthii Conſulis expromſiſſent diptycho, quod ejus iconem Tumo Veneti Diarii duodetrigeſimo pag. 39. ſeqq. deſcriptam ære & erudite illuſtratam in Fabricii Bibliotheca Latina pridem lege-

legeram : v. ad Bouh. p. 322. *lin.* 32. noluiſti mihi ullum commodum in TE claudier, & relictis rebus omnibus Tomi iſtius folia duo priora, quæ paginas duodequinquaginta complectuntur, a reliquo volumine diſſuta, cum tabulis æneis endem pertinentibus, ab usque Brixia trans Alpes ad me ſine mora miſiſti. quorum uſum foliorum etſi non maximum eſſe experiar, quia Venetos auctores, qui p. 40. ſcripſerunt, ſe reſervare *ad altro tomo le ſpiegazioni*, & p. 48. *med.* deſcriptionem ſuam his clauſerunt verbis, *Queſto è quanto ci è accaduto di oſſervare con molta attenzione ſul materiale di queſto Dittico, differendo le neceſſarie ſpiegazioni del tutto ad altro tempo, e contentandoci adeſſo di averlo eſpoſto in tal guiſa alla conſiderazione degli eruditi*; ſuis eos promiſſis poſtea non ſtetiſſe, ex omnium, qui poſt eos de hoc diptycho ſunt commentati, ſilentio ſatis intelligo : ex hac tamen TVA mihi inſerviendi cupiditate me commoda percepiſſe haud pœniteoda, ſuis infra locis ſemel iterumque adleram, ut lætas legas.

## VII.

### *Editores & interpretes diptychi Brixiani.*

Ut bene memorem gratumque vel jam me præſtem, haud alienum videtur recenſere, quæ mihi præſto ſint ad diptychum Boëthianum facientia doctorum monumenta. etſi enim poſt QVIRINVM Iliadem ſcribere videar, quod ea partem longe maximam uni TIBI debita in epiſtola ad clar. FEVERLINVM pag. xxxv. ipſe enumeraveris; oe tamen ad epiſtolam TVAM toties nos recurrere ſit opus, heic commemorabo, ſervato quantum fieri poterit temporis ordine, quo quæque aut prodierunt, aut ſcripta ſunt.

A. Giornale de' Letterati d'Italia. Tomo Venteſimottavo. Articolo II. *Deſcrizione di un Dittico di avorio di BOEZIO Conſolo, che ſi conſerva in Breſcia nel Muſeo de' Sigg. Barbiſoni.* Pag. 39—48. *poſt med.* ubi & tabulæ æneæ adſunt tres; prima diptychi patentis adverſi, altera & tertia ejusdem averſi; & deſcriptio talis, cui quod adderes nihil fuiſſe ad CL. de BOZE *Roma* ſcripſiſti VI. Kal. Nov. 1742. Decadis II. Epiſt. IV. pag. (XXV.) quam ad FEVERLINVM poſtea ſcribens *Diſſertationem* merito vocaſti, *Romanam* mihi interdum vocandam, multo cum fructu a me lectam, quippe optimæ frugis pleniſſimam, TVAque præſtanti eruditione digniſſimam.

B. Eruditorum BRIXIANORVM interpretatiooes, de quibus a Paulo GALEARDI, Cathedralis TVAE Eccleſiæ Canonico, conſultus eſt Adrienſis Epiſcopus, clariſſimæ memoriæ vir Philippos a TVRRE. Harum in eadem ſive epiſtola ſive diſſertatione TVA primum prolatarum notitiam uni TIBI debemus; ut &

C. Reſponſionem Ph. a TVRRE ad Canooicum Galeardi. In ead. ep. Romaoa pag. (XXV.) (XXVI.)

D. TVVM interpretationum Adrienſis Præſulis examen doctiſſimum. In ead. diſſ. Romana pag. (XXVII.) (XXVIII.)

E. Celeberrimi Alexii Symmachi MAZOCHII, Canonici Neapolitani, Epiſtola ſeu Diatriba, ſplendidiſſimo oomini TVO inſcripta, qua tribus Decadis TVAE ſecundæ

cundæ epiſtolis, tertiæ, quintæ, & nonæ, paginis [xxxx.] ita reſpondet, ut Sectione III. tota, ſeu pag. (xix.) — (xxv.) DE DIPTYCHO BRIXIANO BOETHII CONSVLIS data agat opera.

F. Interpretationes Regiæ Pariſienſis Inſcriptionum & bonarum literarum Academiæ, ab CL. de BOZE ſermone gallico ad TE perſcriptæ, Lutetiæ Pariſiorum pridie Kal. Februarias 1743. quas humaniſſime ad me nuper tranſmiſiſti.

G. Quæ doctiſſimus mihique cariſſimus LEICHIVS de diptycho Brixiano commentatus eſt, in ejus de Diptychis Veterum libro Lipſiæ a. 1743: 4. edito leguntur pag. (xxv.) — (xxxiii.)

H. Inl. BOVHIERII *Conjectures ſur un Diptique inſeré au Journal de Veniſe.* Divione ad TE primum miſſæ iv. Kal. Apr. 1743. ante editum LEICHII librum: deinde ad me cum auctario, ſeu ad LEICHII interpretationem obſervationibus ipſius Præſidis Divionenſis xvi. Kal. Nov. 1744. v. Epiſt. Epigr. pag. (29) *fin.* (30) *init.* ubi & de latina prioris Boubierianæ curæ editione in Belgio a celeberr. d'ORVILIO curata dixi.

I. Quæ ad BOVHIERIVM de diptycho Brixiano reſcripſi, in iisdem Epiſtolis Epigraphicis habentur pag. 316. *lin.* 32. —— 352. *lin.* 23.

K. Minime omiſerim, quod primo loco commemorare debuiſſem, poſt diptychi imaginem Venetiis adumbratam, aliam recens ænea tabella perfecte exprimendam TE curaviſſe. quo beneficio ἀρχαιοφίλως quantopere TIBI in perpetuum obſtrinxeris, me indicente omnes intelligunt & prædicant.

Quæ literis alphabeti decem prioribus hactenus indicavi, qui oculis animoque luſtrat, animo tam cernit, quam quæ oculis videntur, niſi TV, Eminentiſſime QVIRINE, ſignum ſuſtuliſſes, vexillumque propoſuiſſes, Diptychum Boëthii, quamvis in Diario Veneto adſatim deſcriptum, pridemque orbi erudito oſtenſum, nulla interpretum luce radiaturum fuiſſe. namque & Brixianorum, & Ph. a Turre, & TVIS curis caruiſſemus; neque Mazochius, neque Cl. de Boze cum Sodalibus ſuis TVISque Pariſienſibus, neque Leichius, neque Boubierius, ταλαύρινοι πολεμισταί, & ὄζοι Ἄρηος, neque ego, καίπερ ὢν ἰδὼς αἰχμῆς ἢ μάχης καυστειρῆς, ad arma concurriſſemus.

## VIII.

### *Em. QVIRINVS magnus patronus Theſauri diptychorum Goriani.*

Expoſitis, quaſi per ſaturam, ſubſidiis, quæ ad unum ferme omnia prolixæ Eminentiſſimi QVIRINI liberalitati me debere memori mente recolo, gratiſſimoque animo teneo, non teneor, quin dicam, maximam mihi admirationem moveri, TE tantum Principem, qui negotia tanta, tot curas ſeveriores ſuſtineas, toties Muſas manſuetiores reſpicere, toties de literis antiquis præclare mereri. Altero id exemplo clariſſimo illuſtraturus, ab Diptychis non abeo. Quod jamdiu doctiſſimus & clariſſimus GORIVS molitur Syntagma, quo diptycha quotquot extant & ſuperſunt omnia, ſive edita ſive inedita, ſuis aliorumque obſervationibus illuſtrata complectetur, nonne TIBI æque multa, ſi non plura, atque ipſi celeberrimo auctori debebit?

Nam, ut optimum virum in ornanda hac ſparta, quam ſuſcepit, adjuves, neminem non rogas, etiam TE longe inferiores, GORIO ut ſuppetias ferant. Unde unde quid ei erui poſſe ſperas, pulſas fores, adītas, inſtas, niſi exauditus non diſcedis, quaſi ſtipem eburneam, omni auro cariorem, TIBI corroges, non GORIO, ut quemquam tam ferreum non credam dari, qui ſurdus eſſe poſſit precibus TVIS, quibus GORII rem cauſſamque publice ſupplex agis in epiſtola ad eruditiſſimum BOZIVM pag. (v.) Neque ſummum hoc TVVM erga ſe ſtudium GORIVS neſcit, aut minus, quam par eſt, veneratur, quantum mereris id deprædicans in ſuis ad vitam Mich. Ang. Bonarotæ adnotationibus pag. 96. *init.* magisque etiam & ore pleniore idem in ipſo DIPTYCHORVM THESAVRO, nemini niſi QVIRINO dicando, collaudaturus. Quantillum & ego valuerim, id omne me GORIO valuiſſe, in epiſtola ad Bouh. p. 46. a me ſcriptum eſt. quo officii genere, quod pro amicitia GORIO debui, quia non a GORIO tantum, ſed etiam a QVIRINO me gratiam iniviſſe compertum habeo, ipſum officium GORIO a me præſtitum mihi ſit longe jucundius.

## VIIII.

### *Pars altera epiſtolæ Bozianæ ad Em.* QVIRINVM *de Diptycho Brixiano exarata.*

Quod TV, QVIRINE feliciſſime, ante omnia fuiſſes facturus, ſi conſilium a TE captum exequi ipſe voluiſſes, ut Bozianarum Diptycbi Boëthiani explicationum opulentiam omnibus exponeres, id mihi inprimis faciendum eſſe video. Epiſtolam TVAM ad doctiſſimum & clariſſimum virum CLAVDIVM DE BOZE, Regiæ Galliarum Academiæ Inſcriptionum & bonarum literarum perpetuum *Secretarium* (mox deinde ob præclara ejus tot annorum merita ejusdem Academiæ celeberrimæ DIRECTOREM benemerentiſſimum) de *Diptychis* clauſurus pag. (XXVIII.) hæc poſuiſti.

„Supereſt, ut quoniam ad obſcuriora quævis antiquitatis ænigmata diſſolvenda „nullus præſtantior eſt Oedipus Regia Pariſienſi Academia Inſcriptionum & Bonarum „Literarum, Te Optime CLAVDI, valde exorem, ut quæſtioni quoque huic (de in„ſigni Diptycho, quod Brixiæ poſſidet illuſtris Barbiſonia familia) enodandæ ejus„dem intelligentiam adhibeas.„

Reſponſionis Bozianæ partem priorem de Diptycho TVO quamvis illiterato, præſtantiſſimo tamen & elegantiſſimo, luci publicæ ipſe ſtitiſti Dec. III. Ep. IV. ad doctiſſimum & clariſſimum virum Nicolaum FRERETVM, perpetuum Academiæ Inſcriptionum Pariſienſis Secretarium, digniſſimum qui in eo munere BOZIO ſuccederet, pag. [16]--[22] hæc tantum de TVO interjicens.

„Hisce a Bozio traditis de Diptychi noſtri interpretatione, mox tranſitum facit „ad Brixianum Diptychum Boëthii Conſulis imaginem repræſentans, explicandum. „Eam Epiſtolæ Bozianæ partem omittam, quod aliis literis de Brixiano illo Diptycho

„quam

„quam primum vulgandis, ne præſentium moles nimium excreſcat, eamdem inſere-
„re opportuuum cenſeam; ac clauſulam tantum ipſius recitabo.„

Epiſtolæ BOZIANAE partem alii epiſtolæ a TE tunc reſervatam, deinde autem mecum, quæ eximia TVA humanitas eſt, communicatam, jam nunc exhibeo.

IL me reſte, MONSEIGNEUR, à Vous parler de l'Inſcription du Diptique de Boëce ſur laquelle Vous m'avez chargé de conſulter l'Académie: Le ſens des Lettres initiales dont cette Inſcription eſt en partie compoſée, ne ſe préſente pas aſſez naturellement pour Vous promettre autre choſe que des conjectures; & comme c'eſt ſans doute tout ce que Vous en avez attendu, Vous ſerez au moins à portée de choiſir.

## Inſcription du Diptyque.

## NARMANLBOETHIVSVCETINL
## EXPPPVSECCONSORDETPATRIC.

On a d'abord penſé que comme il s'agiſſoit de jeux & de Spectacles accompagnez de largeſſes au Peuple, on pouvoit ſuppoſer que Boëce étant encore particulier, s'etoit promis que ſi jamais il devenoit Conſul, il en donneroit de magnifiques à ſes dépens, pour célébrer le jour de la naiſſance de Théodoric, ou l'anniverſaire de Rome, & que tout ayant ſuccedé à ſes vœux, il en avoit ordonné la célébration indiquée par le Diptyque ſur lequel il faloit lire

N*Atales* R*egios* (ou R*omæ*) MANL*ius* BOETHIVS V*ir* C*lariſſimus* ET INL*uſter* EX P*ro*P*riis* P*ecunia* V*oto* S*uscepto* E*dixit* C*elebrandos* CONS*ul* ORD*inarius* ET PATRIC*ius.* Grut. 153: 4. & 713: 14. Ed. Grav.

Cette Interprétation n'a pas beſoin de Commentaire; il n'en eſt pas de même des ſuivantes.

N*ovo* A*nno* R*edeunte* MANL*ius* BOETHIVS V*ir* C*lariſſimus* ET INL*uſter* EXP*ectatus* P*rinci*P*i*bVS EC*ce* CONS*ul* ORD*inarius* ET PATRIC*ius.*

Que l'expreſſion *Anno Redeunte* ſoit très Latine, on ne ſçauroit le révoquer en doutes; l'exemple qu'en donne Horace ſemble fait exprès, quand il dit à Mécénas

*Hic Dies, Anno Redeunte, feſtus.*

L. III. Od. 8.

L'Epithéte *Novo*, loin de rien changer à l'expreſſion, y ajoute d'autant plus de force; que c'etoit préciſément le premier jour de la nouvelle année que les Conſuls ordinaires entroient en charge.

*Annum pande Novum Conſul vetus.*

Sid. Apoll. Carm. II.

*Abunde gaudeo cum te Conſulem Novus Annus expectat.*

Q. Symmach. L. I. Epiſt. 22.

*Felix à Conſule ſumat Annus auſpicium.*

Caſſiod. L. II. Epiſt. 1.

Principibus placuiſſe Viris non ultima laus eſt. Horat. L. I. Ep. 17.

Ces autorités ſont, pour ainſi dire, contemporaines de Boëce : paſſons à l'EXP*ectatus* Princi*P*i*b*VS, en ſuppléant le mot VIRIS, qui ſe ſouſentend de lui même, & qu'il convenoit d'autant moins d'employer, qu'il ſe trouvoit déjà au nominatif dans la ligne précédente V*ir* C*lariſſimus* ET INL*uſter*.

Il eſt certain que Boëce diſtingué entre tous les Romains de ſon tems, par ſa naiſſance comme par ſes richeſſes & ſes alliances, & plus encore par la ſupériorité de ſon eſprit & par l'eclat de ſes vertus, devoit être ardemment deſiré & attendu par tous les honnêttes gens dans la Place de Conſul ordinaire : Il ne s'agit donc que de voir ſi ce ſentiment a été bien rendu par le terme d'EXPECTATVS. Cicéron nous en fournit deux exemples formels ; Le premier, lorsque pour engager ſon cher Tiron à le venir trouver, il lui dit

*Carm omnibus* EXPECTATVS*que venies.*

L. 16. Epiſt. Fam. 2.

Le ſecond, lorsque parlant des deux jeunes Scipions fils de Paul Emile que la mort enleva aux eſperances de Rome qui s'attendoit à les voir remplir les premiéres places de la République, il s'exprime ainſi

EXPECTATIS *ad ampliſſimam dignitatem fratribus.*

Dialog. de Seneſtute.

Enée ao ſecood livre de l'Enëide, tieot la même langage à Hector qui lui apparoit en ſonge

*quibus Hector ab oris*

EXPECTATE *venis ?*

Aeneid. II. Vers. 282. & 83.

Du Cabinet de M. l'Abbé de Rothelin.

& oo ne peut douter que ce ne ſoit d'après cette expreſſion de Virgile, qu'à été formée la Légeode ſinguliére d'une Médaille de Carauſius qui marque le deſir qu'avoient les Peuples de la grande Bretagne de le voir arriver dans leur Isle EXPECTATE VENI.

Boëce ſouhaitté de même à Rome dans la Place de Conſul ordinaire, EXPECTATVS *ad ampliſſimam dignitatem*, y parvient enfin, & il eſt auſſitoſt repréſenté ſur les Diptyques avec tout l'appareil de ſa nouvelle dignité EC*ce* BOETHIVS CONS*ul* ORD*inarius* &c.

On pouvoit ſe diſpenſer de rendre le monoſyllabe EC par EC*ce*, dont il eſt le primitif, on le trouve dans tous les anciens Gloſſaires tant imprimez que manuſcrits, comme dans le Catholicon de Joannis de Janua, dans le Vocabulaire de Papias, & même dans le Tréſor de la langue Latine de Robert Etienne. EC paroit avoir eu une ſignification encore plus éoergique & plus étenduë qu'*Ecce*, puisqu'on lui doone pour Syoonimes tous ces autres adverbes *En*, *Nunc*, *Hodiè*, *Jam*, *Tandem* : Il a de plus l'avan-

l'avantage de s'nnir aux Pronoms Perſonnels dans tous les genres, dans tous les nombres, & preſque dans tous les Cas, *Ecco* pour *Ecce ego*, *Ecce me*; *Eccum*, *Eccam*, pour *Ecce eum*, *Ecce eam*; *Eccos*, *Eccas*, pour *Ecce eos*, *Ecce eas.* Les deux Gloſſaires que j'ai citez, ajoutent *Vide*, *Aſpice*, comme ſi EC étoit encore plus démouſtratif que *Ecce.*

Les Auteurs qni ont parlé de Boëce, rapportent diverſes Epitaphes qu'ils aſſurent que l'on mit ſur ſon Tombeau à Pavie; La plus ancienne de toutes eſt probablement elle où la Ville de Pavie retient eucore ſon premier nom de *Ticinum*, qui ne fut changé en celui de *Papia* que dn tems des Lombards, & cette Epitaphe commence ainſi

*Ecce Boethus adeſt* - - - - - - - - - - - - - -

Je n'inſiſterois pas davantage ſur cette ſeconde Interprétation, ſi je n'avois encore à ajouter qu'au cas que le mot EXPECTATVS quoiqu'autoriſé par l'uſage qu'en ont fait les Hiſtoriens, les Orateurs, les Poëtes, les Medailles même, ſouffrit quelque difficulté, on pourroit rendre cette premiére partie de la ſeconde ligne du Diptyque par ces mots EX P*atrum* P*rinci*P*ib*VS, qui ne conviendroient pas moins au Conſul Boëce, dont le Pere & peutêtre l'Ayeul, avoient été Princes du Senat, de même que ſes deux Beaux-peres Feſtus & Symmaque: On tronve aſſez ſouvent dans les Inſcriptions antiques le titre de *Patrum Princeps* ou de *Pater Patrum*; Gruter 891: 8.
en rapporte auſſi une que Pighius avoit autrefois copiée à Rome, & qui com- 152: 8.
mence ainſi 313: 3.

Q. TREBONIVS Q. F. CLA. ARISTO
EX PATRIBVS. LIBERTINIS.

Mais tout cela va diſparoitre dans les deux nouvelles explications que j'ai encore à ſoumettre au jugement de Votre Eminence.

Comme du tems de la République, on ne paruenoit au Conſulat qu'après avoir paſſé par d'autres magiſtratures, de même dans le bas Empire, on affecta de ne nommer Conſuls, du moins Conſuls ordinaires, que des Sujets qui avoient déjà rempli quelque emploi public diſtingué, ou qui avoient été décorez de titres équivalens. De là ce nombre prodigieux de charges & de dignités, ſoit réelles ou ſimplement honoraires, que nont trouvons dans les Notices de l'Empire, ſans compter celles que l'on trouve encore ſur beaucoup de Monumens antiques, où ſouvent elles ne ſont énoncées que par un amas de Lettres Initiales dont la ſignification ne peut être déterminée que par la force du ſens, ou par une comparaiſon attentive avec les qualifications de même nature que l'on voit ailleurs moins abrégées, & quelquefois tout entiéres.

Pour n'en pas chercher des exemples hors de l'eſpéce préſente, je tronve d'abord dans une Inſcription du Siécle de Conſtantin rapportée par Gruter nn VALERIVS

 CATV-

CATVLINVS, qui après avoir expliqué ce qu'il avoit fait pour la réconſtruction
164: 2. d'un Edifice des Bains, ſe dit PPPPPSVPER. Cette Inſcription ayant été découverte dans le Comté de Waraſdin en Eſclavonie, on eſt convenu d'en expliquer les Lettres initiales par *Præfectus Prætorio Per Provinciam Pannoniæ* SVPER*ioris*.

Dans une autre Inſcription du même Recueil, je trouve ſur la baſe d'une Statuë
281: 1. d'un Autel conſacré au Céſar Conſtance par BADIVS MACRINVS ces ſix Lettres V. P. P. P. H. T. qu'on explique par V*ir* P*erfectiſſimus* P*ræfectus* P*rovinciæ* H*iſpaniæ* T*arraconenſis*; & l'explication paroit juſte; premiérement en ce que le titre *Vir Perfectiſſimus* étoit un titre d'uſage dans ces tems-là, & enſuite, parceque le Monument a été trouvé à Tarragone même où il exiſte encore.

En partant de ces Exemples, il ſeroit naturel de rendre les Lettres EXPPPVSEC qui commencent la ſeconde Ligne du Diptyque de Boëce, par EX P*ræfectus* P*rætorio* (ou EX P*ro*P*rætor*) P*rovinciæ* V*iennenſis* SEC*undæ*: Ce dernier mot n'a pas été abrégé comme les précedens par une ſeule lettre, l'S étant une de celles de l'Alphabet qui reçoit plus d'interprétations diférentes; On ne s'eſt pas ſervi non plus du nombre II. pour empêcher qu'on ne le rendit par *Secundum* ou *Iterum*.

Ce ſeroit pouſſer la critique trop loin que d'objecter que nous ne voyons par aucun endroit de l'Hiſtoire ou des Faſtes, que Boëce ait jamais été revêtu d'un pareil emploi, de combien d'autres Romains illuſtres ne pourroit on pas le dire également? L'Hiſtoire générale ne s'eſt jamais chargée que par occaſion de ſemblables détails.

Il y auroit peutêtre plus de fondement à refuſer d'admettre dans la diviſion des Gaules une Seconde Viennoiſe, parce que la plus ample Notice de l'Empire que Pancirol a publiée, ne parle que d'une ſeule Viennoiſe; mais on ſçait que ces diviſions ont ſi fort varié, que pour peu qu'il ſe trouve de veſtiges d'un nouveau partage, on doit le recevoir ſans difficulté. Or, la Notice d'Iſidorus Mercator, que Simler, Merula, Scaliger, Pap. Maſſon, Ortelius, Samſon, & d'autres Géographes ont ſuivie, compte juſqu'à huit Viennoiſes. Schelſtrate dans ſes Antiquités Ecléſiaſtiques en a publié un autre qui ne paroit pas moins ancienne, & qu'il dit avoir été copiée ſur l'Original dont le Pape Adrien fit Préſent à Charlemagne: Celle-cy ne compte que trois Viennoiſes, mais elle les détaille parfaitement, & voici le diſtrict qu'elle donne à la Seconde.

PROVINCIA VIENNENSIS SECVNDA,
ALPIVM MARITIMARVM.
Civitates numero VIII.

Metropolis Civitas Ebrodunenſium.
Civitas Dignenſium.
Civitas Rigomagenſium.
Civitas Sollinienſium.
Civitas Sanicienſium.

Civi-

Civitas Planatica.
Civitas Semelenſium.
Civitas Venſienſium.

Au lieu de s'inſcrire en faux contre toutes ces Notices, parcequ'elles ne s'accordent pas les unes avec les autres, il faudroit chercher à les concilier & à determiner par leurs diférences même, celles des tems où elles ont été faites, & les divers arrangemens qui les ont occaſionnées; car tandis que les Barbares ravageoient l'Empire & lui enlevoient ſes plus belles Provinces, la fierté Romaine en conſervoit toujours les titres, & ſouvent en imagiooit de nouveaux, comme s'ils l'euſſent dédomagée de ſes véritables pertes: mais s'en eſt aſſez ſur cet article, je Vous ai promis encore une explication & je vais y paſſer.

On infére de divers fragmens de la Vie de Boëce, de quelques Lettres de Caſſiodore, & de pluſieurs paſſages de l'hiſtuire de Procope, que quand Théodoric ſe fut rendu maitre de la Ville de Rome, il la trouva intérieurement agitée par des troupes de factieux, par des Hérétiques de diférentes Sectes, & ſurtous par des Magiciens de profeſſion, qui y exercoient leur art avec d'autant plus d'impunité, qu'ils avoieot corrompu une partie du Senat, & jusqu'au * Préfet de la Ville: Oo ajoute que Théodoric ayant cooſulté Boëce ſur le remède qu'on pouvoit apporter à un mal ſi preſſant, il lui avoit propoſé d'eriger un Tribunal qui en prendroit connoiſſance, & qui jugeroit les coupables dans toute la rigueur des Loix: Que Symmaque Beau-pere de Boëce avoit été mis à la tête de ce Tribunal compoſé de ſix autres Senateurs choiſis entre ceux qui s'etoient préſervez de la contagion, que Boëce ne fut pas du nombre des juges, mais que pendant qu'ils exercoient leurs fonctions, il fut chargé de veiller particuliérement à la ſureté de la Ville.

Ennod. L. 8. Epiſt. 1. Caſſiod. L. 4. Epiſt. 22. & 23.
Baron. ad Ann. 503. S. Greg. Dialog. L. 1. C. 4.
* Andronic.
Decius, Voluſien, Cœlianus, Maximien, Arigerne & Argolic.

Dans ce Syſtême, les Lettres initiales EXPPPVSEC s'expliquent aſſez heureuſement par EX*PræPoſitus Procurandæ* (oo *Præſtandæ*) *Vrbis* SEC*uritati*, pour ſe ſervir des termes de Caton, quand il diſoit à Ciceron *Securitatem Reipublicæ Præſta.*

Cato ad Cic. L. XV. Ep. 1.

Je me reprocherois la longueur de cette réponſe, & je craindrois avec raiſon qu'elle n'eut épuiſé la patience & les bontés de Votre Eminence, ſi Elle ne m'avoit obligeamment prévenu de ſon goût pour les Monumens antiques, & de l'extrême attention de Sa Sainteté à en remplir le Capitole, afin qu'en ce genre là même rien ne manque à la ſplendeur de Rome. Qu'il eſt heureux pour les Lettres & pour la Chrétienté de trouver ainſi raſſemblées dans ſon illuſtre Chef toutes les qualités, qui priſes ſéparément, ont rendu célebres divers Pontificats! Déjà ſûrs de la gloire du ſien, nous n'avons plus de Vœux à faire que pour ſa durée.

Je ſuis avec un profond reſpect
Monſeigneur
De Votre Eminence
Le très humble & très obéiſſant Serviteur
De Boze.

a Paris le 31. Janvier 1743.

## X.

### *Binæ ad Em. QVIRINVM literæ BOVHIERII.*

Quam gaudeo, me præter BOZIANA hæc & BOVHIERIANA a TE accepiſſe. BOVHIERIVM, inſigne non Divionenſium tantum, ſed Galliæ totius decus, ſuarum in Diptychum Boëtbianum obſervationum TE ante alios amicos omnes feciſſe participem, pridem mihi conſtitit ex ejus ad me literis pag. 98. *lin.* 22. legique lubentiſſimus, non potuiſſe non jucundiſſimam TIBI eſſe memoriam illius temporis, quo Divione BOVHIERIO noſtro præſens præſenti adfueris, in Decadis TVAE III. Epiſtola II. ad viros clariſſimos in Regiam Pariſienſem Academiam Inſcriptionum & Politiorum literarum adſcitos, Kalendis Juniis in villa S. Euſtachii An. 1743. ſcripta. „Nihil, *inquis pag.* [34] *fin.* mihi frequentius confabulationibus illis ſuis Bernardus „[de la Monnoye] memorabat, quam ſingularem Joannis de Bouhier, Divionenſis „Parlamenti Præſidis, eruditionem. Ad hunc itaque, ut cupiebam, San-Benigniani „me cito deduxerunt; isque, dum Divione ſubſtiti, aſſiduus, ut ita dicam, mihi „adfuit diu noctuque, nullam partem celans literariæ illius ſupellectilis, qua mirum „in modum ipſius Bibliotheca & Muſeum abundabant.„ Quæ ſequuntur, nihil ad diptycha pertinentia, & in ipſa Epiſtola TVA rectius legenda, omitto, ut addam, quæ habes *pag.* [35.] *fin.* „His ipſis diebus, quibus hæc ſcribo, ſingulari cum vo„luptate accepi Adnotationes in Brixianum Boëthii Diptychum, quas mihi transmit„tere dignatus eſt idem præſtantiſſimus de Bouhier, quasque recondita ejus in hujus„modi antiquariæ rei Cimeliis eruditione refertas deprehendi, nec patiar diu meo in „Muſeo deliteſcere, quum profecto publica luce ſint dignæ. In Epiſtola, cui eas„dem Vir ille ſumma cum humanitate ſociatas ad me pervenire voluit, dulce mihi „fuit legere refricatam memoriam Burgundi mei itineris; ſcribit ſiquidem, *Je prens „d'autant plus volontiers cette liberté, qu'elle me fournit une occaſion de me renouveller en l'hon„neur du ſouvenir de V. E. ayant eu l'honneur de la voir ici autrefois, quand Vous y paſſâtes „& ayant des lors &c.* Tota ea Epiſtola usque ad calcem comitatem illam ſpirat, quam „abunde expertus fueram Divione in optimo illo Viro.„ A me impetrare non poſſum, quo minus utramque BOVHIERII ad QVIRINVM epiſtolam heic exſcribam: non tam quod prior earum quamdam mihi peperit obſervatiunculam, ſtatim a me, ubi BOVHIERII literas binas adſcripſero, exponendam, quam quod, quæ Muſa BOVHIERII dedit, ea Muſæ omnes vetant mori.

### Ad QVIRINVM Epiſtola BOVHIERII prior.

MONSEIGNEVR.

COMME j'ai appris que V. E. ſouhaitoit de ſçavoir les ſentimens de nos Antiquaires ſur un curieux diptyque de Boëce, je prens la liberté de Vous addreſſer quelques conjectures, qui me vinrent dans l'eſprit à ce ſujet, après avoir lû ce qui eſt dit de ce Monument dans le Journal de Veniſe. Je prens d'antant plus volontiers cette liberté, qu'elle me fournit une occaſion de me renouveller en l'honneur du ſouvenir de V. E. ayant eu l'honneur de la voir ici autrefois, quand Vous y paſſâtes, & ayant des

dès lors auguré les hautes dignitez, où Votre rare ſçavoir, & Vos autres éminentes qualitez Vous ont fait monter. Les ſçavans Ouvrages, dont Vous avez depuis enrichi la République des Lettres, n'ont fait qu'augmenter mon admiration, & me faire déſirer un peu de part en l'honneur de Vos bonnes graces. Je tâcherai du moins toute ma vie de les mériter par le reſpect infini avec lequel j'aurai l'honneur d'etre

Monſeigneur

De V. E.

A Dijon ce 29. Mars 1743.

Le très humble & très obéiſſant Serviteur
Bouhier
Preſid. à mortier honoraire au Parlement de Dijon.

## Ad QVIRINVM Epiſtola BOVHIERII poſterior.

MONSEIGNEVR.

Je n'ai receu que depuis peu de jours la Lettre dont V. E. m'a honoré, quoique datée du 16. Juin dernier. Mais le paquet, dont Vous aviez chargé un Pere Carme déchauſſé, qui revenoit de Rome à Beſançon, ſuivant que Vous me faites l'honneur de me le dire, ne m'a point encore été rendu. J'ai ſeulement receu par le Canal d'un Marchand de Lyon Vos deux Lettres Latines, l'une addreſſée a Sa Sainteté, l'autre à Mrs. de l'Academie des Belles Lettres. Je ne puis Vous dire combien j'ai été charmé de ces deux belles Pièces, & ſur tout de la derniére, qui m'a fait d'autant plus de plaiſir, que pluſieurs des illuſtres Académiciens, dont Vous y faites mention, ont été de mes amis, & que Vous leur donnez les juſtes loüanges, qu'ils ont méritées. Je me trouve auſſi très flaté, de me trouver parmi tant de grands hommes, & quoique fort inférieur à eux en mérite je pourois m'appliquer ce vers, *Se quoque Principibus mixtum cognovit Achivis.* Mais je comprens que V. E. a voulu me faire cet honneur en faveur de mon admiration pour ſes grandes qualitez, & pour ſa rare érudition. Elle s'eſt fort augmentée par la lecture de Vos ſçavantes recherches ſur les Antiquitez de Corfou. Cet Ouvrage me fait grandement deſirer de voir les autres de Votre façon, & ſur tout ce que Vous avez ecrit ſur les Manuſcrits de Platon, qui ſont au Vatican. J'attens auſſi avec impatience Votre ſentiment ſur le diptyque de Boëce. Il eſt ſâcheux que nos Libraires ayent ſi peu de communication avec ceux d'Italie, & que cela nous prive d'une infinité de bons Ouvrages, qui s'y imprimeut.

Je Vous ſupplie de me conſerver toujours un peu de part en l'honneur de Vos bonnes graces, & de me croire avec le reſpect le plus ſincere

Monſeigneur

De V. E.

A Dijon le 27. Octobre 1743.

Le très humble & très obeiſſant Serviteur.
Le P. Bouhier.

## XI.

### *Cangiana diptychi Divionenſis interpretatio.*

Quantopere falſa loci in Gloſſario Cangiano monſtratione me exercuerit doctiſſimus LEICHIVS, ad præclara quæque literarum Lipſiæ ſurgens, legiſti in ioitio meæ ad BOVHIERIVM de Diptychis epiſtolæ pag. 273. *lin.* 22. Num vero minus dicemus fuiſſe παρόραμα optiml BOVHIERII noſtri? qui *CANGII Obſervationem in Diptychum Stiliconis. EX MSC.* quaſi ἀνέκδοτον ad me miſerat pag. 104. *lin.* 35. Atqoi, ut ex pag. 100. *lin.* 26. cognoſcitur, ad maous habuit Diarii Veneti Tomum XXVIII. Quid ?. quod iſtas Ephemerides Venetas ſe legiſſe, quum conjecturas ſuas ad Diptychum Boëthianum ſcribere pararet, in prioribus ad TE literis ipſe teſtatur. Cur ergo non vidit, auctores Veoetos Tomo XXVIII. Articulo I. ex libro Bonarotiano, *Oſſervazioni ſopra tre Dittici antichi di avorio*, recenſiooem ſeptem diptychorum ab aliis antea publicatorum ita inſtituiſſe, ut Diviooenſe ſexto loco poſitum his referant verbis p. 3. *init.* „L'anno 1693. Il Sig. Abate Bourdelot [immo *Baudelot* v. ad Bouh. p. 47. *lin.* 9.] „nel libro dell' *utilità de i viaggi* ne pubblicò un ſeſto del Sig. de la Mare, meotovato „anche dal ſuddetto Ducangio nel *Gloſſario greco-barbaro* nelle aggiunte alla parola „Κόμης, ove lo attribuiſce con ſorti conghietture a Stilicone nel ſecondo ſuo Coosolato, che cadde nell' aono 405." Quod ſi mihi pagioam ad Bouh. 273. ſcribenti ad manus fuiſſet Venetum Diariom, nulla moleſtia & ἀκυρολογίαν LEICHII correxiſſem, & ἀβλεψίαν BOVHIERII ſuſtuliſſem.

## XII.

### *Diptychum Brixianum ex conſulari factum eſt Eccleſiaſticum.*

Qoot in GORII Diptychorum tam profaoorum quam ſacrorum Syntagmate, Diptycha monebimur ex profanis ſacra, ex conſularibus eccleſiaſtica eſſe facta! cujusmodi eſt etiam coofulis Clementini Norimbergenſe: cujus interpres Guſtavus Philippus NEGELEIN diſſertationis ſuæ §. XIII. p. 17. de diptychis ejusmodi mixtis agit. in quibus Brixianum quoque refereodum eſſe, in magno ceterorum omnium ejos iuterptetum ſileotio non tacuit diligentia LEICHII de Diptychis pag. (XXXVII.) & ampliter cognoſcitur ex Diario Veneto Tom. XXVIII. p. 43. *ſeqq.* ubi & averſæ ſeu interiores Diptychi Brixiani partes tabulis æneis duabus, II. & III. inciſæ exhibentur.

## XIII.

### *Diptycha adhuc edita.*

Quia Diptycha, Divionenſe & Norimbergenſe, commemorandi occaſio modo fuit; magis autem, quia in reliquis duabus epiſtolæ hujus partibus, & ἀνασκευαστικῇ, & κατασκευαστικῇ, ex diptychis conſularibus adhuc editis modo hæc modo illa adducendi neceſſitatem fore animus mihi præſagit, haud alienum videtur in fioe hujus παρασκευῆς ſingulorum, quæ adhuc prodierint, epigraphas uno velut obtutu conſpicien-

ſpicieodas dare, Dabo autem ita, ut epiſtolarum epigraphicarum paginas quaſdam, in quibus de iis dicendi opportunitas fuit, ſimul citem: omiſſurus illiterata i. e. inſcriptionibus carentia. v. g. a Cangio ex bibliotheca regia editum, de quo ad Bouh. p. 274. *lin.* 24. En ergo diptychorum conſularium literatorum titulos!

A. & B. Divioneoſe, & Turicenſe. STILICONIS a. Cti 400. Pag. 47. *extr.* p. 292. *lin.* 26. p. 294. *lin.* 28. Vtriqoe deeſt tabula prior; poſterior hæc habet.

EXC. SAC. STAB. (vel STA.) ET. M. M. P. OR. EXC. C. OR.

C. Comodoliacenſe. FELICIS a. Cti 428. Pag. 290. *lin.* 23. p. 299. *lin.* 35. p. 301. *lin.* 21. p. 309. *mit.* p. 310. *lin.* 17.

FL. FELICIS. V. C. COM. AC. MAG.

VTRQ. MIL. PATR. ET. COS. ORD.

D. Leodieoſe. ASTYRII a. Cti 449. Pag. 292. *lin.* 19. p. 311. *lin.* 21.

FL. ASTYRIVS. V. C. ET. INL. COM. EX. MAG.

VTRIVSQ. MIL. CONS. ORD.

E. Brixianum. BOETHII a. Cti 487. Pag. 100. *lin.* 28. p. 285. *lin.* 30. p. 316. *lin.* 32.

NAR. MANL. BOETHIVS. V. C. ET. INL.

EXP. P. P. V. SEC. CONS. ORD. ET. PATRIC.

F. Norimbergenſe. CLEMENTINI a. Cti 513. Pag. 277. *lin.* 20. p. 278. *med.*

FL. TAVRVS. CLEMENTINVS. ARMONIVS. CLEMENTINVS.

V. IL. COM. SACR. LARG. EXCONS. PATRIC. ET. CONS. ORD.

G. & H. Leodienſe, & Bituricenſe. ANASTASII a. Cti 517. Pag. 49. *lin.* 17.

FL. ANASTASIVS. PAVL. PROVS. SAVINIANVS. POMP. ANAST.

V. INL. COM. DOMEST. EQVIT. ET. CONS. ORD.

I. Compendienſe. PHILOXENI a. Cti 525. Pag. 291. *lin.* 29. p. 301. *lin.* 26. & 32. (p. 309. *lin.* 21.

FL. THEODORVS. FILOXENVS. SOTERICVS. PHILOXENVS. VIR. IL- (LVST.

COM. DOMEST. EXMAGISTRO. M. PER. THRACIA. ET. CONSVL. OR- (DINAR.

K & L. Florentina duo, Mediceum, BASILII a. Cti 541. cujus tabula tantum prior ſupereſt

ANIC. FAVSTVS. ALBIN. BASILIVS. V. C.

Alterum Riccardianum, cujus tabula prior periit.

ET. INL. EXCOM. DOM. PAT. CONS. ORD.

BONO. REIPVBLICE. ET ITERVM.

## XIIII.

### *Quædam de Diptychis duobus* ANASTASII.

Quid in diptycho ANASTASII Leodienſi legatur, paullo ante litt. G. & H. adtuli: quam enim Noriſius, rationis temporum doctiſſimus, Ep. Conſ. T. XI. Græv. p. 482. C. ejusdem ANASTASII epigraphen Diptychorum ſic refert: FL. ANASTASIVS. PAVLVS. PROBVS. SABINIAN. POMPEIVS. ANASTASIVS. VIR. INL. COM. DOMESTIC. EQVIT. ET. CONS. ORD. eam deſumtam eſſe ex Diptycho Bituricenſi, non ex Leodienſi, conjecturam facile facio ex Rein. XX: 7. p. 899.

Admodum incaute Relandus Bituricenſem inſcriptionem quaſi duas adfert, primum ex Reineſio ad a. Cti 491. Faſtorum Conſul. p. *666. fin. 667. fin.* deinde pag. 684. *init.* ad a. Cti 517. ex Noriſio. Non deerant, quæ de Anaſtaſii hujus conſulatu, de conſulatibus item Anaſtaſii Auguſti, in medium proferrem, niſi ea premenda arbitrarer, quia WILTHEMII liber, cui jam diu retia tetendi incaſſum, in caſſes meos nondum decidit. vid. ad Bouh. p. 311. *extr.* WILTHEMIVM Noriſius loc. cit. & antea p. 475. A. *Vuithelmium*, Phil. a Turre in epiſtola de Boëthii diptycho Italica a TE edita *Vintelmo*, Fabricius Bibl. Lat. T. III. p. 578. *Wilthelmium* vocarunt.

Διττολογούμενα PROVS. SAVINIANVS. Leodii, & PROBVS. SABINIAN. Biturigibus, etſi neminem morantur, antiqnitatis omnis non prorſus rudem, adeoque non ignarum, in inſcriptionibus antiquis ſexcenties V pro VV, & V pro B, occurrere: de hac tamen literarum harum permutatione paucula quædam, quæ & ad TE, & ad me, & ad GORIVM noſtrum adtineant, adducam breviſſime. Mur. pag. 635. verſ. 23. ΕΥΔΟΜΗΚΟΝΤΑ (*ſic*), pro quo in TVIS Curcyræ ſeu Phæaciæ, cui inſulæ Homero multum cantatæ Archiepiſcopus præfuiſti, Primordiis, a d'Orvilio, Weſſelingio, Leichio, & univerſo doctorum ſenatu tantopere laudatis, ne Bouhierium in ſuis ad TE literis ea TIBI laudantem quidquam auribus TVIS dediſſe exiſtimes, edit. Brixianæ pag. 179. a. *lin.* 12. ἰβδομέκοντα (*ſic*) editum eſt: qui error neſcio an ex editione Lycienſi anni 1725. repetitus ſit. τὶ (*ſic*) adpoſitum nonne manifeſto docet, TE non ἰβδομήκοντα, ſed ἐυδομήκοντα, dare voluiſſe? quo certe modo, itidem (*ſic*) ſuffixo, datum a Montfauconio Diar. Ital. p. 414. *lin. penult.* ἐυδομήκοντα (*ſic*) monitumque de hac τῦ β in υ commutatione frequente, præſertim in codicibus ſequioris ævi, ab eodem p. 429. In ſaxis Helveticis AEVM, TRIDVM, PRIMITIVS, VIVS, pro *æuum*, *triduum*, *Primitiuus*, *viuus*, mihi occurrerunt. De BYCCEIVS & VICCEIVS v. ep. ad Gor. p. 588. & mox deinde p. 594. *lin.* 3. OVVIOLAVIT, pro OBVIOLAVIT. Gorius ipſe *Difeſa dell' Alfabeto degli antichi Toſcani* p. 82. *fin.* 83. *init.* „Paſſa, inquit, tra il B, e l'V una tal quale corriſpondenza, che nella pronunzia „facilmente ſi confondono: quindi ſcrivendo gli antichi come pronunziavono, non „è maraviglia, che ſi trove nelle antiche lapidi FAVIVS per *Fabius*: Grutero 406: 8. „VASE, per *baſe*: 16: 12. DANVVIVS per *Danubius*: 1125: 1. ec. e parimente AL„BEI, per *alvei*: 152: 8. e 481: (corrigendum 381:) 3. BELA, per *vela*: 35: 1. „FLA-

„FLABLIALIS, (leg. FLABIALIS,) per *Flavialis*: 363 : 2. PROCVRABIT, per „*procuravit*: 184 : 9. VERBECEM, per *vervecem*, ec. tralaſciando altri eſempli, che „ci ſono ſenza numero.„ Exempla hæc ſua ad unum omnia nonniſi ex Scal. ind. 19. voc. *V. pro B*, & *B pro V*, ſelegit, & quidem ex Grut. ed. priore: unde ſaxum Gruteri VERBECEM habens non potuit citare. nam datus a Scal. numerus, *B. pro V. Verbecem. XXI.* falſus eſt, in ed. Grut. poſteriore ab Holtheno recte ſic reſtitutus, *B. pro V. Urbecem.* (corrigendum *Verbecem.*) 121. *lin.* 8. *& ſeqq.* & ante Holthenum Fabrettus Em. Grut. p. (IX.) *col. b. med.* numerum indicis Scaligerani in 121. emendandum eſſe monuit. FLABINVS pro *Flavinus* in Don. VI: 139. de quo ſaxo cum GORIO agere cœpi in literis Kal. Oct. 1735. Florentiam miſſis: quas memoro, quia in iisdem homini amiciſſimo reſtiti, M. Vlpii cognomen FLAVS in opere Doniano VI: 138. p. 262. *extr.* in FLACCVS mutare adgreſſo: utque magis placeat FLAVS retinere, oſtendo nunc & alios duo, quorum cognomen, ab Holtheno ind. cognominum ſeu 23. voc. *Flaus* negligenter præteritum, eadem orthographia inciſum eſt. MINDIVS FLAVS in Grut. 1089: 6. *col. ult.* & P. RVFFIVS FLAVS, adpoſito *ſic*, in eodem 755: 8. Egregie Scaliger ind. 19. *V omittitur. Flaus, Flavus.* 755: 8. ubi 1089: 6. addi meretur. Nonne in tribus ita ſaxis, Doniano, & duobus Gruterianis, FLAVS idem, qui *Flavus*? qua ratione in Leodienſi diptycho PROVS pro PROVVS. PROVVS autem pro PROBVS, ut in eodem diptycho SAVINIANVS, pro quo in Bituricenſi SABINIAN*us*. De V. & B. permutatis v. ad Bouh. p. 321. *lin.* 9. & p. 346. *lin.* 8.

Ob B pro V. lubet ſaxum nunc hoc adſcribere: Grut. 791: 7. *Romæ in S. Stephano rotundo.*

†AELIVS. IVLIVS. EVSEBIVS
ET. VLPIA. VICTORINA
VIVI. FECER. SIBI
ET. LIB. SVIS. ET. LIB
LIB. EORVM. PRS. Q. SVIS

*Ex Mazochio.*

† *Scribendum* AVLVS. *ut in* 731: 4.

De verſus ultimi PRS. Q. i. e. P*oſte*R*i*SQ*ue* in Parte ſecunda ἀνασκευαστικῆς th. XXIIII. dicturi ſumus.

Vocem primam AELIVS in AVLVS cum auctore notulæ in ed. Grut. ſec. ſubjectæ non mutem. Etſi enim prænomina, vulgo ſigla notari ſolita, interdum expanſe ſcripta ſunt, quomodo AVLI. IVLI. MYRONIS mentio eſt in lapide Nemauſenſi apud Grut. 731: 4. quo exemplo notator anonymus inprimis nititur: aliis tamen exemplis æque conſtat, duo nomina gentilitia unius hominis ante ejus cognomen legi, & prænomen non adeſſe. Sed de hoc nunc agere nolumus.

Gruterus nonniſi *ex Mazochio* (ſol. 31. loc. 2. qui in addendis ſe lapidem non vidiſſe teſtatur) deſumſit, idque ſibi indulſit, ut Mazochianum VIRI in VIVI mutarit.

 Recte

Recte quod ad ſenſum : ſed quod ad orthographiam , verius , credo , dediſſet VI-BI. Pro B. enim in Mazocbio vitio operarum R irrepſit : ut in eodem poſt SIBI vitioſe excuſum eſt FT , a Grut. recte in ET mutatum. VIBVS & VIBA pro VI-VVS & VIVA in ſexcentis lapidibus inveniuntur.

## XV.

### *Quædam de diptychis duobus Florentinis.*

In referendis litt. K. & L. diptychis duobus Florentiæ adſervatis me vides ſecutum eſſe Diarium Venetum Bonarotiana recenſens T. XXVIII. p. 21. & 24. Quam firmo autem talo ſtent opiniones clariſſimi quomdam doctiſſimique Senatoris Florentini Phil. BONARROTI , non modo Mediceum ebur ad a. Cti 541. detrudentis, ſed prætera Riccardianum eodem referentis , felicius videbunt , quibus ad manus eſt liber Bonarotianus , a TE commendatus in ep. ad. CL. de BOZE pag. (V.) ubi & mens TVA prudentiſſima ſuaviter memoriam illius temporis recordatur , quo Florentiæ buonanioribus literis ſerio vacans præſtantiſſimum Senatorem frequenter adire ſolitus, numquam ab eo es digreſſus, quio animum TVVM egregium egregie ab egregio viro ad comparandam antiquariæ doctrinæ peritiam inflammatum ſentires. Videbit inprimis clariſſimus amicus noſter GORIVS , qui hoc ipſo PHILIPPO , & Antonio Maria SALVINIO, præſtantiſſimis literarum luminibus & columinibus , ſe uſum eſſe doctoribus , in adnot. ad Vitam Mich. Angeli Bonarotæ pag. 95. *med.* vere gloriatus , mox pag. eadem *extr.* oſtendit , quæ de Diptychis eburneis tribus Italice ediderit conſultiſſimus Bonarota , ea in latinum ſermonem verſa ſuum Diptychorum Tbeſaurum exornatura eſſe. Quod ſi veras cauſſas inveniat diſcedendi a ſententia magiſtri , qui in ſua verba a diſcipulis non voluit jurari , boc pium Minerval Manibus Præceptoris perſolvet.

GORIVM , in edendis Inſcriptionibus Florentinis eum ordinem , quem in Muſeis habent , ſecutum , non miror , duo hæc diptycha disjunxiſſe : quorum prius in monumentis Muſei Medicei loçavit Etr. T. I. p. 74. num. CCVI. alterum in iis , quæ Palatium & Muſeum Marchionis Riccardii habet , p. 117. num. 105. otroque in loco Cl. V. Philippi Senatoris Bonarotæ librum diligenter citans , & in indicibus ſuis ponens , ind. 4. ſeu cunſulari,

*Amcius Fauſtus Albinus Baſilius V. C.* I: 74.

& ind. 6. ſeu dignitatum,

*Ex Com. Dom. Pat. Conſ. Ord.* I: 117.

Quo modo eadem Diptycba in Theſauro Muratoriano habita ſint , cognoſce. Claſſe V. ſeu Conſulum , in Inſcriptionibus conſules babentibus in Faſtis non inveniendos , pag. 436. *extr.* ſeu loc. 3. dedit diptychon Riccardianum nonniſi *E Gorio*, nulla Bonarotæ facta mentione , neque in indicibus quidquam adtulit , niſi ind. 5. ſeu conſulum,

*Paternus Conſul Ordinarius.* 436 : 3.

Hoc

Hoc ſi verum eſſet, diptychon Riccardi non in conſulibus incertorum annorum locum haberet, ſed ad a. Cti 443. pertineret, & a Muratorio pag. 406. loc. 4. poni debuiſſet. Etſi enim aliquot conſules, quibus nomen *Paternus* fuit, Faſti exhibent: ceteri tamen conſules *Paterni*, ætatem diptychorum conſularium antegreſſi, ſeculo poſt C. N. tertio conſulatus ſuos jam geſſerunt: neque remaneret niſi ſeculi quinti conſul ſive *Paternus* ſive *Paterius* a. Cti 443. quem gentis *Aemiliæ* fuiſſe Reineſius Inſc. p. 39. 40. lit. (e) ſibi perſuaſit, conjecturas conjecturis aliis obtegens, ne perpluant. Ut Reineſio *Aemilium* Paternum, ſic Muratorio *Paternum* remittimus. nam in Diptycho Riccardiano PAT. minime PAT*ernus* aut PAT*erius* ſignificat, ſed PAT*ricius*. Num PAT*ricius* conſul orientalis a. Cti 459. quum in occidente conſul eſſet *Ricimer?* num PAT*ricius* conſul a. Cti 500. collega *Hypatii?* Quis credat, PAT. Riccardiani diptychi proprium conſulis nomen eſſe? Notiſſimam *Patriciatus* dignitatem notat, haud ſecus ac PATRIC*ius* in Brixiano & Norimbergenſi, nec non PATR*ic.* in Comodoliacenſi. de quo ne Muratorius quidem dubitare poterit.

Diptychum BASILII Mediceum ubi in Muratorii Theſauro inveſtigabis? Inveni non in Claſſe V. ſeu Conſulum, in qua omnino poni debebat, ſed in Claſſe demum X. ſeu Magiſtratuum ac dignitatum majorum, 672: 4. *E Senatore Bonarota.* cum hac Muratorii adnotatione. „Is fortaſſe, qui Anno Chriſti 480. Conſulatum geſſit. „Multa de *Aniciorum* gente nobiliſſima habet Reineſius ad Inſcriptionem XXXIX. „Cl. I. ſed is minime virum hunc illuſtrem agnoviſſe videtur.„ Minime mirur, virum hunc illuſtrem non agnitum eſſe ab Reineſio, qui neque augur neque aſtrologus erat; neque ullum ſignum habebat, ex quo poſſet divinare, fore ut noſtra ætate in lucem protraheretur *Baſilius* conſul, gentis *Aniciæ* homo. Id vero miror, Muratorium conſulem hunc ne quidem retuliſſe in indice ſuo 5. ſeu cobſulum; ſed tantum in indice 17. ſeu nominum, & cognominum,

*Anicius Fauſtus Albinus Baſilius V. C. 672: 4.*

Miror præterea, Muratorium in nota ſua nonniſi de Baſilio conſule a. Cti 480. ſuſpicatum, Baſilium conſulem a. Cti 541. tacuiſſe tam ubnixe, ac ſi Sigalion Aegyptius oſcula ipſius ſignaſſet. Nonne præſcripſit *E Senatore Bonarota?* Ex hujus ergo libro de *Baſilio* conſule a. Cti 541. quidquam monere, an operæ non putavit? Aut eximie fallor, aut Muratorius librum Bonarotianum ne inſpexit quidem, & nonniſi ex GORIO hauſit notitiam ſuam omnem diptychi utriusque, Riccardiani & Medicei: licet Riccardiano tantum GORII nomen, contra ea Mediceo ipſum BONAROTAE a Gorio citati nomen præfixerit. Pari modo & alibi Muratorium memini me obſervare fixa dediſſe, præſcriptis nominibus auctorum, quos ipſe non evolverat, ſed ab aliis tantum, quos tacet, citatos invenerat.

Quæ ad noſtra tempora conſervata diptycha ſunt, docent, eumdem conſulem plura facienda curaſſe, & donaſſe. Ita Divionenſe & Turicenſe STILICONIS ejuſdem inter ſe differunt. v. ep. epigr. p. 47. *fin.* 275. *ante med.* & p. (28) *med.* Differunt

F 2

runt quoque ANASTASII conſulis duo, Leodienſe & Bituricenſe. Num vero Bonarotæ, diptycha duo Florentina ad eumdem conſulem BASILIVM trahenti ſatis cauſſæ fuerit, ego quidem ambigo. Etſi enim Mediceum in V. C. deſinit, & Riccardianum ab ET. INL. incipit; quo fulcro ſententia Bonarotiana de eodem utriusque diptychi conſule maxime nititur, quantum ex Diar. Venet. T. XXVIII. p. 23. cernere licet: valde tamen vereor, ne tibicine nimis tenui fulta ſit doctiſſimi Florentinorum Senatoris opinio. Idem enim hic exitus tabulæ dextræ, idem hoc initium tabulæ ſiniſtræ nonne in conſulum longe diverſorum diptychis frequenter potuit occurrere? quod ſi in Florentinis evenit, ut accidere potuit facillime, Riccardiana tabula conſulis fuerit neceſſe eſt adhuc nobis prorſus incogniti: Medicea autem haud dubie fuit conſulis BASILII.

Sed utrius BASILII? An, quæ Muratorii conjectura eſt, conſulis a. Cti 480? quem conſulem Sirmondus not. ad Sid. Apoll. p. 19. *med.* metachroniſmo duodecim annorum *ultimo* Odoacris anno conſulem fuiſſe autumat, quum conſul fuerit anno Odoacris quinto, non ſeptimodecimo. An, quæ Bonarotio ſedit ſententia, cujus argumenta in eodem Diar. Venet. pulcre in compendium redacta eſſe video, BASILII, qui anno XV. Juſtiniani, ordinariorum conſulum poſtremus fuit, a. Cti 541? Totam hanc diſputationem inpræſentiarum nullo adtingam modo: partim, ne GORIVM præoccupem, quem, ut ſupra ſcripſi, controverſiam hanc omnem ſpero luculenter eſſe diremturum; tum, quod in parte epiſtolæ hujus prima contra inſtituti mei rationem diutius hærere non debeo, ſed remis atque velis feſtinare ad Diptychum Brixianum conſulis BOETHII.

Hæc hactenus προπαρασκευαστικῶς, examinibus publicis apud nos ferventibus, quæ eos, qui in Lyceo noſtro publice docent, occupatiſſimos habent. Partem alteram ἀνασκευαστικὴν parabo, ubi iterum otii quid nactus ero.

VALE optime, QVIRINE optime, & Hagenbuchium TVVM ama.

TVRICI Helvetiorum ad diem III. Kalendas Majas.

MDCCXXXXVIII.

PRIN-

# PRINCIPI . EMINENTISSIMO
# ANGELO . MARIAE . CARDINALI
# QVIRINO

Jo. Gaspar Haoenbvchivs

## ΕΥ ΠΡΑΤΤΕΙΝ.

*Brixiani.*

## PARS SECVNDA ΑΝΑΣΚΕΥΑΣΤΙΚΗ.

### XVI.

*Diptychum Boëthii Brixianum ineditum.*

. . . . . . . . . Νῦν δὲ μνησώμεθα χάρμης
Αἶψα μάλ'. οὐ γὰρ χρὴ κλοτοπεύειν ἐνθάδ' ἐόντας,
Οὐδὲ διατρίβειν. ἔτι γὰρ μέγα ἔργον ἄρεκτον.

Singvlas ſingulorum diptychi Brixiani interpretationes æſtimaturo, qua lege & qua conditione th. II. & V. præmonſtravi,

*Tros Tyriusque mihi nullo diſcrimine agetur.*

Divinus Scaliger indicis Gruteriani caput XXII. conſulare eſſe juſſit, Smetii exemplum ſecutus. Qui poſt Smetium atque Gruterum magnas Inſcriptionum Collectiones poſteris reliquerunt indicibus inſtructas, quales ſunt Reineſiana, Doniana, Gudiana, Muratoriana, indicem ſinguli conſulum dare non neglexerunt: ſed ratione uſi diverſa, Smetianum illi morem, hi Scaligeranum magis æmulati ſunt. ne nunc dicam, quo modo inter ſe differant Smetii imitatores, quo item qui Scaligeranam viam inire conducibilius putarunt. Quid? quod Collectorum magnorum poſtremus, MVRATORIVS, novam Claſſem ipſarum Inſcriptionum conſtituit, *quintam*, CONSVLVM, in qua comparere debuiſſet ad a. Cti 219. pag. 354. (loc. 3.) ſaxum ab Mur. Claſſ. III. pag. 160. loc. 6. datum, cujus verba poſtrema,

*Tinejam* gentem conſulis *Sacerdotii* omoibus Faſtorum illuſtratoribus ignotam doceotia, nuper in epiſtola ad Inl. Maffeium ſic emendavi,

I M P*eratore* A N T O*nino*
*Domino* N*oſtro* II. ET. T I N E
IO. SACERDOTE. (II. COS.)

Qui indices conſulares Smetii, Gruteri, Reineſii, Donii, Gudii, Muratorii, hujusque claſſem quoque conſularem, labore magno evolvit, næ is Boëthii diptychoo conſulare nusquam relatum leget. Quare inſcriptiooem diptychi Boëthiani merito ineditam dico, more meo: quo, ot ad Gorium V. C. p. 439. *lin.* 27. ſcripſi, inſcriptiones non modo ex MSS. haultas, aut ouper ex terra erutas, ſed & ab alus jam editas, at in collectionibus magnis oondum invenieodas, in INEDITARVM oumero cenſere ſoleo.

In Muratoriano Theſauro, in quo ſexcenta & amplius repetitarum Inſcriptiooum exempla ioſunt, Brixianum Diptychum ne ſemel quidem memoratum eſſe, quis crederet? Si Tomo primo intexere ex Diario Veneto neglexit, cur vel ex TVA ad CL. de BOZE epiſtola, menſe Octobre 1742. exarata, non adtexuit vel cum Richterianis Tomo IV. cui a. 1743. menſe Martio præcipite eſt præfatus? Hancne omiſſionem temporum tribuemus calamitati? qua virum ſummum juvandarum literarum commodo privatum eſſe, ejus de diptycbo TVO epiſtolam daturus, ad Cl. BOZIVM pag. (XIV.) mœrens ſcripſiſti. Gratiæ TIBI debentur tanto majores, QVIRINE magne, qui Boëthii diptychum non modo delireſcere minime es paſſus, ſed eidem explicando ſignum quoque ſuſtuliſti. v. th. VII. *extr.*

## XVII.

### *Bonarota diptychum Boëthii non illuſtravit.*

Quod ſi celeberrimi Polyhiſtoris, Jo. Alberti FABRICII, verbis fides poſſet adhiberi, clariſſimus Senator Florentinus BONAROTA Diptycbum Boëtbii primus illuſtraſſe perhibendus eſſet. Ita enim legimus in FABRICII Bibl. Lat. T. III. p. 579. „Diptychoo Boëthii Conſulis quod *Brixiæ* à Julio Barbiſono Patre Congregat. ſacri Ora„torii aſſervatur, illuſtrat Philippus Bonarota in Diario Veneto eruditorum Italiæ „Tom. XXVIII. pag. 39. Idem pag. 1. ſeq. videndus de aliis tribus diptychis *Flo„rentinis.*„ Feſellit ſe ipſe vir literatiſſimus, non animadvertens, Diarii Veneti Tomi XVIII. Articulum I. p. 1. ſeqq. de Bonarotæ diptychis agere: Articulum vero II. pag. 39. ſeqq. ad Bonarotam nihil pertinere, & totum a Diarii ipſius auctoribus prolatum eſſe, poſtquam de Bonarotæ libro dicere deſieruot. De Tomi Veneti XXVIII. Articulo primo dixi ſupra th. XI. de ſecundo autem th. VII. lit. A. De ipſo Bonarota TVO, ejusque libro, th. XV. Erraſſe FABRICIVM docent Diarii Veneti Articuli ſecundi prima ſtatim verba hæc: *L'occaſione di aver parlato nell' Articolo antecedente de i Dittici di avorio, bravamente eſpoſti dal Sig. Senator Buonarruoti, ci dà campo molto opportuno di publicarne un' altro inſigne del famoſo* BOEZIO. Quam recte,

quam

quam vere ſe habent, quæ ad Cl. BOZIVM a TE ſunt ſcripta pag. (XXV.) *init.* „Tandem ut fidem, qua Tibi me adſtrinxi, omnino liberem, verba faciam de in„ſigni Diptycho, quod Brixiæ poſſidet illuſtris Barbiſonia familia. Ipſum æri inci„ſum exhibet Tomus XXVIII. *Ephemer. Erudit. Ital.* deſcribitque occaſione ſumpta ex „relatis in ſuperiori Articulo doctis Bonarotii Obſervationibus ad eburnea tria „Diptycha.„

## XVIII.

### *Trigæ Brixianorum explicatio diptychi Boëthii.*

Paulum GALEARDVM, Eccleſiæ TVAE Cathedralis Canonicum, cujus mortem graviter doles epiſtolæ TVAE pag. (XXV.) merito gaudemus de illuſtrando diptycho Boëthiano ſollicitum fuiſſe, & Philippum a TVRRE, ut in eodem explicando deſudaret, ſollicitaviſſe. id quod ab ſtudiis literarum, quibus GALEARDVS TVVS gnaviter incubuit, minime abhorrebat: fuiſſe enim antiquis inſcriptionibus mire deditum ab Inl. Maffeio Ant. Gall. ſel. epiſt. XVII. *init.* ſcriptum eſt.

Ex eadem epiſtola TVA trigam eruditorum Brixianorum intelligimus ſic legiſſe verba Diptychi. *Novo Anno Rurſus* MANL*ius* BOETHIVS V*ir* C*lariſſimus* ET IN*Luſter* EXP*rapoſitus Palatii* (ita Pater Oratorii; at Galeardus & Averoldus EXP*ræfectus Prætorio*) *Præpoſit*VS (ſcil. ſacri cubiculi) *Et Comes* CONS*ul* ORD*inarius* ET PATRIC*ius*. Quid aliis ante nos, quid nobis de Brixianorum explicatione videatur, ita exponemus, ut ordinem vocum diptychi ſequamur.

*a.* NAR. *Novo Anno Rurſus.*

„Le prime lettere NAR, non occorrendomi altro di meglio, facilmente con „quel dotto Padre dell' Oratorio le interpreterei, *Novo Anno Rurſus*, eſſendo queſto „il ſecondo Conſolato di Boezio. Sol che, ſe aveſſe a parlarſi con pura latinità, „non accommoderebbe quel *Rurſus*, mentre gli antichi ſcriſſero, *iterum Conſul*: e „appunto tutto al propoſito Claudiano comincia il poema del ſecondo Conſolato di „Onorio: *Auſpiciis iterum ſe ſe regalibus annus Induit &c.*„ Hæc a TVRRE epiſtolæ TVAE pagina (xxvi.) *init.* Fallitur eximie eximius Præſul Adrienſis, quem ſuam ad Galeardum reſponſionem puto ſcripſiſſe procul a libris; quod me hæc ejus verba docent, *non ho qui verun libro.* Locum certe Claudiani, quem unice ad rem facere arbitrabatur, non ex libro Claudiani, ſed memoriter adpoſuit, neſcius eum legi initio poëmatis Claudiani de QVARTO Conſulatu Honorii Auguſti, a. Cti 398. non de SECVNDO, a. Cti 394. Nonne autem ſermone puriſſimo, latinitate caſtiſſima, Claudiano pro *iterum* licuiſſet ſynonymum *rurſus* ſeu *rurſum* ſcribere, & Panegyrin ſuam de IIII. Conſulatu Honorii ſic incipere?

*Auſpiciis* RVRSVM *ſeſe regalibus annus*
*Induit, & nota fruitur jactantior aula.*

Si *auſpiciis* ITERVM *regalibus* jungas, poëta conſulatum Imperatoris non ſecundum, ſed quartum, *auſpicia* vocat ITERVM *regalia*, quæ erant non ſecunda, quippe tertiis



a. Cti

a. Cti 396. jam celebratis, ſed omnino quarta. Sin ITERVM *ſeſe annus induit* conſtruas, ea ratiooe dictum eſt, qua ſingulorum anoorum initia commode dicuntur. Annum enim quemque ineuntem ex exeunte in ſe revolvi & redire olim dixere. Brixianum *Anno* Novo R*urſus* (ſc. exiſtente, vel exorto) idem plane ſignificat, quod Pariſienſe *Anno* Novo R*edeunte*. Brixianis interpretibus æque ac Pariſienſibus NAR ita interpretatis, ut ſingulæ literæ ſeu tres ſiglæ initium integræ vocis habeant, ne in mentem quidem credo veniſſe conſulatus ſecundi a Boëthio geſti. Alterum Boëthii conſulatum ſigla R*urſus* ſi credidiſſent doceri, noo minus erraſſent, ac ipſe Philippus a TVRRE. Fac enim, non minus latine *conſul rurſus* dici, ac *conſul iterum*, vel *bis*, vel *ſecundo* aut *ſecundum*: quis ferret, *rurſus* ſeu *bis conſul* in diptycho tanto vocum intervallo ſejungi, *Anno* Novo R*urſum* (ſeo BIS) MANL. BOETHIVS EXPPPVSEC CONS*ul* ORD*inarius*? Cur τὸ R*urſum* (ſeu BIS) oon proximæ viciniæ τῷ CONS. ORD. poſitum eſſet? Qoonam exemplo diſcimus, BIS ita, interjiciendis ipſius conſulis non nominibus tantum, ſed etiam dignitatibus aliis, a CONS. ORD. divelli? Sive Brixianorum mentem non adſecutus ſit a TVRRE, ſive Brixiani ante hunc de ſecundo Boëthii conſulatu cogitariot, Boëthium philoſophum bis conſulem fuiſſe, doctrina QVIRINI Epiſcopo Adrienſi merito cootraria egregie negavit pag. (XXVII.) de Boëthiisque conſulibus infra th. XXX. dicendum nobis erit, ſi diverſas interpretum Diptychi ſeoteotias ordine continuo propoſuerimus.

β. INL*uſter*.

Ita Brixianos dixi legere. qui ſi INL. ſine interpretatione prætermiſerunt, TV quidem certe *Inluſter* legiſti, QVIRINE illuſtriſſime, de Brixianorum interpretatione acturus pag. (XXV.) Neque aliter Pariſienſes, forte TE tantum auctorem ſecuti. Adjectiva quædam tertiæ declinationis ot dupliciter deſinunt, ſic bifariam moventur, ut *hic celeber*, *hæc celebris*; & *hic & hæc celebris*. An eodem modo non tantum *hic & hæc illuſtris*, ſed etiam *hic illuſter*, *hæc illuſtris* olim declinatio transverſa fuerit, cupio doceri: tanto magis, qood deſinentium io ER ſuperlativus deſinit in ERRIMVS. *Illuſterrimus* autem nemo dixit a poſitivo *Illuſter*: ſed tantum *Illuſtriſſimus* ab maſculino poſitivi *Illuſtris*. De INL*uſtris* pro ILL*uſtris* forte Parte III. quædam videhimus.

γ. EX *Præpoſitus* Palatii.

Præpoſitura hæc a Brixiano Patre Oratorii prolata, oeque Galeardo neque Philippo a Turre ſatisfacit. Ita enim ad Galeardum ſcribit a TVRRE. „Veramente, „come anche ella avviſa, oon credo che ſi trovi la dignità di *Præpoſitus Palatii*.„ Dignitatem hanc nuſquam inveniri, male exiſtimant. Reperitur enim in Grut. 161: 1. NARSES. VIR. GLORIOSISSIMVS. EX. PRAEPOSITO. SACRI. PALATII. EX CONS. ATQVE. PATRICIVS. de quo Alemanni verba adtuli ad Bouh. p. 288. *med.* *Præpoſitus ſacri palatii* notiore nomine eſt *Præpoſitus ſacri cubiculi*. v. Gutber. de Off. Dom. Aug. lib. 3. cap. 29. Boëthius de Conſol. Philoſ. lib. 1. proſa 4. Triguillam *regiæ præpoſitum domus* vocavit, qui Valeſio baod alius eſt Triwane *Præpoſito Cubiculi* io Excerptis, quæ poſt Amm. Marcellin. leguntur p. m. 722. *extr.* not. d. Si EX*Præ-*

*poſitus*

*poſitus Palatii* locum habere deberet, num literis, quæ in Diptycho ſtatim ſequuntur, PVS venuſte & belle *Præpoſit*VS (ſacri cubiculi) iterum ſignificaretur? Vox *Præpoſiti* ſigla unius P. notari numquam conſuevit, ſed duobus PP. de quibus anno in commentario ad lapidis Turicenſis verſum ſeptimum pag. 500. ſeqq. & nuper in mantiſſa literarum X. Kal. April. 1748. ad TE miſſarum egi. LEICHIVS noſter de Dipt. pag. (xxvi.) Brixianorum eruditorum conjecturas exponens EX*Præpoſitum Palatii* ne adtingit quidem, haud dubie quia EX*Præfectum Prætorio* ei ſe magis commendabat. Nam

3. EX*Præfectum Prætorio*

Brixianorum altera eſt interpretatio, eaque veriſſima, a BOVHIERIO quoque, & LEICHIO, & me pridem recepta. de qua Parte III. dicendum erit. Ceteri interpretes, quotquot de EXPP in alia omnia iverunt, ipſam ſententiam hanc, a qua diſceſſerunt, ullis argumentis infirmare conati non ſunt. Phil. a TVRRE quod opponeret quum non haberet, ex hac interpretatione tantum argumentatus eſt contra Brixianam ſiglarum PVS interpretationem, ad quam pergo.

4. *Præpoſit*VS (ſacri cubiculi)

Brixianis placuit, non Philippo a TVRRE. Hic enim arbitratur, ſi ea lectio vera eſſet, poſt tertium P literam C addi debuiſſe, ut LEICHIVS loc. cit. obſervat. En ipſa Adrienſis Epiſcopi verba. „Mi perdoni ſe non ammetto nè anche il penſiero „di lei, e del Signor Averoldi, ſoggetto da me tanto ſtimato e riverito, *Expræfectum* „*Prætorio Præpoſitum Sacri Cubiculi.* Due ſarebbero le Dignità eſpreſſe in queſte parole, „una di *Expræfectus Prætorio*, l'altra di *Præpoſitus Cubiculi.* Ma ſe alla prima ſi è poſto „il diſtintivo *Prætorio*, ſignificato col ſecondo *P*, anche alla ſeconda ſi ſarebbe ac„coppiato un C dopo il terzo *P* per indicare il *Cubiculi.*„ Non poſt tertium P, ſed poſt PVS, adeoque poſt S demum addi debuiſſe τὸ C, innuit verius, quam ſcribit. Si *Cubiculi* vel *Palatii* vox eſſet adjecta, res Brixianorum omnis eſſet in vado.

Ita V*ir Illuſtris* EXQVAESTOR SC. P. (i. e. S*a*C*ri Palatii*) legitur in Mur. 405: 2. ad a. Cti 439. „Alter *Feſtus* Conſulatum geſſit Anno Chriſti 472. ac proinde incertus „ſum, ſit-ne huic Anno, an alteri illi affigenda Inſcriptio iſta.„ MVR. Neſciebat jam fuiſſe datam ab Rein. XX: 374. p. 984. ubi quod in fine ob conſulem *Decium* adſcriptum eſt, A. D. 486. extra ſaxum in margine rectius fuiſſet poſitum, v. ad Bouh. p. 342. *lin. 6.* de *Feſti* autem Conſulatu prorſus tacetur, ut & index Rein. 22. ſeu Conſularis *Feſtum* conſulem ex XX: 374. ignorat. Reineſius vero ipſe ad Claſſ. I. Inſcr. XI. pag. 28. *init.* hæc notavit: „Feſti duo è Conſularibus Faſtis noti; alter cum „Theod. A. XVII. A. D. 439. alter cum Marciano A. D. 472. ad quem Inſcriptio „Grut. 1057: 5. & illa de Prætextato ExQuæſtore Palatii 371. (corrig. 374.) *Cl.* XX. „pertinet.„ Ex ſuo quisque ingenio ſtatuat, utrum cum Muratorio fluctuari malit, an cum Reineſio ſentire, inter patris & filiæ in eodem monumento inſcriptorum mortem annos tantum XIIII. non XXXIII. interceſſiſſe. Reineſiana ſententia placuit & Relando Faſt. p. 650. ad a. Cti 472. titulum Prætextati adſerenti, & p. 660. ad a.

Cti 486. filiæ ejus Prætextatæ, utrobique ex Fleetwoodo tantum; non ex Reineſio, quem de Feſto conſule a. Cti 472. accepiſſe uterque facile ignorarunt.

In Prætextati titulo, V. I. EXQVAESTOR SC. P*alatii*, epitheton SC. (*ſacri*, de quo ad Bouh. p. 292. *extr.*) omitti potuiſſet. quomodo Caſſiodorus *Exquæſtor palacii* in MSC. Lipſienſi poſtea nobis citando dicitur; & *Præpoſitum Cubiculi*, omiſſo adiectivo *ſacri*, ex Anonymo Valeſiano paullo ante lit. 7. adtulimus. quæ τῷ *ſacri* omiſſio Philippum a TVRRE non moraretur: moratur autem eum genitivus *cubiculi* vel *palatii* per ellipſin omiſſus. Neque mihi placet hæc in diptycho Brixiano ellipſis: pro Brixianis tamen interpretibus dici poteſt, ſæpe *præpoſituras*, *præfecturas*, *procurationes*, cet. referri, ſuppreſſis genitivis, ſeu rebus quarum illæ fuerint. Exempla, ex multis pauca, adduco.

Grut. 721: 10. *Brixia ad D. Agatham.* FL. LVPPO. EX. PRAEP. AVR*elia* SEVERINAE MATR*i* cet. Cujus rei aut quorum hic fuerit EX PRAEP*oſitus* non eſt additum: additur vero in Muratorio, qui ut ineditum dat, 1257: 8. *In Sancta Agatha agri Brixiani. E ſchedis Farneſiis.* FL. VPPIO. EX. PRAEP. AVGVR. SEVERINAE. MATR*i* cet. Quam ibi dederat notulam MVRATORIVS „id eſt: EX PRAE„CEPTO AVGVRVM.„ quaſi EX PRAEC. non EX PRAEP. legeretur, aut legendum eſſet, eam Tomo IV. in *Addendis & Corrigendis* jubemur delere, & ſcribere „Id eſt *Ex Præpoſito*, ſeu *Ex Præpoſitus Augurum.*„ Hanc φροντίδα δευτέραν neſcio an σοφωτέραν habere liceat. Longe enim præſtare videtur Gruteriana lectio AVR. i. e. AVR*elia*, quæ omnem *Augurum* mentionem procul arcet. Eſt autem aliud, quod de EX. PRAEP. nos incertiores facere poſſit, de quo in ed. Grut. ſec. 721: 10. monere neglexerunt, in Grut. 356: 3. latere tertio legi, FL. LVPIO. EX. PRAEF. P. AVR. SEVERINAE MATRI. qua lectione ſi ſtandum eſt, EX. PRAEF*ecto Prætorio* legitur relatus. At quum Gruterus textum hunc nonniſi *ex Apiano* dederit, non debuit quod *Apianus fol.* 59. habet EX PRAE. P. adjecta F. litera in EX. PRAEF. P. augere. Potius, ſublato puncto, exit EX PRAEP. commodiſſime, ut e ſchedis Verderianis alter Gruteri typus 721: 10. pulcre ſiſtit. Quia ſaxum eſt Brixianum, TVAE erit ſapientiæ, Antiſtes Brixianorum ſapientiſſime, de eo nos docere.

Mur. 681: 1. M. AVREL*io*. FIDELI. EX. PRAEPOSITIS. cet. „Complura fuere „apud Romanos *Præpoſitorum*, tum Civilium, tum Militarium genera. Quo igitur „munere functus hic fuerit, quis divinare poſſit?„ MVR. Addo, *Præpoſitorum* quoque genus in Officiis domus Auguſtæ frequenter occurrere: qualis PRAEPOSITVS nullo ſubjecto genitivo legitur in Rein. IX: 68. p. 577.

DIIS

DIIS MANIBVS
EPAPHRODITO OLYMPI
AVG. LIB. RESPECTVS
PRAEPOSITVS
FECIT POSTERISQVE
CONSERVIS.

Probo, quam qui maxime, mediam Reineſiani commentarii partem. RESPECTVS, inquit, *cui rei Præpoſitus, aurine potorii, an argenti eſcarii, an ab auro gemmato, à Cryſtallinis an à rationibus (hos enim & longe plures Præpoſitos aula ferebat) fuerit, adhuc quærendus erit.* Reliqua, quæ doctrina Reineſii ibidem partim præmiſit, erudita licet ſint, ad rhombum tamen meo quidem judicio nihil faciunt, neque ullam ſaxo adferunt lucem. *Epaphroditus* enim *Olympi*, *Auguſti liberti*, ſervus accipiendus. hinc in extremo ſaxo CONSERVIS. Habebant Liberti ſuos Libertos, nedum Servos. at cujus Auguſti libertus Olympus hic fuerit, neſcire cogimur. Lapidem hunc Reineſianum, ac ſi antea non prodiiſſet, dederunt Gorius in Don. VII: 27. p. 286. & Mur. 930: 5. Donianus Gorii index, & Reineſianus, hunc *Præpoſitum* nuſquam oſtendunt. Muratorio autem indice XI. placuit *Præpoſitus Libertorum Aug.* 930: 5. Sufſeciſſet *Præpoſitus.* 930: 5.

Amm. Marcellin. 29: 2. de Hypatio, *qui & majorum claritudini gloriæ fuit, & ipſe poſteritatem mirandis actibus* PRAEFECTVRAE GEMINAE *decoravit.* An GEMINAE *urbanæ?* uti in Saturnini titulo Reineſiano Adp. num. XX. pag. 1022. *inluſtrà* Vrbanæ *Præfecturæ* GEMINAM dignitatem legimus. v. ad Boub. p. 331. *lin.* 36. An GEMINAE *Prætorianæ?* uti Probus, *Præfectus quartum*, legitur *Bis* GEMINA *populos præfectus ſede gubernans* in Grut. 450: 4. 5. v. ad Bouh. p. 220. *lin.* 18. Immo Hypatii Præfectura fuit GEMINA, i. e. *urbana* altera, altera *Prætoriana.* „GEMINAM PRAE-„FECTVRAM cum ait Ammianus, intelligit Præfecturam urbis, quam geſſit A. 379. „ut docet *lex* 26. *infr. quorum appellat.* & Præfecturam Prætorianam, quam geſſit A. „382. 383. vid. *Indicem Perſonarum*, & *Conſularia Theod.* Eidem ſane inſcribitur mox *lex* „15. *infr. h. t.* Cujus autem Præfecturæ Prætorianæ Præfectus fuerit Hypatius, do-„cet ſubſcriptio *hujus legis*, *PP. Karthag.* vid. & *d. l.* 15. *infr.*„ Hæc. Jac. Gothofredus ad Lib. XI. Cod. Theodoſ. tit. 16. de extraordinariis ſive ſordidis, leg. 13. unde docemur, in nota Valeſiana ad Amm. Marc. p. m. 610. a. de Hypatii præfectura urbis pro *eodem anno* legi debere *a. Cti* 379.

Idem Marcellinus 19: 12. *Simplicius Philippi filius ex Præfecto & Conſule.* ad quæ verba Valeſius hæc commentatur p. m. 249. b. not. *o.* „*Philippi ex Præfecto & Con-„ſule.*] Conſul fuit cum Sallia anno Domini 348. eodémque anno Præfectus Præto-„rio Paulum ex Conſtantinop. ſede, quam Romani Pontificis litteris munitus rece-„perat, expulit juſſu Conſtantii, impiumque Macedonium reſtituit, ut ex Athanaſii „Apologia ad Conſtantium, & ex Actis Pauli Conſtant. aliiſque diſcimus„ cet.

Nos infra th. XXIX. Ammianum longe ſimplicius non de Simplicii patre, Philippo, ſed de Simplicio ipſo *Ex Præfecto & Conſule* explicabimus.

Boëthium, qui numquam conſul fuit, amicum Aëtii patricii, cum quo & occiſus eſt, Victor Tununenſis ad a. Cti 454. vocat PRAEFECTVM. Cui rei? Tacet. Fuiſſe Boëthium illum *Præfectum Prætorio* novimus ex Chronicis Proſperi & Caſſiodori ad eumdem annum.

Ita pro Brixianis interpretibus, quibus in Diptycho Boëthii conſulis EX*Præfectus Prætorio*, *Præpoſit*VS (ſacri cubiculi) placuit, dici poteſt, ellipſin genitivi *cubiculi* aut *palatii* eos minus babuiſſe ſulicitos, quia quæ præceſſerit Præfectura Prætorii ſatis docere putaverint, *Præpoſituram* intelligi primariam, ſummam, adeoque *præpoſitum* ſacri cubiculi ſeu palatii. Cui eorum opinioni non tam ellipſin genitivi, ut ab a TVRRE factum eſt, oppoſuerim, quam quod lit. γ. Patris Oratorii EX*Præpoſitum Palatii* evertere dixi, ſiglam *PræPoſiti* non uno P, ſed geminatis literis PP. ſcribi conſueviſſe.

Num ergo in Brixianorum quis gratiam EX*PræPoſitus* (cubiculi ſive palatii) *Præfect*VS (urbi, prætoriove) leget? Non dubito, fore pauciſſimos, aut nullos potius, quibus hæ genitivi & dativi ellipſes duriſſimæ, & incertiſſimæ, in diptychisque inſolitæ, admitti poſſe videantur. Contemnent eas profecto plerique omnes, quibus *Præfectus Vrbi* SEC*undum*, de quo Italorum interpretum nemo cogitavit, non minus, ſpero, probabitur, ac EX*Præfectus Prætorio*, qui Brixiæ primum conjici optime cœptus eſt. ita enim fiet, ut dignitates diptychi quamvis breviſſime, nil minus tamen quam elliptice inciſæ intelligantur.

Ante, quam hinc abeam, haud alienum videtur addere, non de lapide, ſed de codice MSC. Lipſienſi (ex quo *Exquæſtor pallacii* modo pag. xxx. *lin.* 5. memoratus nobis eſt) in quo dubius ſum, annon ſub voce *Præpoſitus*, cui nullus ſubjunctus ibi eſt genitivus, ulcus lateat, critica arte ſanandum. Apud Fabric. Bibl. Lat. T. III. p. 219. ita lego. „In Bibliotheca Ampliſſimi Senatus Lipſienſis exſtat MS. codex „Epiſtolarum Caſſiodori hoc titulo: *incipiunt capitula M. Aurelii Caſſiodori Senatoris, Viri „clariſſimi & illuſtris, exquæſtoris pallacii, exconſulis ordinarii, exmagiſtri officii præpoſiti atque „Patricii Romanorum, variarum formularum liber primus incipit.*„ Senatorem, quo proprio, non dignitatis, nomine (v. eumd. Fabric. T. I. p. 651. not. a. Reland. Faſt. p. 682.) dictus eſt Caſſiodorus ſeu (ut Inl. Maffeio dicendus videtur) Caſſiodorius, poſt reliquas dignitates enumeratas dici ἁπλῶς *præpoſitum* non valde placet. Cujus rei eum dicemus fuiſſe *præpoſitum*? an ſacri cubiculi ſeu palatii? Quum Variarum libris X. prioribus ore regio Senator noſter eſſet locutus, in libris duobus poſtremis, XI. & XII. formulæ inſunt ipſo ejus nomine dictatæ, ex quibus eum *Præfectum Prætorio* fuiſſe omnibus ſit teſtatiſſimum. Hancne *Præfecti Prætorio* dignitatem in titulorum ejus ſerie, quam codex MSC. exhibet, ne memoratam quidem eſſe? Memorari debuit quam quæ maxime: & memoratam aſſe mihi perſuaſi, latere autem ſub vitioſa voce *præpoſiti.*

*poſiti.* Si non in ipſo codice MSC. Lipſienſi, at in antiquiore ſaltem quodam, ex quo Lipſienſis eſt transſcriptus, ſuſpicor Senatoris dignitates oon per conſequentiam literarum, ut a Fabricio dantur, ſcriptas fuiſſe, ſed per vocum compendia, quæ inter & PP. fuerit, i. e. *Præfecti Prætorio*: atque naſutiorem librarium ſeu exſcriptorem ſiglam PP. quam *Præfectum Prætorio* notare aut neſciverit, aut non cogitaverit, ex ſuo ingenio integram vocem *PræPoſiti* oobis obtruſiſſe. Quantæ calamitati fuerit ſundo epigraphico vocum breviatarum exſcriptio extenſa in epiſtolis epigraphicis aliquoties monui. v. ad Bonh. p. 300. *lin.* 6. Doctiſſimus LEICHIVS, cujus amicitiam magni facio, facile Lipſia nos certiores faciet, an in MSC. Lipſienſi extenſe ſcriptum inveniatur *præpoſiti*, non PP. Si *præpoſiti* in eo legatur, doctorum ſacio judicii, QVIRINI inprimis & LEICHII, quo loco putetis habendam eſſe ſuſpicionem meam, errorem vocis extenſæ *præpoſiti* ex antiquioris codicis ſigla PP. ortum eſſe.

ç. EC. *Et Comes.*

Quod Brixianis placuit, Philippo a TVRRE vocum juncturæ per & copulam fieri ſolitæ non convenire viſum eſt. „nella ſeconda parte la retta diſpoſizione richi„ederebbe cbe ſi diceſſe, *Comes & Conſul Ordinarius*, e non *& Comes*, *Conſul Ordina„rius.*„ Optime ſeſe habent, quæ reponis pagina Diſſ. TVAE (XXVIII.) „Inter„pretatio ET COMES CONSVL ORDINARIVS, quæ Adrienſi parum arriſit, quod „particula & potius voci *Conſul*, quam voci *Comes* præponenda forer, non omnino „abſona mihi videtur, qnum collocata ea particula, ut viſitur in Diptycho, ſigni„ficet Boethium antea Præfectum, & Comitem, tunc Conſulem proceſſiſſe.„ In Diptychis ſupra pag. XVIIII. adlatis ſæpe ET ante CONS. ORD. poſitum eſt, qui ordo Adrienſi placuit ſolus: at in Divionenſi & Turicenſi, ordine Brixianis placito ET dignitatibus ipſis interjectum eſt. Obſervo præterea, in diptychis conſularibus literatis omnibus, quæ nobis ex antiquitate reſtant, particulam ET legi, eamque plene ſemper exſcriptam; numquam ſub ſigla E, omiſſo T. Quin in ipſo Brixiano bis integre ET exſcriptum eſt, V. C. ET. INL. item CONS. ORD. ET. PATRIC. ut medio loco in PVSEC τò E ante C ſiglam eſſe τῦ *Et* temere admitti non debeat. de quo magis conſtabit, ſi SEC. ab Italis interpretibus male diremtum eſſe infra videbimus tb. XXV.

## XVIIII.

### *Philippi a Turre interpretatio diptychi Boëthii.*

Epiſcopi Adrienſis ſumma interpretationis hæc eſt. *Novo Anno Rurſus* MANL*ius* BOETHIVS V. C. ET INL. EXPPP*ræfect*VS (ſcil. *urbi*, ter) *Et* (iterum) CCONSul ORD*inarius*, ET PATRIC*ius*. „Io penſo, inqnit pag. (XXVI.) che queſti tre „PPP ſignifichino una ſteſſa Dignità eſercitata *tre volte* da Boezio, e cbe ſia la Preſet„tura di Roma. Così i due CC denotano i due Conſolati„ uno paſſato, ed il pre„ſente.„ cujus TV ſententiæ muros duplici ariete pulſas vebementiſſime pag. (XXVII.)

(XXVIII.) *Boëthium* philoſophum ſemel tantum *conſulem* fuiſſe, non *iterum*, ſeu *bis* (pro qua vocula typographus TVVS paginæ TVAE viceſimæ octavæ linea 9. male *Eis* dedit) *præfectum* autem *urbi* ne ſemel quidem, nedum *tertio*. Si R*urſus* cum CONS. ORD. jungi debet ex Phil. a TVRRE ſententia, quid opus erat CCONS ex mente ejusdem? ita conſul *iterum bis* ταυτολόγως ſignificaretur, alterum voce R*urſus*, & geminatione τοῦ C alterum. Sed quæ contra Brixianos de N*ovo* A*nno* R*urſus*, & de ſigla τοῦ E pro ET th. ſuperiore, lit. *a* & *r*, jam monuimus, etiam Adrienſi opponenda, non repetimus.

PPP. præfecturam (urbis) *ter* adminiſtratam, CCONS. conſulatum *iterum* geſtum ſignificare, quis cum a TVRRE credat? Non LEICHIVS, qui de Dipt. pag. (XXVIII.) præfecturam urbis ter adminiſtratam, tum in veteribus libris, tum in marmoribus, triplici P nunquam notatam eſſe monuit. Et ſane huic Adrienſis invento refragatur omnis antiquitas, quæ magiſtratus ab eodem homine altera & tertia vice geſtos numquam geminandis & triplicandis initialibus magiſtratuum literis ſignare conſuevit: niſi forte putemus a. Cti 444. conſulatum Theodoſii duodeviceſimum continuandis ante ONS duodeviginti C literis æque ac CONS. XVIII. ſcriptum eſſe.

Quam parum profecerit a TVRRE, præſidium ſententiæ ſuæ in numis quærens, in quibus AVGG. & AVGGG. frequentiſſime legantur, ſatis vidit Alex. Symm. MAZOCHIVS, qui epiſtolæ ſuæ pag. (XXI.) hæc ponit. „Exemplum quod idem (a „TVRRE) affert (quod ipſum exemplum mihi quoque ſtatim animo occurrerat, in „iſtud ECCONS. intuenti) de AVGG. aut AVGGG. nihil minus probat, quam quod „Hadrienſem juvet. Nec enim τὸ AVGG. illum ſignificat qui bis Auguſtus exſtiterit, „aut τὸ AVGGG. eum qui fuiſſet tertium Auguſtus; ſed eæ notæ non aliud quam „duos tresve Auguſtos deſignant. Pari ratione τὸ CC. apud Vrſatum in Notis inter- „dum *Conſules duos* notat. Porro autem ſi τὸ CC. duos conſules ſignare poterat; id „ipſum magis τὸ CCONS. denotaverit.„ Prima plane optime, media quaſi medie, poſtrema oppido peſſime ſe habent. Si AAVG. & AAAVG. ſcriptum olim eſſet pro AVGG. & AVGGG. vel pro AA. VV. GG. & AAA. VVV. GGG. cum CCONS. magis potuiſſet componi. ſed ne tunc quidem ſententia Adrienſis vinceret, CCONS. eſſe *conſul iterum*: hoc enim tantum ſequeretur, CCONS. notare *conſules duo*.

CC. *Conſules duo* ſignificare apud Vrſatum invenitur. quod quaſi medie ſe habere dixi: quia Vrſatus de hac nota, non ubique obvia, ſed admodum rara, exemplis adducendis non optime pepercit. quæ ſi adduxiſſet, de ſignificatione iſta τῶν CC. judicium ferri poſſet, rectene an male ſeſe interpretatio habeat. Forte hic notarum compilator, & earumdem infelix haud raro interpres, uno atque altero nixus eſt monumento, ubi CC. longe aliud quid quam *conſules duo* ſignificant. Hæc etſi ita ſcribo, dari tamen exempla, in quibus CC. manifeſte ſatis *conſules duo* ſignent, minime nego. Quum enim in ſaxis ſeculi potiſſimum quinti & ſexti haud raro occurrat C. notans cum *conſulatum* tum *conſulem*, nimirum in his ſiglis P. C. P*oſt* C*onſulatum*:

nec

nec non V. C. C. *Viro Clariſſimo Conſule* : quo modo in diptychis Divionenſi, EXC C. OR. i. e. EX*Conſul*, *Conſul* OR*dinarius* : quis eſt, qui diſſiteatur, quod VV. CC. i. e. *Viris Clariſſimis*, ſubſtantivo *conſulibus* per ellipſin omiſſo, (v. ad Bouh. p. 345. *lin.* 9.) vel VV. CC. CONSS. i. e. *Viris Clariſſimis* CONS*ulibus* (v. ad Bouh. p 342. *lin.* 4.) inſculptum legitur, id VV. CC. CC. i. e. *Viris Clariſſimis Conſulibus* incidi eodem jure potuiſſe, ac ἑνικῶς *Viro Clariſſimo Conſule* ? Num CC. *conſules duo* minus ſignificare potuit ac AA. & AAA. *Auguſtos duo* vel *tres* ? Non puto. Geminatas enim literas plurative ſignificare tralatitium eſt. v. ad Bouh. p. 345. *lin.* 4.

Porro autem, ſi τὸ CC. *duo conſules* ſignare potuerit, id ipſum magis τὸ CCONS. denotaviſſe, MAZOCHIO minime conceſſerim, niſi prius proferantur numi vel lapides, in quibus AAVG. & AAAVG. ſcriptum ſit de *Auguſtis duobus* vel *tribus*. Ita DD. NN. & DDD. NNN. eſt *Dominis Noſtris*, illud *duobus*, hoc *tribus*. v. ad Bouh. pag. 350. *lin.* 32. idem autem ſic ſcriptum DDOMIN. NNOSTR. & DDDOMIN. NNNOSTR. quis usquam vidit ? Multo minus archæophili cum MAZOCHIO ſentient in iis, quæ ſundamento huic in aqua poſito, CCONS. eſſe *conſules duo*, nexibus nullis ſuperinſtruxit, de quibus th. XXI. videbimus, in qua ad Mazochianam diptychi Boëthii παρεργμάτων ſeries ſcriptionis hujus inſtitutæ nos vocabit. Temporis enim ordo, TVAM, Vir Eminentiſſime, ſententiam prius a nobis adferri jubet.

## XX.

### *EM. QVIRINI interpretatio.*

Quum doctiſſime & veriſſime in animum induxiſſes, de Boëthii philoſophi unico tantum conſulatu certo conſtare, anno nimirum DX. geſto, Brixianum Diptychon, quod ad hunc Boëthium conſulem referendum eſſe non dubitabas, hunc ferme in modum interpretatus es. ANIC*ius* MANL*ius* BOETHIVS *Vir Clariſſimus* ET INL*uſter*, EX*Præfectus Prætorio*, *Præfect*VS (at non *urbi*) *Et Comes* CONS*ul* ORD*inarius* ET PATRIC*ius*.

Quia ANIC*ius* a TE divinatos LEICHIO placuit, rem omnem, quæ eo faciat, narrabo, ſi ad Leichiana meletemata de Diptycho Brixiano devenero, th. XXVIII.

De INL*uſter* præcepi th. XVIII. lit. β.

EXPPPVS qoo modo TE legiſſe dicerem, aliquamdiu (fatebor enim) incertus hæſi : ita mentem TVAM de his ſiglis aut plane non aperuiſſe, aut quibusdam involucris obtexiſſe mihi credebaris. tandem vero, quum EX*Præfectus Prætorio* Brixianorum nuſquam a TE convelleretur, & diſſertationis TVAE Romanæ pagina (XXVIII.) *lin.* 13. animadverterem, a TE ſcriptum eſſe, *Boëthium antea Præfectum*, *& Comitem*, *tunc Conſulem proceſſiſſe*, viſus mihi es EX*Præfectus Prætorio*, *Præfect*VS (at non *præfectum urbi*) legiſſe : niſi una dignitas, at tribos PPP id innuentibus ter obtenta, EXPPP*ræfect*VS potius TIBI placuerit, modo ne *præfectura urbis* intelligeretur, qua Boëthium philoſophom umquam fuiſſe exornatum recte pernegaſti. Sed quamcun-

que *præfecturam*, ſive ſimplicem, ſive geminam, ſive triplicatam, intellexeris, ſplendidam quidem certe, & dignam, quæ in diptycho conſulari extaret, a Boëthio philoſopho avocaberis. Haud abs re enim MAZOCHIVS pag. (xx.) *ante fin.* contra Philippum a TVRRE hoc urſit. „Officia in philoſophi operum titulis hæc recenſen„tur: *Exconſul ordinarius* & *Exmagiſter officiorum.* At in hoc ebore longe ſunt alia: „nam præter conſulatum ordinarium, is dicitur EXPPPVS (de quo mox videbimus) „ET PATRIC*ius.* Annon ex his liquido oſtenditur, Brixiani Diptychi Boethium „fuiſſe a Boethio ſcriptore eruditiſſimo alium?„ Rectiſſime ex ſiglis ſive unius dignitatis, ſive duarum, EXPPPVS, jugulum petitur ſententiæ eorum, qui Boëthium philoſophum in Diptycho Brixiano expreſſum volunt.

Quod autem incogitans ſuperaddit MAZOCHIVS de *Patriciatu*, nollem factum! quaſi vero hoc etiam argumento obtineatur, Boëthium philoſophum non extare in Diptycho, quia BOETHIVS diptychi fuerit PATRIC*ius.* Boëthium enim philoſophum omnino & PATRIC*ium* fuiſſe liquido conſtat. Codex Manuſcriptus, teſte Io. Bernartio in notis ad Boëthii Conſol. Philoſ. p. 3. b. edit. Hack. a. 1671. diſertim habet *Exconſulis ordinarii* & PATRICII. quin Berchemianus optimus codex præfert, *Exconſ. ordinar. Exmag. Offic. atque* PATRICII. & poſt Bernartium doctiſſimus Boëthii commentator Renatus Vallinus τὸ PATRICII teſtatur ab omnibus veteribus libris confirmari, clariſſimumque præterea adducit locum Ennodii: *Eſt Boetius* PATRICIVS, *in quo vix diſcendi annos reſpicis, & intelligis peritiam ſufficere jam dicendi.* Verba Boëthii de Conſ. Phil. lib. 2. proſ. 3. quibus eidem Vallino ipſe Boëthius *Patriciatum* ſuum quoque innuere videtur, prætereo, ut citem Anonymum Valeſianum Ammiano Marcellino additum, in quo p. m. 723. memoratur *Boethius* PATRICIVS, *qui Magiſter Officiorum erat.* Adde doctiſſ. LEICHIVM de Diptychis pag. (xxvii.) notis (*d*) (*e*) (*f*) Caſſiodori, Pauli Diaconi, & Agnelli, teſtimoniis eumdem Boëthii PATRICIATVM confirmantem.

*Et Comes* (quarum vocum ſyntaxin TE contra Phil. a TVRRE vindicaſſe th. XVIII. lit. *c.* jam laudavi) CONS*ul* ORD*inarius* ita TIBI placuit, ut tandem ſuperadderes pag. (xxvii.) „Si cui autem videretur *Ex-Conſul* legendum eſſe, adhuc lice„ret de altero Boethii Conſulatu dubitare, quum aliud ſit *Conſul iterum*, aliud *Ex„Conſul*, & putare quis poſſet Diptychum illud confectum fuiſſe non ſuſcepto, ſed „geſto jam Conſulatu a Boethio.„ Tota hæc periodus, meo quidem judicio, rectius abeſſet. Nihil enim rei eſt *Ex-Conſuli* cum Boëthio diptychi. De EX dignitatibus præmiſſo multa dixi in magna de diptychis epiſtola, ad Bouhierium XX. Veriſſimum eſt, aliud eſſe *Conſulem iterum*, aliud *Ex-Conſulem.* Poſterius hoc aut conſulem tantum codicillarem ſeu honorarium, aut conſulem magiſtratu jam defunctum notat. v. ad Bouh. p. 287. Quid ergo male metuebas, ne non liceret de altero Boëthii conſulatu dubitare, ſi cui EXCONS. in diptycho Boëthii legendum videretur? *Liceret* narras? non recte accipis. *ἀνάγκη* eſſet, alterum Boëthii conſulatum non admittere.

Cui

Cui enim pro ECCONS. legendum videretur EXCONS. næ is ex voce hac ſua, non diptychi, EXCONS. nullis fidiculis conſulatum Boëthii alterum ſeu iteratum extorqueret. Nam ſi EXCONS. ſuum de conſule codicillari ſeu honorario tantum interpretaretur, rideres, eum neque oculis ſuis vidiſſe, neque animo ſecum cogitaſſe, in diptycho 1ᵒ EXCONS. 1ᵒ ORD. arctiſſime conjungi. EXCONS*ul* ORD*inarius* autem & *exconſul* codicillaris ſeu honorarius, i. e. *non ordinarius*, contradictionibus alter alterum deſtrueret. Si EXCONS. CONS. ORD. legeretur, tunc adhuc liceret de altero conſulatu dubitare. Ego quidem certe diptychorum, Divionenſis & Turicenſis, EXC*onſul* *Conſul* OR*dinarius* non de Stiliconis conſulatu ſecundo, ut a Cuogio erat factum, ſed de primo tantum explicare malui ad Bouh. p. 294. *lin.* 18. EXCONS. ORD. CONS. ORD. demum idem eſſet ac BIS CONSVL ORDINARIVS.

De altero periodi TVAE membro ut dicam, ſi cui videretur *Ex-Conſul* pro ECCONS. legendum eſſe, putare quis poſſet, inquis, Diptychum illud confectum fuiſſe non ſuſcepto, ſed geſto jam Conſulatu a Boëthio. Immo, quia ORD. in diptycho ſequitur, omnes tunc ita putare teneremur. EXCONS. ORD. enim aliam interpretationem non admittit, niſi unam hanc *conſul ordinarius*, isque *conſulatu ſuo jam perfunctus*. qui libera olim Rep. Romana voce una *Conſularis* fuit dictus. v. ad Bouh. p. 313. *lin.* 34. Ita *Mavortius* a. Cti 527. conſul ordinarius, exacto conſulatus ſui anno ſeu poſt a. Cti 527. dictus demum eſt EXCONSVL ORDINARIVS.

„Sic enim in antiquioribus Codicibus, Leidenſi Regioenſi aliisque, poſt Epodos „literis majuſculis ſcriptum fertur: VETTIVS AGORIVS BASILIVS MAVORTIVS „V. C. ET INL. EXCOM. DOM. EXCONS. ORD. LEGI ET VT POTVI „EMENDAVI. CONFERENTE MIHI MAGISTRO FELICE ORATORE VRBIS „ROMAE: hoc eſt, *Vir Clariſſimus & Inluſtris*, *Excomite Domeſtico*, *Exconſule Ordinario*. „Quis fuerit ille Magiſter *Felix*, qui eodem hic quo *Donatus* titulo honeſtatur *Oratoris* „*Vrbis Romæ*, equidem neſcio: at *Mavortius* is ipſe eſt, qui Conſul erat ſine Col„lega anno poſt Chriſtum DXXVII: unde Faſti egregie illuſtrari poſſunt, cum „aliunde iſte *Mavortius* nulla alia re niſi cognomine ſolo innoteſcat.„ Hæc Clar. Bentlejus ad Horat. in præfatione: ex qua Relandus Faſt. p. *696. init.* Mavortii inſcriptionem inſigniter hallucinatus ſic repetiit: VETTIVS. AGORIVS. BASILIVS. MAVORTIVS. V. C. ET. INL. EXCOM. DOM. EXCONS. ORD. VIR. CLARISSIMVS. ET. INLVSTRIS. EXCOMITE. DOMESTICO. EXCONSVLE. ORDINARIO. LEGI. ET. VT. POTVI. EMENDAVI. CONFERENTE. MIHI. MAGISTRO. FELICE. ORATORE. VRBIS. ROMAE. Tautologiam dignitatum earumdem exhibitarum per compendia primum, deinde per conſequentiam literarum, quis ſine nauſea legat? Octo voces ὁλογραφηθεῖσαι, VIR. CLARISSIMVS. ET. INLVSTRIS. EXCOMITE. DOMESTICO. EXCONSVLE. ORDINARIO. expungi debent, peſſime textui intruſæ ex Bentleji interpretatione ſiglarum V. C. ET INL. EXCOM. DOM. EXCONS. ORD. Nonne hæc Relandi hallucinatio gravior eſt illa, qua codicis MSC. Lipſienſis *præpoſiti* ex mala interpretatione ſiglarum P. P. i. e. *Præfecti prætorio* natum eſſe, ſupra pag. XXXII. *fin.* & XXXIII. *init.* conjeci.

EXCONS. ORD. ſi cui in Boëthii diptycho conſulari legendum videretur, a nemine audiretur æquis auribus. quid enim? Omnia quæ nobis adhuc innotuerunt diptycha conſularia, conſulum ſunt ordinariorum, ne unum quidem exconſulis ordinarii. Veriſſime a TVRRE initio literarum ſuarum ad Galeardum: *Quel monumento ritrovatoſi coſtì ſarà certamente uno de' Dittici, che il nuovo Conſole diſpenſava agli amici con altri regali nel ſuo ingreſſo alla carica.* Diptycha ejusmodi eburnea conſules magiſtratu ſuo jam perfunctos facienda curaſſe, & amicis donaſſe, aut ſibi ſervaſſe, in quibus *exconſules ordinarii* dicerentur, omni antiquitatis eruditæ teſtimonio deſtituitur: eſtque ὅλη λευκὸν, ὅλη πυρρόν. Si cui videretur *Exconſul* legendum eſſe, in eorum numero, qui putarent, Diptychon Boëthii poſt geſtum conſulatum eſſe demum confectum, nomen TE TVVM profeſſum eſſe, non dicerem, veritus, ne doctrinæ TVAE injurius eſſem, TIBIque imprudens tribuerem, quæ tantum de aliis ſuſpicatus ſcripſeras, PVTARE QVIS POSSET, non PVTAREM.

## XXI.

### *Alex. Symm. Mazochii explicatio.*

Numnam periodum TVAM, de qua hactenus disputavi, non tam fortuito & caſu, quam conſilio & quadam divinatione i. e. præſenſione & ſcientia rei futuræ dediſti? In ea certe vatis inſtar videris ceciniſſe, quæ portentis ſimillima paullo poſt Neapoli præpoſtera MAZOCHII cura peperit. Quum enim magno labore non quidem EXCONS. legiſſet, ſed ECCONS. more novo & inaudito explicaſſet, ſuæ ad TE epiſtolæ Sectionem III.

DE DIPTYCHO BRIXIANO BOETHII CONSVLIS

clauſurus pag. (XXIV.) not. (32.) *Diptychon*, inquit, *iſtud Boëthianum paullo etiam ſerius, h. e. geſto jam conſulatu conſtructum fuiſſe, conſtat ex illo* ECCONS. Et in textu ipſo ejusd. paginæ: *Et de conſulatu non tunc ſuſcepto, ſed olim geſto, jam Tu quidem*, QVIRINE *optime*, *Epiſtola ad Bozium occupaſti.* Viden' ex periodo QVIRINIANA quantum MAZOCHIVS profecerit? Profecto tantum, ut ipſi conſtitutioni Imppp. Valent. THEODOS. & Arcad. AAA. a. Cti 384. datæ, & in leg. 1. Cod. Theodoſ. lib. XV. tit. IX. de expenſis ludorum inveniendæ, qua tres iſti Imperatores ſolidarunt, *ut exceptis* CONSVLIBVS ORDINARIIS, *nulli prorſus alteri aureum ſportulam*, DIPTYCHA EX EBORE *dandi facultas ſit*; diptychum Boëthii *ecconſulis* (ſi Mazochium audias) *ordinarii* derogare intelligatur. Bona verba, quæſo. Si Mazochianam de diptycho Brixiano ſententiam antiquitatis ſtatera penſitaverimus, conſtabit planiſſime, DIPTYCHVM EX EBORE Boëthii CONSVLIS ORDINARII cum ſanctione iſta trium Auguſtorum æque conſpirare amiciſſime, ac reliqua omnia, quæ adhuc reſtant, diptycha conſularia: ad quorum rationem Boëthianum quoque optime dirigitur.

„MAZOCHIANA de diptycho Boëthii quum mihi primum ab amiciſſimo GO-
„RIO memorarentur Epp. Epigr. pag. 383. *lin.* 15. quanta eorum cognoſcendorum
„cupi-

„cupiditate flagraverim vides ex pag. 409. *lin.* 15. neque tamen poſtea quidquam Ma-„zochianæ curæ a Gorio accepi, ἁπλῶς ad Syllogen Calogieræ voluminoſam, iu qua „Mazochiana Venetiis recuſum iri audiverat, ab eo pag. 429. *lin.* 15. rejectus.

„Quantam igitur gratiam a me inivisti, mittenda ad me celeberrimi MAZO-„CHII Diatriba, ſplendidiſſimo nomini TVO inſcripta! Cujus Sectionem tertiam „*de diptycho Brixiano Boethii conſulis* ἔγγυον, ἀνέγγυον, καλέγγυον. quid enim? adeo contor-„tæ ſunt viri cetera eruditiſſimi & antiqoitatum peritiſſimi, explicationes τοῦ EC-„CONS. & τοῦ EXPPPVS. ut ab omni antiquitatis regula abnormes deflectant, in „eum cenſum referendæ, qua voces cohærentes & continuas peſſime diſtinctas pro-„digioſeque acceptas eſſe, exemplis pluribus Mazochiano ſimillimis alibi Ξ. Θ. oſten-„dam. Τὸ S finale & τὸ EC initialia τῶν EXPPPVS. ECCONS. ſic jungenda eſſe, „EXPP. PV. SEC. CONS. cur non vidit?

„Unum eſt, qood doctiſſimum MAZOCHIVM juxta mecum obſervaſſe video. „Procopii locum dico, ab Relandi περιερμηνεία vindicatum ab MAZOCHIO pag. „(XXIV.) not. (31.) & a me epp. epigr. pag. 333. *lin.* 6.„ Hæc in meis ad TE li-teris anno ſuperiore a me ſcripta eſſe facile meminiſti.

Explicatiua heic quædam dicere ipſa partis bujus ſecundæ ἀνασκευαστικῆς ratio me jubet. quod ne ſine præmunitione orationis faciam, lætus libeus agnoſces verba TVA, quibus, poſtquam de NAR. ſcalptoris errore ex ANIC. orto divinare deſiiſti, ab diptycho Boëthisno abiturus, & epiſtolæ TVAE, qua MAZOCHII *De antiquis Corcyræ nominibus*, quæ ex Orientalium linguarum penu explicara inſtituit, Scbe-diaſmati reſpondiſti (Decad. II. Epiſt. III.) breviarium quoddam TVORVM contra MAZOCHIVM argumentorum in epiſtola de Diptychis, TVO & Boëthiano, ad CL. de BOZE exarata adtexturus paginam (XXIX.) ſic exorſus es. „Ut autem intelligas, „me non quidem ſerio, ſed jocando perſonam OEdipi ſumpſiſſe, ſinas precor, an-„tequam huic Epiſtolæ finem faciam, paucis hic exponere amicam quandam velita-„tionem his ipſis diebus exortam inter me, Virumqoe Doctiſſimum & Clariſſimum, „Alexium Symmachum Mazochium, Canonicum Neapolitanum, & Regium in ea „Vrbe Sacræ Scripturæ Interpretem, cujus doctrinam etſi maximopere venerer, „multum tamen abſuit, ot quibusdam ejos dictis (profecto quod divinationem red-„olerent) calculum meum adjungerem.„

BOVHIERIVS in fine alterarum literarum, quas ad TE ſcriptas Part. I. th. X. edidi, in Italia editoa doctorum libros trans Alpes doluit raro advehi: & MAF-FEIVS Alexii MAZOCHII eximium de Capoano Amphitheatro commentarium, quem ſibi ab auctore humaniter miſſum Veronæ habebat, Lugduni Gallorum fruſtra per-quiſivit. v. Inluſtris Comitis Ant. Gall. ſel. ed. Pariſ. p. 53. & p. 82. Librorum præ-ſtantiſſimi MAZOCHII adhuc nihil ego vidi, niſi quam TVA liberalitas mihi donavit Diatribam ad TE ſcriptam. quod tacere nolui, *Corcyræ* etymon quoddam de meo daturus. Quum enim *chorearum ſtudia* apud *Corcyræos* viguiſſe in TVA ad Bozium

 epiſtola

epiſtola pag. (xxix.) *ante med.* legerem, de qno inprimis ex TVIS Primordiis Corcyræ (qnem librum TVVM longe eruditiſſimom vix dubito quin æque ac Plautus olim fabulam ſuam Epidicum, *i.* e. æque ac TE ipſum ames) cap. XII. pag. 91. ſeqq. præclariſſime conſtat, in mentem mihi ſubito venit, forte inſulæ illins, in quam ejus antea Præſul cogitationibus ſæpiſſime reveberis, antiqua nomina Σχερίας & Κερκυρας, *Corcyra*, ab eadem origine olim fluxiſſe. A verbo Hebræo כָּרַר vel בַּר ſunt qui non modo græcas voces χαίρω & χορὸς, ſed etiam σκαίρω, σκαρθμὸς, σκαρίζω, σκιρτάω cet. ducant, nt ſæpe ſigma initio vocum addi ſolet. An ita Σχερία a בַּר, ut Κέρκυρα, *Corcyra*, ab ejusdem verbi ſecunda radicali defectivi conjugatione Pibel, prima radicali de more geminata, ſecundæque poſtpoſita, כִּרְכֵּר? Niſi quis malit, *Corcyram* a כִּרְכֵּר, *ſaltavit*, *ſubſiliit*, at *Scheriam* a שָׁכַר, *inebriari.* quo neſcio an quid forte faciat græcum Corcyræorum decretum, ob vocem ΕΥΔΟΜΗΚΟΝΤΑ ſupra pag. x· *lin.* 22. memoratum, in quo ΔΙΟΝΤΣΙΑ agenda indicuntur, conducendis auletis ſeu tibicinibus, tragœdis, comœdis. Hujusmodi autem etymologiis Homerum tam vehementer abuſum eſſe, MAZOCHIO recte non das.

Ne παρὰ μέλος φθέγξασθαι, & ἐκτὸς χορῦ ὀρχεῖσθαι videar, expono ſummam ſententiæ MAZOCHII de Diptycho Boëthiano, qnod ita interpretatur. NAR*ius* MANL*ius* BOETHIVS V. C. ET INL. EXPP*ræ*P*oſit*VS [ *Eunuchorum* ſive *Auguſtalis cubiculi* ] ECCONS*ul* ORD*inarius* (i. e. exconſul ordinarius, ſed nonniſi is, cui in conſulatu collega fuerat) ET PATRIC*ius.*

Præpoſteris & contortiplicatis opinionibus ſuis fidem conciliaturus MAZOCHIVS ὑστερολογίᾳ uſus de ECCONS. primo, deinde de EXPPPVS. agit, donec tandem poſtremo ad diptychi initium NAR pervenit. cujus veſtigia nonnihil legemus. *Si τὸ* CC. inquit, *duos conſules ſignare poterat; id ipſum magis τὸ* CCONS. *denotaverit.* Prius negandum non videtur: poſterius minime concedi poſſe pag. xxxv. *lin.* 10. προσημειωσάμην. Huic tamen compendio ſcribendi, nuſquam inveniendo, CCONS. pro *conſulibus duobus* tota doctiſſimi Canonici fabula innititur, dignior quæ exigatur, quam quæ ſpectetur.

*Ut collapſa ruunt ſubductis tecta columnis,*

ſic vide, quam non ſtet, quod ſtatim addit, cur ECCONS. non EXCCONS. eborarius ſcripſerit. „Jam vero τὸ EX CCONS. non aliud plane fuerit, quam *Ex con-* „*ſulibus*, ut quidem ævo Theodoſiano luquebantur. At etiam duæ dictiunes in unam „conflabantur: quod ubi fieri cœpit, ſi quidem duplex C retinere voluerunt, elidi „X neceſſe fuit, quippe litteram ante duplex C ineffabilem.„ Quæro omnino: Si ante CC elidi neceſſe fuit X ceu ἄρρητον, qui X ante PPP potuit retineri? Num minus ἀνεκφώνητος EXCCONS. fuiſſet, atque EXPPPVS. eſt? Cur τῷ X. ante triplex, non duplex modo, P parcit is idem, qui τὸ X. ante duplex tantum C perimit? Nonne ſuo ſibi gladio jugulamus bominem?

Pergit.

Pergit: „Eo ſit, τὸ ECCONS. non aliud eſſe, quam *virum ex conſulibus*, aut „vero *virum Exconſulem*, modo is in conſulato collega, non conſul *μόνιμος* fuerit: „qui ſi Conſul ſingularis fuiſſet, unicum C adſcribendum erat, ut ſit EXCONS.„ In monumentis innumeris Conſulem, qui collegam habuerit, COS. vel CONS. vel unica litera C. vel omnibus literis CONSVLEM, inciſum eſſe, ne eos quidem, qui ære nondum lavantur, fugit. Qua arte exempla omnia de conſule, cui collega fuit, unum C tantum babentia de conſulibus *μονίμοις* accipi poſſint, num MAZOCHIVS docebit? Contra ea ſi nobis vel unum documentum oſtenderit, in quo conſul in conſulatu collegam habens CCOS. vel CCONS. duplici CC. legatur inſcriptus, τὸ X. expulſum ei indulgebimus, dabimusque, ECCONS. eſſe virum conſulatu, in quo collegam babuerit, perfunctum. Commentum de duplici CC. quod uni MAZOCHIO placuit, ſi veteribus fuiſſet cognitum, longe felicius ab erudita antiquitate ita fuiſſet adhibitum, ut EXCONS. notaret conſulem honorarium ſeu codicillarem; & EXCCONS. ſeu ECCONS. eum qui conſulatum, ſive cum collega, ſive ſolus, geſſiſſet: ſic enim formula EXCONS. ORD. de eo, quem exacto conſulatus ſui anno *conſularem* olim dixerant, potuiſſet ſuperſederi.

Concludit MAZOCHIVS: „Itaque Diptycbi notæ illæ duæ ECCONS. ORD. „duplici modo enuntiari poſſent, ſive *Ex conſulibus ordinariis*, idque elegantius, ſive „*Exconſul ordinarius*. At præcedens illud EXPPPVS, qood recto caſu ponitur, facit, „ut etiam τὸ ECCONS. recto caſu ſit efferendum *Exconſul*; modo is ſemper intelli„gatur, qui conſul collega, non unicus fuerit.„ Utrum *Ex conſule*, aut *ex conſulibus* (ut ἀπὸ ὑπάτων) an *exconſul*, *exconſulis*, elegantius fuerit, neſcio: utrumque dictum eſſe ſcio. quo modo & *pro conſule*, & *proconſul*. v. ad Bouh. p. 286. *init.* Si ad uſum potiorem reſpicias, olim *proconſul* magis quam *pro conſule*, & poſtea *ex conſule* magis quam *exconſul* freqoentari, puto, cœpit. de neutrius tamen præſtantia cum quoquam altercabor. Perinde quoque habuiſſem, ſi ECCONS*ule* quam ECCONS*ul* Mazochius maluiſſet: licet enim EXPPPVS recto caſu vult præceſſiſſe, ideo tamen ECCONS. eodem nominandi caſu efferri neceſſe non fuit. de quo, quia VS pro nominativi terminatione peſſime beic habetur, dicere tanti non eſt. v. Sanct. Min. I. 18. cum nota Perizonii.

Τὸ EXPPPVS explicaturus a ſimplicioribus ad magis complicata progredi vult videri. PP. interdum notare P*ræ*P*oſitum*, ſimplex eſt: ut & alterum hoc, *Præpoſituram ſacri cubiculi* duobus mandatam fuiſſe, alias præpoſituras tantum ſingulis: at ideo triplex P. evaſiſſe, & *ſacri cubiculi* addi ſupervacaneum futurum fuiſſe, adeoque EXPPPVS Ita ſignificare EXPP*ræ*P*oſit*VS, ut intelligatur ille *Eunuchorum* ſeu *Auguſtalis cubiculi*, hæc vero non modo complicata, ſed contortiplicata ſunt, Kabbalæ Judæorum ſimillima. PP. deſignare *præpoſitum* ex indice Gruteri Scaligerano adtulit. PPP. *alterum præpoſitorum ſacri cubiculi*, *aut Auguſti*, *aut Auguſtæ*, denotare nemo ante MAZOCHIVM dixit, finxitve: quod quia eſt ἄλλης γραφῆς, nemo ei credet: neque audebit ipſe dicere, כי לא חדש הוא׳ וכבר היה לעלמים מורגלא בפומייהו דאנשי ישרים ותמימים אשר היו מלפנינו. Quare de PPP. deſino.

Ex duabus hiſce præconceptis opinionibus, de duplici CC altera, altera de triplici PPP. duo falſiſſima ſibi perſuaſit Canonicus Neapolitanus. Unum, Diptychi Brixiani Boëthinm ooo alium eſſe a Boëthio, Symmacbi fratris io conſulatu collega, a. Cti 522. Boëthium enim a. Cti 487. conſolem *μόνιμον* fuiſſe. Fuit etiam, nt ad Bouh. ſcripſi p. 333. *lin.* 19. conſul ſolus ſeu ſine collega Boëthius philoſophus a. Cti 510. quo tamen argumento, oe Boëthius philoſophus intelligatur, non eſt uſus MAZOCHIVS, ſed aliis, quæ th. XX. partim admiſimus, partim rejecimus.

Alterum ex malis, uti diximus, principiis MAZOCHIO ortum hoc eſt: Diptychum Brixianum nonniſi poſt annum Cti 522. demum eſſe elaboratum. quod theſeos hujus XXI. initio jam exploſimus.

*Haud ſecus in Fabrica, ſi prava eſt Regula prima,*
*Normaque ſi fallax rectis regionibus exit,*
*Et libella aliqua ſi ex parti claudicat bilum;*
*Omnia mendoſe fieri, atque obſtipa neceſſum eſt,*
*Prava, cubantia, prona, ſupina, atque abſona tecta;*
*Jam ruere ut quædam videantur velle, ruantque,*
*Prodita judiciis fallacibus omnia primis.*

Primam tandem Diptychi Boëthii vocem MAZOCHIVS interpretatur NAR*ius*, aut NAR*icius*. de quo quia infra th. XXVIIII. in expoſitione ſententiæ Boubierianæ dicturi ſumus, unnm nunc mooemus, forte MAZOCHIVM ſub NAR. gentilitium nomen quæſiturum non fuiſſe, niſi cum novi anni auſpiciis, quæ literis NAR. innui priores interpretes ſuſpicati erant, adverſa fronte vidiſſet pugnare ſuam de ECCONS. ORD. ſententiam, qua Diptychon Boëthianum ooo initio conſulatus gerendi, ſed exacto anno, conſulatuque jam depoſito, factum male credidit.

## XXII.

### *Pariſienſis interpretatio prima.*

Expoſitis Italorum ſententiis tranſcendendum in Galliam Transalpinam, & de Regiæ Pariſienſis Inſcriptionnm Academiæ mihi dicendum eſt conjecturis. quas qunm elicuiſti, quam vellem de ſingulis ſeotentiam TVAM earum auctoribus, qui paullo poſt TE, ampliſſime QVIRINE, ob ampliſſima merita TVA in chorum ſuum Academicum, ut & TE & illis digniſſimum fuit, cooptarunt, atque Sodales TVI facti ſunt, aperuiſſes! Eas vero quum ad me mittere conſtitueres, ad Cl. FEVERLINVM pag. (xxxv.) ſcripſiſti, quia Mazochianas explicationes mihi parum arridere tamquam valde contortas jam aperte ad TE ſcripſerim, TE vereri, ne parum grata pariter mibi accidat Bozianarum, quam TV magnopere admiratus ſis, opulentia. Libero QVIRINVM iſtoc metn. Hagenbuchione ingratos accidere ludos, quos literatiſſima, totoque orbe celeberrima Academia excogitavit & dedit? Ego vero neque ſemiſomnus neque ſine delectatiooe ſpectavi ludos hos Gallicos, nil minus quam

Oſcos,

Oſcos, neque tamen Romanos. Id dico: in explicando Diptycbo Brixiano operam doctiſſimos Gallorum viros poſuiſſe gaudeo: *αὐτὴν τὴν ἀλήθειαν* in bicipiti eos Parnaſſo ſomniaſſe non puto. Quia, ex quo tempore, quas quatuor potiſſimum Parnaſſus Pariſienſis protulerat ſententias, primum legi, prævidebam, fore, ut nulli earum tuto poſſim accedere; hoc me conſolor, ipſos doctores Pariſienſes ita ab invicem disſediſſe, ut alia aliis viſa ſiut. Licebit ergo etiam nobis ſalva tantorum virorum exiſtimatione & dignitate ab eorum placitis diſcedere. Hac enim modeſte diſſentiendi libertate in republ. litetaria frui nemini non conceditur, & ego ſanguine Helvetio cretus inprimis lubenter utor, quam nemo literas bonas amans, niſi cum vita ſimul, amittit. *Regnant alibi*, ut inſignis Criticus egregie dixit, *ſamiliæ & vocabula factionum, opiniones pro ſacramento ſunt, & fateri poſſe in melius proſici neſas habetur: in ejusmodi vero amænitatibus*, ut Hypercriticus quidam hoc non male ſuperaddidit, *ſibi indulgere, diſſentire ab aliis, & errare etiam, ſemper licuit, &, niſi fallitur* (qui autem in boc falleretur?) *poſthac etiam licebit.*

Prima interpretatio Pariſiis nata hæc eſt: NA*tales* R*egios* (aut R*omæ*) MANL*ius* BOETHIVS V*ir* Cl*ariſſimus* ET INL*uſter* EX P*ro*P*ria* P*ecunia* V*oto* S*uscepto* E*dixit* C*elebrandos* CONS*ul* ORD*inarius* ET PATRIC*ius*. Neque de *γενεθλίοις* regum dicere animus fert; neque de Palilibus urbis Romæ a. d. XI. Kal. Majas, quæ in Kalendario Romano apud Grut. 133. PAR*ilia* vocantur, in alio apud Lambeccium Commentarior. de Biblioth. Vindob. lib. IV. p. 280. N*atalis* VRBIS. Neutrius generis natales conſules ordinarii ſolebant celebrare. hinc ad id confugitur, quod Boëthium, qui Conſ. Philoſ. lib. 2. proſ. 3. ſibi *ſumtas in adoleſcentia negatas ſenibus dignitates* in prætereundis retulit ſeu communibus, neque ætas neque ambitio hortata, credo, erat, ut ſingulare hoc V*otum* S*usciperet*, ſi conſul fieret, ſe NA*tales* ſive R*egios* ſive R*omæ* EX P*ro*P*ria* P*ecunia* E*dicturum* C*elebrandos*. qui modus interpretandi parum mihi videtur abeſſe ab Harduini epigrapbas numorum in miras ſiglarum poteſtates convertentis *κακοζηλίᾳ*. Qui diptycha conſularia habent perſpecta, non dubitant, inter nomen Conſulum & CONS. ORD. more ſollemni interjacere dignitates reliquas a conſulibus iſtis geſtas. quod in uno Boëthii diptycho cur minus eſſet factum? Immo factum eſt idem literis EXPPPVSEC, dignitates omnino referentibus, & conjecturam de NA*talibus* R. infirmantibus ac convellentibus: quod tanto æquiore animo ferendum, ne Theoderici regis, qui Boëthium ſuſtulit, immanitas tanto deteſtabilior fiat, ſi Boëthius votum de NA*talibus* R*egis* Theoderici celebrandis nondum conſul ſuſcepiſſet, votique damnatus ſeu CONS*ul* ORD*inarius* NA*tales* R*egis* hujus celebraviſſet.

Prima hæc interpretatio, ſi fabula de voto Boëthii nondum conſulis vera eſſet, commentario, ut recte monetur, non indigebat: neque quidquam adnotatum eſt, niſi hoc in margine Gallico: „*Grut.* 253: 4. & 713: 14. *Ed. Græv.*„ Unde & nos miſſa reliquarum ſiglarum interpretatione ad ſaxa duo Gruteriana, quantopere ex iis literæ diptychi Boëthiani EXPPP non illuſtrentur, non taciturі, ita convertimur,

 ut

ut alia quædam monumenta, in quibus PP. aut PPP. male ab eruditis hominibus explicata ſunt, ſimus adducturi.

Si de indicum Scaligeri Gruterianorum abuſibos multiplicibus & variis commentarium ſcriberem, bonis literis haud inutilem, GORIVM meum in iis, quæ Italice ab eo ſcripta adtuli ſupra pag. XX. *extr.* XXI. *init.* Scaligerani laboris indice 19. minus dicerem eſſe abuſum, quam aoctorem Pariſienſem indice 20. Duo enim Gruteri ſaxa ad juvandam interpretationem Academiæ Regiæ primam adſcripta non eſſent, niſi ea prior ſic Scaliger ind. 20. combinaviſſet. „P. P. D. P. Propria Pecunia „dederunt, poſuerunt. 253: 4. vel procuravit, perfecit, donavit, poſuit. vide „713: 14. ubi pene expreſſum.„

Qui ſaxa ipſa conſulit, ſtatim videt, Scaligerum ſuæ ſiglarum P. P. D. P. in 253: 4. occurrentium interpretationi non priori, *Propria pecunia dederunt*, *poſuerunt*, ſed poſteriori tantom *procuravit*, *perfecit*, *donavit*, *poſuit*, gratiam quamdam conciliaturum, juſſiſſe videri 713: 4. ubi ὁλογραμμάτως in titulo ſepulcrali Burdigalenſi legitur PROCVRAVIT MATER SVA. DONAVIT. POSVIT. quæ præterita tria ſi ex mente Scaligeri ſiglis P. P. D. P. in 253. 4. per præterita quatuor *Procuravit*, *Perfecit*, *Donavit*, *Poſuit*, legendis viam præire poſſint, ex 253: 4. noo quidquam adjuvatur diptychi interpretatio Pariſiaca EX *ProPria Pecunia*: nedum ex 713: 14. quod totum quantum eſt cum ſiglis diptychi commune nihil habet.

Quid? quod neutra Scaligeri interpretatio in 253: 4. quadrat. Titulus enim Panvinianus poſitus eſt

ANTONINO. AVG. PIO
PONT. MAX. TRIB
POT. COS. II
P. P. D. P

ut nibil opos ſit, *Propria Pecunia Dederunt Poſuerunt*, ne ignoremus, qui ſint, qui *dederint*, *poſuerint*, idque *Propria Pecunia*. Præſtabat *Publica Pecunia*: niſi veri ſimillimum eſſet, ſi uon verum ipſum, *Patri Patriæ*, quod in titulorum imperatoriorum fine adeo ſrequentatum eſt, ut græcis quoque ſiglis Π. Π. inciſum ſit, quod Scaliger optime Πατρὶ Πατρίδος ind. 19. græc. interpretatur in 68: 5. Non debuit ut ineditum recoqui græcum Gruteri ſaxum a Fabr. p. 119. n. 5. multo minus a Mur. 18: 1. cur Antonioi Pii Auguſti-nomen ſubdatur, aliis decernendum relinquente. Decreviſſet facile ipſe Muratorius, ſi Fabretti typum vidiſſet, ſaciliusque, ſi Gruteri, in quo Antonini Pii Augoſti nomen non ſubditur, ſed *ab altero latere* legi monetur. Sæpe in ejusdem marmoris lateribus diverſis diverſæ epigraphæ leguntur. v. vel Fabr. p. 21. num. LIV. & p. 385. num. XXXX.

Ultima Panviniani lapidis aut *Decretum Publice*, aut *Decuriones Poſuerunt* mihi ſignificant. Cui volupe eſt, vel Claſſem Muratorianam IV. ſeu Imperatorum adeat.

*Patri*

*Patri Patriæ* PVBLICE, 251: 2. SVMPTV PVBLICO POSVIT *Decreto Decurionum*, ibid. 6. *Patri Patriæ Decreto Decurionum*, 252: 8. 253: 5. & 7. *Decreto Decurionum*, 252: 1. DEC. DEC. PVB. 253: 4. Ita in Grut. 254: 6. *Patri Patriæ Decreto Decurionum*, & ibid. 7. *Patri Patriæ* DECVRIONes POPVLVSQue SVTRI *Pecunia Publica Poſuerunt*: licet noo neſciam, Scaligerum ind. 20. PPP in 254: 7. *Propria Pecunia Poſuit* interpretari.

Siglas EXPPP. ego quidem dubito uſquam EX *ProPria Pecunia* notare, & docilis accipiam, ſi duplex PP ſiglam τὸ *ProPrius, a, um*, eſſe ex veteribus monumentis tradatur. In Grut. 253: 4. non tria PPP, ſed tantum duo PP, modo diximus ſignificare non *Propria Pecunia*, ſed *Publica Pecunia*; aut potius *Patri Patriæ*, ut antecedentibus dativis ſenſu cohæreant magis, quam, qood Scaliger voluit, extremis literis D. P.

Contra ea in Grut. 164: 5. *extr.*

C. CORN. SEVERVS. M. SEPTIMIVS. COELIVS. $\overline{\text{II}}$. VIRI. PP.

F. C.

τὸ PP. τοῖς $\overline{\text{II}}$. VIRI. junxiſſe Scaligerum vidi ex ind. 5. IIVIRI P. P. 164: 1. qui ei ni fallor *Duumviri perpetui* ſunt crediti. Nonne vero in tanta raritate *Duumvirorum perpetuorum* præſtat PP. cum verſo ultimo efferre *Pecunia Publica Faciendum Curarunt*? Veterum quadratarii, quos regulas ſyllabarum ſejungendarum aut neſciviſſe, aut paſſim violaſſe dixi ad Bouh. p. 306. *lin.* 15. deſcribendarum quoque linearum ſæpe admodum incurioſi fuerunt, ut mirum non ſit, PP. in 164: 1. ab F. C. ſeparatum, contra in 253: 4. cum D. P. eodem verſu concluſum eſſe: quorum alterum initium verſus ultimi elegantius intrare, alterum verſum penultimum rectius claudere potuiſſet.

Vrſatus T. XI. Græv. p. 911. F. poſtquam recte dedit,

*P. P. D. P. Patri Patriæ Datum Publice. In Monumentis Imperatorum.*

ſtatim addit: „Perfecit Donavit Poſuit. *Scaliger.*„ Manifeſtum nobis eſt ex ſuperioribus, eum primo verbo auctius dare voluiſſe „Procuravit, Perfecit, Donavit, Po-„ſuit. *Scaliger.*„ neque quod in Vrſato continuo additur „Propria Pecunia Dedit Po-„ſuit *vel* Perfecit„ aliunde hauſtum videtur, quam ex eodem Scaligerani indicis viceſimi loco.

Saxum Grut. 246: 4. Trajano erectum Romæ in fine habet P. P. EX. S. C. quæ nolunt aliter intelligi, quam *Patri Patriæ* EX *Senatus Conſulto.* neque excogito, unde divino Scaligero humani quid ſæpe paſſo prodierit infeliciſſime ind. 20. „P. P. Pro-„vincia Pannonia. 246: 4.„ Cur non caſtigavit Holthenus? Quanto rectius linea poſt quarta „P. P. Pater Patriæ. In Imperialib.„

In ſiglas P. P. i. e. *Patri Patriæ* deſinunt quoque more ſolito tituli Imp. Hadriani in hoc Britannico ſaxo apud Grut. 248: 3.

M IMP.

IMP. CAESARI. DIVI. TRAIANI. *parthici fil.*
DIVI. NERVAE. NEPOTI. TRAIA*no hadria-*
NO. AVG. PONTIFICI. MAXI*mo trib. poteſt.*
COS. I - - - PP. COH. IIII. F - - - - - - - - - - -
- - - - IO. SEV - - - - - - - - - - - - - - - - - - -

v. 4. legendum COS. II. P. P. cui hoc monumentum fecit COH*ors* IIII. forte cognomine uſa F*lavia*, ſub Præfecto ſeu Tribono *claud*IO. SEV*ero*. ſeu quæ alia nomina fuerint verſu ultimo ejus, qui cohorti IIII. præfuerit. Ita in aliis ſaxis Britannicis alæ & cohortes nominandi caſu leguntur, & qui eis præfuerint ſubnectuntur. v. Grut. 1006: 8. 9. 1007: 3. 4. 5. 6. Male Scaligerum PP. COH. IIII. F.... legiſſe Pr*æPoſitus* COH*ortis* IIII. F.... non videas niſi ex ind. 6. ſeu militarium, voce *Præpoſitum* „PP. Cohortis. 248: 3.„

Titulus Auximas in Grut. 445: 9. ſic incipit:

C. OPPIO. C. F. VEL
BASSO. P. P. P. C
PR. I. D. AVX. 7. LEG. IIII
FL. FEL. ET. LEG. II. TR. FOR
EVOC. AVG. cet.

Qui ἁπλῶς in 445: 10. dicitur P*atronus* C*oloniæ* (de quo duo alia alii Oppio erecta monumenta in 446: 1. 2. ſatis docent) is in 445: 9. plenius P. P. P. C. inſcribitur. neque de hac ſcriptura, a Grutero ex Smetio 77: 11. deſumta, ulla dubitandi cauſſa ſupereſt, licet Aldus in Orthogr. ſua voc. *Cena* p. 170. num. 2. habeat P. P. C. C. Mendoſe enim in Aldino libro tertiam literam C. pro P. irrepſiſſe certum mihi eſt ex ejusdem Aldi Notarum Explicatione, in qua hæc poſuit ad titulum noſtrum Auximatem unice pertinentia, p. 124. „P. P. P. C. PR. I. D. AVX. 7. LEG. IIII. FL. „FEL. ET. LEG. II. TR. FORT. EVOC. AVG. patri Patriæ, patrono Coloniæ, „Prætori Juridicundo Auximi, Centurioni Legionis IIII. Flaviæ Felicis & Legionis „II. Trajanæ, Fortis, Evokatori Auguſto.„ Ultima *Evokatori Auguſio* pro *Evocato Auguſti* auctori ſuo remittimus cum Vrſato T. XI. Græv. p. 701. E. Neque melius principium Aldus dedit, *Patri Patriæ Patrono Coloniæ*. Gravius longe eſt illud *Patris Patriæ* nomen, quam ut Oppio huic convenire videatur. Ne hilo quidem præſtat, quin pejus etiam eſt, quod in Vrſato extat: „P. P. P. C. Primo Pilo Prætoriæ Co„hortis. *Gallus*. In militaribus.„ Tantum abeſt, ut frequentes ſint hæ ſiglæ quatuor *in militaribus*: nonniſi in uno Auximi ſaxo leguntur, deſumtæ ab Vrſato, ut ex ejus indice auctorum cognoſcimus, ex Franciſci *Galli* Monumentis Auximi. Quid Scaliger? Ind. 20. P. P. P. C. 445: 9. ſine interpretatione poſuit. & jam ante eum has ſiglas in ἀνερμηνεύτοις habuit Smetius in ſuo Notarum indice ſcribens: „P. P. P. C. „77: 11. ſimiliter ignorantur, niſi forte legere audeas: Patrono Perpetuo Coloniæ.„

Ut

Ut verum ſatear, laudo hanc Smetii audaciam modeſtiſſimam, quamvis nemini de Grut. 445: 9. agenti cognitam æſtimatamve. *Patronus* enim *PerPetuus Coloniæ* non abhorret ab moribus antiquitatis, quam dictos AB ORIGINE PATRONOS quoque habuiſſe novimus. v. celeberr. Gorii Inſcr. Etr. T. II. p. 201.

Smetianum *ſimiliter* nos monet de eo, quod in eodem Smetii indice notarum præceſſit:

„PPP. 3: 2. Quid ſignent haud conſtat.„

Smetianam tabulam ex 3: 2. habet Grut. 160: 4. eædemque ſiglæ jam aderant in Grut. 159: 7. ut & poſtea in Grut. 1082: 13. habentur. Quia titulos imperiales toties nomen *Patris Patriæ* claudere ſolet, in hanc venio conjecturam, poſterioris ævi adulationem duobus PP. temporum meliorum non contentam adjeciſſe P tertium: quod ſi quis *Pater Patriæ Præſtantiſſimus* explicari indignabitur, nobis orantibus proferat, quod ſit προφερέστερον, *præſtantius*.

## XXIII.

### *Pariſienſis interpretatio ſecunda.*

Altera Academiæ Inſcriptionum Pariſienſis interpretatio, N*ovo* A*nno* R*edeunte* MANL*ius* BOETHIVS V*ir* C*lariſſimus* ET INL*uſter* EXP*ectatus* PrinciP*ib*VS (vel EX P*atrum* PrinciP*ib*VS) EC*ce* CONS*ul* ORD*inarius* ET PATRIC*ius*, commentario ita explicata eſt, ut latinior quam verior eſſe videatur. De EC monoſyllabo forte dubitabunt, qui EC*ce* ab EN & enclitico CE formatum malunt. Mallem ego de INL*uſter* pro INL*uſtris* Pariſiis dixiſſent: de quo th. XVIII. lit. β. dictum eſt. De re ipſa ut nunc dicam, alteri huic ſententiæ obſtant, quæ th. XXII. ſententiæ Pariſienſium primæ adverſari vidimus. Morem dico diptychorum, dignitates conſulum reliquas non tacentium. deinde, quem ibidem adtuli Boëthii locum, ſibi *ſummas in adoleſcentia negatas ſenibus dignitates*, velim etiam conſideres, annon eum jam tunc conſulem factum ſuadeat, quum adhuc ea ætate eſſet, qua conſulem eum fore vixdum erat ſperatum, nedum expectatum. Conſuetudinem meam ut ſervem, non omitto de inſcriptionibus Gruterianis agere, quæ ad ſecundam ſententiam firmandam a Pariſienſibus adductæ ſunt tres, 891: 8. 152: 8. & 313: 3.

Lapis Gruterianus 891: 8. inprimis juvare illis viſus eſt interpretationem EX P*atrum* PrinciP*ib*VS: quod in eo vocem *Patrum* credebant nobilitatis quodam ſignificatu adhiberi, atque neſcio quos claros *patres libertinos* indicari. A Scaligero decepti videntur. a quo non ſolum ind. 18. ſeu hiſtorico rerum memorabilium dati ſunt *Patres libertini*. 891: 8. ſed præterea ind. 5. ſeu dignitatum *Ex Patribus libertinis*. 891: 8. quo modo ob vocem PATRES i. e. *Senatus* ſeu *Senatores* ex Grut. 168: 4. eodem ind. 5. dantur *Patres Senatores. Municipales*. 168: 4. quæ Holthenus nullum mutationis a ſe ſusceptæ indicium dans ſic immutavit *Patres & Populus Municipales*. 169: 4. In 168: (non 169:) 4. leguntur PATRES ET POP*ulus*, ſcilicet Municipales. nam ſaxum Mundæ in Hiſpania. Sed præſtitiſſet Scaligerana ſic interpungere, *Patres*.

*Senatores Municipales.* 168: 4. Dignum obſervatu viſum fuit Scaligero, *Senatores* etiam *in municipiis* factos, dictos eſſe PATRES. An ergo quid clari etiam in 891: 8. in verbis EX PATRIBVS LIBERTINIS ineſt? Nemo neſcit, Horatium

*Non* PATRE PRAECLARO, *ſed vita & pectore puro,*
*Sed* LIBERTINO *natum* PATRE, *& in tenui re.*
*Non* - - - CLARO *natum* PATRE - - - - - - -
- - - - - - LIBERTINO PATRE *natum;*
*Quem rodunt omnes* LIBERTINO PATRE *natum.*

Ut Flacco poëtæ PATER LIBERTINVS non erubeſcendus eſt viſus: ita *Ariſtoni* noſtro, non CLARO ſtirpe, ſed forte vita moribusque ἀριστεύοντι, non PATER LIBERTINVS, MATER*que* LIBERTINA. quid enim PATRES LIBERTINI? Non dubito PATREM & MATREM, ambo LIBERTINOS, dici PATRES, ut ſæpe alibi PATRES & Πατέρες, pro *Parentes* & Γονεῖς, occurrunt. D. Paullus ad Hebr. XI: 23. *Πίστει Μωσῆς γεννηθεὶς ἐκρύβη τρίμηνον ὑπὸ τῶν* ΠΑΤΕΡΩΝ *αὐτοῦ, διότι εἶδον ἀστεῖον τὸ παιδίον. καὶ οὐκ ἐφοβήθησαν τὸ διάταγμα τοῦ βασιλέως.* Latina exempla deſiderantem ablego ad Scaligeri indicem 14. voc. PATRES, *Pater & Mater.* 792: 1. 704: 1. 707: 5. Holthenus omiſit ſine ullo omiſſionis indicio numeros 792: 1. quos emendari debere in 692: 1. potuiſſet diſcere ex ind. 19. voc. *Patres, οἱ γονεῖς, pater & mater.* 656: 2. 692: 1. 704: 1. 707: 5. Nonne Scaliger lapidem Gruteri 891: 8. rectius in ind. 14. & 19. quam in ind. 5. & 18. citaſſet? Ovid. Metam. IV: 61.

*Sed vetuere* PATRES, *quod non potuere vetare.*

ad quem locum videndus Latinitatis vindex, P. Burmannus ſenior, &, quem citat, R. Bentlejus ad Horat. lib. I. Satyr. V. (leg. I.) 100. p. 365. ne plura nunc dicam.

De Grut. 313: 3. quia poſſum, brevis ſum. Index Scaligeri 20. voc. PP. oſtendit *P. P. Pater Patrum* 313: 3. ſed factus eſt lapis P*atri* P*atrum* DEI SOLIS INVICTI MITRAE: & ind. Scal. 3. ſeu Sacerdotum recte datur *Pater Patrum Dei Solis invicti Mithræ.* 28: 2. 89: 4. 313: 3. ut neſciam, quid hic P*ater* P*atrum* ad ordinem Sacerdotum pertinens, ad literas diptychi faciat ob Boëthii nobilitatem generis EX P*atrum* P*rinci*P*ib*VS lectas. Si adlatus tantum a Pariſienſibus eſt, ut vocem P*ater* aut P*atrum* initiali litera ſcriptam docerent, eodem jure tot imperiales titulos P*atri* P*atriæ* factos adtuliſſent.

Qui P*ater* P*atrum* a Scal. ind. 3. primo loco datus eſt, in Grut. 28: 2. dictus PATER PATRVM DEI SOLIS INVICTI MITHRAE, HIEROPHANTA HECATAE: nos pulcre docet ſiglas in Grut. 192: 3. P. P. HIEROF. HEC. legendas eſſe, P*ater* P*atrum* (ſcil. Dei Solis Invicti Mithræ) HIEROF*anta* HEC*atæ*; non P*er*P*etuum* HIEROF*anta* HEC*atæ*, quo eas modo legiſſe Scaligerum nuſquam invenies, niſi in indice ejus 3. *Hierof. Hecatæ perpetuum.* 192: 3.

Grut. 152: 8. cum 891: 8. auctor Pariſienſis cur ſociaverit, vix intelligitur. Quum in ind. Scal. 5. juncta inveniſſet,

„EX

„EX PPO. 152: 8.

„Ex Patribus libertinis. 891 : 8. „

præter *patres libertinos* male intellectos, ſimul abſtulit, opinor, 152 : 8. quod EX PPO. ſaxi cum diptychi EX P*atrum* P*rinci*P*ib*VS convenire opinabatur. An ergo EX PPO. legit, aut ipſi in ejus gratiam legemus, EX P*atrum* (pluralis numeri index geminatio τῦ P.) aut EX P*rinci*P*um* O*rdine?* Sed quum in 152: 8. præcedat EX P*ræ*F*eƐ*. VRB. & ſequatur EXCONS. ORD. PAT*ricius*, non dubitavi abhinc triennium epiſtola epigraphicarum viceſima pag. 323. *lin.* 28. ſiglas intermedias EXPPO interpretari EXP*ræfecto* P*ratori*O. Quam male, quamve bene, ne ipſe me prave amare videar, TV decerne, QVIRINE Eminentiſſime, cum Sodalibus TVIS Pariſienſibus eruditiſſimis.

## XXIIII.

### *De ſiglis vocum contractarum.*

Excuſſis ſententiis Academicorum Pariſienſium duabus prioribus, ante quam eorumdem ſententias duas poſteriores excutiam, duo interjicere haud alienum videtur. De ſiglis vocum contractarum alterum: alterum de vocibus cohærentibus male diremtis. Utrumque heic faciendum me monent cum Italorum tum Gallorum interpretationes hactenus adlatæ. ceteræ enim, quæ poſtea exponendæ reſtant, in boc potiſſimum a prioribus abennt, ut in diptychi Brixiani literis EXPPPVSEC. neque VS babeant pro ſiglis duabus, V*oto* S*uscepto*, aut pro exitu tantum caſus, ſive nominativi declinationis primæ cum Italis, ſive ablativi declinationis tertiæ cum Gallis: ueque SEC dirimant.

Præter alios vocum breviandarum modos tritiſſimos, v. g. quum initialis tantum litera poſita eſt pro integra voce, ut V. C. pro V*ir* C*lariſſimus*; aut vocis literæ nonniſi priores quædam pro voce tota ſuffecerunt, ut MANL. pro MANL*ius*, INL. pro INL*uſtris*, CONS. ORD. PATRIC. pro CONS*ul* ORD*inarius* PATRIC*ius*: hæc etiam genera olim obtinuerunt, ut litera quæque ſyllabam ſignificaret, v. Τετραγωνοστιχ. Turic. p. 495. *fin.* aut vocis tantum initium aut finis, omiſſis mediis, ſcriberetur, v. ibid. pag. ead. *init.* Ita FRI fine dubio eſt aut FR*atr*I, aut F*rat*RI, in Mur. 1495 : 14. & L. L. TABVSQVE manifeſto L*ibertis* L*iber*TABVSQVE ſignificant in eod. 1381 : 1. Ita & in numis ΜΡ ΘΥ. Μ*ή*τ*η*Ρ Θ*εο*Υ. Helena, Conſtantini M. mater, V*eneranda* N*oſtra* M*ate*R, præ qua explicatione doctiſſima ſordet Harduinianum παράδοξον, V*rbs* N*arbonenſis* M*ercatum* R*eſtituit*.

Interdum ex duobus his generibus conflatum quaſi eſt tertium quoddam, quo vocum primæ & ultimæ literæ ita dabantur, ut literæ quædam mediæ in medio ſimul retinerentur. Sic SCE. M. EPCS. S*an*C*ta*E M*emoria* EP*is*C*opu*S in Rein. XX: 428. p. 996. quo initio plane caret typus Muratorii 425 : 6. ut ineditum dantis. Quod ſupra th. XVIII. lit. ε. pag. XXVIII. *lin.* 26. adſuit S*a*C*ri* P*alatii*, magis ad compendia

ſyllabarum, & vocum una litera notatarum, facit. Ad D. C. R. M. in Grut. 383: 7. v. 8. editio ſecunda hanc ſubjicit notulam. „i. e. D*e*C*u*R*ionu*M. Sic infra 1114: 1. „P. T. R. E. pro P*os*T*e*R*is*Q*ue*.„ Ex qua notula (in qua pro 1114: 1. corrigendum 1110: 1. & pro E reſcribendum Q.) Holthenus hoc ſupplementum indici 20. ſcripſit „D. C. R. M. Decurionum. 383: 7. not.„ non obſervans, Scaligerum ind. eod. paullo poſt, voc. DCRM hæc occupaviſſe: „D. C. R. M. ſcribeodum conjunctim „DCRM. Decurionum. 383: 7.„ Reioeſius ad I. 16. p. 41. *med.* D. C. R. N. vocabulum D*e*C*u*R*io*N*um* adfert ex Grot. 383: 7. N medio pro finali M. poſito. quo tamen modo eum corrigere voluiſſe non puto: quia D. C. R. M. recte tolerat, & D*e*C*u*R*ionu*M recte interpretatur ad VI: 112. pag. 451. *poſt med.* & jam ante Var. Lect. 3: 16. p. 620. quum dixiſſet, quæ vocum ſiglæ fuerint, *Sunt*, inquit, *etiam obſervatæ ſyllabarum: harum enim initiales eodem modo ſingularias ſculpſerunt, quod nos monemus primi, quia obſcuriſſimis & inacceſſis aliàs exponendis facere deprehenderimus;* 1. *p.* 1110. P. T. R. Q. *eſt* POSTERISQVE: *paulò aliter in* 7. *p.* 791. PRS. Q. SVIS. *niſi* *ìò* T *ab exſcriptore præteritum eſt: & in* 7. *p.* 383. D. C. R. M. *eſt* Decurionum: *quas interpretationes ipſe ſenſus & συνάφεια non omninò hebeti cuivis ſuppeditat ac comprobat.* Io Grut. 791: 7. nil opus eſt T. potius ab exſcriptore præteritum ſuſpicari, quam ab ipſo marmorario, qui literas tres tantum ſculpſit, vocis primam, alteram ex medio nomine, cum poſtrema, PRS pro P*oſte*R*i*S. Ita apud Fabrettum (quem de ſiglis vocum contractarum agentem laudavi in Epp. Epigr. p. 277. *lin.* 12.) ipſa hæc vox varie contracta legitur, p. 129. n. 52. (quod ſaxum poſt Fabr. datum etiam in Don. VI: 181: p. 275. & in Gud. indd. pag. LXXXII. col. b. *med.*) & p. 165. n. XXXI. P. T. R. Q. At P. R. Q. p. 164. n. 294. & PTR. EOR. p. 166. o. 306. De SIET pro S*c*I*lic*ET aut S*ci*l*ic*ET (a quo parum abludit Papiæ VDL pro V*i*D*e*L*icet*) & de VDSS. LBR. pro V*i*D*uca*SS*ium* L*i*B*ente*R v. ad Nob. Blaurerum p. (13) (14) ubi & de LGD. cootra Bimardiani typi LVGD. dixi, cum Inl. Maffeio & celeberr. Muratorio LGD. illud interpretatus L*u*GD*unenſis*: niſi, quod nunc ſubit, LGD. tres ſyllabarum trium literas initiales ſiſtat, ut ſit q. L*u*G*u*D. i. e. *Lugudunenſis.* Frequenter enim in monumentis antiquis *Lugudunum* ſcriptum eſt, pro *Lugduno.* Quod ſi & in LGD. inſcriptionis Torigniacenſis agnoſcamus, poterit videri, ejusdem inſcriptionis v. 16. LVGD.... ENS detritis in medio literis male exſcriptum eſſe pro LVGVD.... ENS, i. e. *Lugud*VN*enſ.*

Olim non magis literas ligatas, connexas, ionexas, & conglutinatas, ac hæc etiam ſcribendi compendia, neceſſitas imperavit librariis, marmorariis, monetariis, ſpatiorum iniquitate excluſis. qui porro iisdem quoque haud raro ſunt uſi nonniſi ſua voluntate coacti, operam puta compendifacturi. Hæc enim compendia pulcre faciebant ad ταχυγραφίαν non ſcribis ſtudioſius quam quadratariis quæſitam.

Egregie ergo falſi ſunt, qui ejusmodi ſiglas vocum contractarum librariis ita proprias crediderunt, ut earum nec vola nec veſtigium in antiquis inſcriptionibus ſcripſerint

rint deprehendi. in quorum nomero profecto neque Itali neque Galli interpretes diptychi Boëthiani referri debent. Illis enim diptychi VS exitus nominativi ſingularis; his autem terminatio ablativi pluralis vocis P*rinci*P*ib*VS videtur. Neutrorum ego ſententiis oppoſui, quæ agnoſcant ſcribendi compendia, in inſcriptionibus non legi. Legi enim in inſcriptionibus ejusmodi voces contractas non nego: licet ad eas EXPPPVS diptychi pertinere pernegem. Addo, quod in nullo diptychorum conſularium adhuc proditorum ſiglæ vocum contractarum legantur.

Exemplum non in Diptycho Boëthii Brixiano, ſed in Boëthii philoſophi libro occurrit, ſi vera eſt acutiſſima obſervatio, quam Antonius ASKEW in novæ editionis Tragœdiarum Aeſchyli ſpecimine Lugd. Bat. 1746. primum protulit *pag.* 10. *a.* digniſſimam vel BOETHII caoſſa a nobis heic totam dari. Poſtquam de ανυ & ανον, contractis ex ἀνθρώπου & ἄνθρωπον dixit „Vix, *inquit*, magis obviam quid in veteribus „Græcorum librorum editionibus quam ἄνος pro ἄνθρωπος. quod non aſſequentes re„centiores quidam Editores, vitia inde haud pauca procuderunt. Apud Latinos haud „minus frequenter quam apud Græcos in hoc genere peccatum eſt. Cujus rei quam„vis frequentiſſima proſtent exempla, juvat tamen unum adhuc in mendo jacentem „locum adferre & ſuæ integritati aſſerere. In antiquis Editionibus Boëthii *de Con„ſol. Philoſ. lib.* 2. metro primo exſtat.

„ *Sic illa ludit, ſic ſuas probat vires,*
„ *Magnumque ſuis monſtrat oſtentum, ſi quis*
„ *Viſatur una ſtratus ac felix hora.*

„Hoc malè mutavit Vallinus & ſecuti ſunt poſteriores, qui exhibent *Suique magnum.* „Mihi tamen certum eſt *ſuis* antiquarum editionum eſſe natum è compendio ſcriben„di, quod in Codicibus manuſcriptis comparet, *ſ̄clis*, quod debuerant non in *ſuis*, „ſed *ſeclis* commutare. Debet ergo ſic Boethii locus reſtitui:

„ *Magnumque ſeclis monſtrat oſtentum, ſi quis*
„ *Viſatur una ſtratus ac felix hora.*

„Senſu plano & perſpicuo atque metro integerrimo. Multa alia poſſent ejus gene„ris adferri. Sed loci rationem habemus & inſtituti noſtri. Quod autem Boethii „nunc maxime mentionem injecerim, inde eſt, quod nonnullam ego ipſe operam „in eo auctore collocarim; decem ejus optimos manuſcriptos Codices contuli, & „alia in eundem congeſſi haud inutilia, quæ omnia futuro alicui ejus editori libenter, „ſi cupiat, impertiam, quandoquidem ejus Editio a me vix eſt expectanda.„

Quia th. XXIII. *extr.* lapidis Gruteriani EXPPO, EX P*ræfecto* P*ratori*O legendum videri dixi, dicam in extremo hujus theſeos XXIIII. de IMPO, quod in alio Gruteri lapide ex eadem voces contrahendi methodo puto explicari poſſe. Grut. 1079: 2.

*PERPETVO IMPO
C. AVR. VAL. DIOCLETIA
P. F. AVG. *cet.*

 „* Scil.

„* Scil Conſulatu. Gruter. „ Hæc ed. ſec. notula Gruteriana rem mihi obſcurat, non illuſtrat. Tento explicare PERPETVO IMP*eri*O C. AVR. VAL. DIOCLETIA*ni* P*ii* F*elicis* AVG*uſti*, ut in Nicomedienſi hoc ſaxo expreſſa videatur formula, quæ in Grut. ed. pr. 1010: II. ΥΠΕΡ ΣΩΤΕΡΙΑΣ ΚΑΙ ΑΙΩΝΙΟΥ - - - - - - - - - - - - ΗΜΩΝ manca, at in ed. ſec. ex ſchedis Lindenbrogianis ΔΙΑΜΟΝΗΣ ΤΩΝ ΚΥΡΙΩΝ ſuppleta legitur. Mor. 1024: 3. ΥΠΕΡ ΤΗΣ ΤΩΝ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΩΝ ΣΩΤΗΡΙΑΣ ΚΑΙ ΝΕΙΚΗΣ ΚΑΙ ΑΙΩΝΙΟΥ ΔΙΑΜΟΝΗΣ, & 242: 1. ΥΠΕΡ ΤΗΣ ΤΩΝ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΩΝ ΚΑΙ ΤΙΩΝ ΕΥΔΙΑΜΟΝΗΣ. quod *εὐδιαμονῆς* vocabulum Lexica græca ignorant. Legimus in Lamprid. c. 6. Alexandro Severo adclamatum, *Dii te* PERPETVENT.

In Cod Theodoſ. ſiglæ *Præfecti Prætorio* non modo PF. P. aut PP. ſed etiam PP. ō. editæ, in antiquiſſimis codicibus, Wurceburgenſi & Gotbano, quos eximius RITTERVS eximie contulit, PPO. vel conciſius etiam PO. ſcriptæ ſunt. Ita ad leg. 59. de curſu publico pro edito *Meſſala PP.* ō. codicem Gothanum nota (*c*) dicit legere *Miſſala PPO.* de quo, niſi varietatem nominis *Miſſala* pro *Meſſala* notare debuiſſet, ne monuiſſet quidem, contentus in Tomi III. præfatione ſcripſiſſe, in codicibus ſuis PPO aut PO ubique ſcriptum eſſe, & jam in Tomi I. præfatione ex Codice Wurceburgenſi quædam literarum compendia memoraturus non modo PO. pro *Præfectus Prætorio* adtulit, ſed præterea ſubſcriptionem legis ſecundæ *de nupt.* (volebat *de ſponſalibus* ſcribere) PROP. VI. KAL. ATAS. ROM. i. e. PROP*oſita* VI. KAL*endas* A*ugus*TAS ROM*a*. Τὸ ATAS codicis dignum conferri cum IMPO lapidis Groteriani; magisque PO. vel PPO. ut venerandæ antiquitatis membranæ, quarum character proxime ad ſeculum quintum accedere dicitur, habent, cum EXPPO ſaxi Gruteriani, in quo ſeculi quinti conſulem legi ad Bouh. ſcripſi pagina 323. cujus linea 35. inter F*ectus* & P*rætori*O nobis nolentibus exciderunt voces duæ, VRB*i*, EXP*ræfectus*. Satis de ſiglis vocum contractarum, de quibus majorum gentium Critici haud raro monent. v. Salm. ad Lamprid. Heliogab. p. 835. a. *fin.* ed. Hack.

## XXV.

### *De vocibus cohærentibus male diremtis.*

Perpulcre de diptycho Brixiano ſcriptum eſt in Diario Veneto T. XXVIII. p. 42. *le lettere, che ſono ſotto il monogramma dell' una e dell' altra tavoletta, ſono molto unite, e come attacate inſieme.* Ita in inſcriptionibus maxime græcis vocabula nullis diſtinctionibus aut intervallis discreta legi paſſim legimus. contra ea Romanæ, ab extrema cujusque verſus voce ſi diſceſſeris, majorem partem punctis, aut horum loco aliis diſtinctionum ſignis & ſpatiolis voces diremtas habent: in multis tamen æque ac in græcis voces arcte cohærent, ab exſcriptoribusque, quin interdum ab ipſis marmorariis, vere diſtinctæ non ſunt. unde in regnum lapidarium iliadem malorum invectam novimus. neque puto rem aliam ullam majore exemplorum copia teſtatiorem fieri poſſe. quod quia alibi Ξ. Θ. me oſtenſurum eſſe, ſupra a me ex mea ad TE epiſtola repetitum legiſti pag. XXXVIIII. *lin.* 10. inpræſentiarum animi gratia paucula quædam partim mihi partim aliis obſervata quam potero breviſſime dabo.

*Sunt*

*Sunt exſcriptores, qui dictiones, ſine punctis continuatas, prave diſtinguunt. Id præcipue in Græcis Epigrammatis uſu venit, in quibus ſæpe ſine ullo diſcrimine verba contexuntur atque iunguntur. Fortaſſis & ego in his (neque pudet dicere) hallucinatus fuerim, ſolidioris lectionis atque interpretationis laude aliis relicta.* Hæc prudenter pudeoterque MVRATORIVS in Tom. I. Theſauri ſui præſatione. Hallucinatus certe eſt, quum in fine tituli græci, quem Zoticæ fecit Euphroſynus maritus, 1426: 4. ΕΥΨΥΧΕΙ ΟΥ ΔΕΙΣΑ ΘΑΝΑΤΟΣ ΕΤΩΝ ΚΒ. non modo εὐψύχει in verſione omitteret, ſed reliqua verteret, „*agentem annum XXII. verita non eſt mors* (eripere)„ ac ſi a δείδω, *timeo*, legeretur ὁ δείσας (ὤν) vel οὐκ ἔδεισεν θάνατος. & in 1830: 4. ultima ΟΥ ΑΙΣΑΟ ΝΑΤΟΣ verſa ab eo ſunt *oblivioni non traderis natus*, ac ſi filius, qui modo ante ΟΥ ΑΙΣΑΟ græce ΤΕΚΝΟΝ erat dictus, ſine mora poſt ΟΥ ΑΙΣΑΟ voce latina græce ſcripta ΝΑΤΟΣ diceretur; ΑΙΣΑΟ autem pro λήσαιο, a. 1. opt. med. ſignificatiooe paſſiva a λανθάνω ſeu λήθω, *lateo*, *celo*, legeretur, quum in utroque monumento ſit nota formula ΟΥΔΕΙΣ (quod & ΟΥΔΙΣ ſcriptum, Ι pro ΕΙ) ΑΘΑΝΑΤΟΣ. Vide doctiſſ. LEICHII ad græcas Muratorii inſcriptiones, novas emendationes p. 67. 68. & adde eaſdem p. 90. *med.* cootra Frœlichium de ΣΥΝΕΡΓΟΝΤΑΣ ΔΕ ΠΟΛΕΙΣ verſo *collaborantes porro urbes*, quaſi συνεργοῦντες δὲ πόλεις ſcriptum eſſet, quod συνεργὸν, τάς τε πόλεις ex Chishullo apud Mur. diſtinguitur p. 2119. v. 11. & p. 2122. *a.* ex eodem Chishullo *ſocium operis*, *& urbes* vertitur. Mur. 1624: 5. ΔΙΟΝΥΣΙΩ ΙΘΕΩΝ, *Dionyſio Itheon*, pro ΔΙΟΝΥΣΙΩΙ. ΘΕΩΝ, *Dionyſio Theon.* Io 1633: 1. ΕΚΤΟΝ, *ſextum*, q. ἕκτον, pro ἐκ τῶν. De ΕΚΚΙΟΝ v. ad Bouh. p. 18. & 65.

Scaliger ind. Grut. 20. T. R. E. S. P. R. Terra Regeſta Ex Sua Pecunia Reſtituerunt. 386: 8. quam explicationem Viſatus T. XI. Græv. p. 983. C. ita adfert, ac ſi hæ ſiglæ ſic expooendæ paſſim occurrerent in monumentis ruderibus terraque obrutis, at quorumdam pietate reſtitutis. Sed præter notam Gudianam, quam ed. Grut. ſec. exhibet, videndus omnino Reineſius, qui Var. Lect. 3: 16. p. 619. *med.* literas diremtas conjunxit, & explicuit TRES PR*ovinciæ* (Galliarum.) Muratorius, quaſi in Grutero non extaret, verſu ultimo duas tantum literas habet T. R. quas T*itulus* R*eſtitutus* legit, 1088: 7.

Fabrettus Inſcr. cap. IX. gentilitia nomina, quorum Gruterus non meminit, dato ſtudio comportans, AEMILICAM quoque gentem adfert, quam eadem injuria & AEMILICHAM aſpiraſſet, finxiſſetque, uno hoc lapide nixus p. 600. num. 11. *Villa Pamphilia in Vrnula ornatiſſima.*

DIS. MANIB
D. AEMILI
CHI. ET
HORTENSIAE
PHOEBES

Ut *Hortenſiæ* cognomen fuit græcum *Phœbe*, ſic & *Decimo* AEMILIO. CHIVS notum nomen græcum. Ex ſaxo ergo D. AEMILI*i*. CHI*i*. gens AEMILICA invitis Muſis eſt nata, ſed & invitis Cenſoribus Romanis, qui eam in tabulas ſuas retulerunt numquam.

Similiter ex mala cohærentia Fabretto orta gens SINPETTIA a Bouhierio & me eſt exploſa in epp. epigr. p. 120. *lin.* 16. & pag. 149. *lin.* 30.

In iisdem pag. 452. *lin.* 36. dixi, SENTIA PER*petua* ET PHILVMENVS quam diſplicuerint mihi, mutatique ſint in SENTI*i* (duo) APER ET PHILVMENVS.

Quum ad ſpectandum lapidem Turicenſem anno effoſſum certatim novitatis magis quam antiquitatis ſtudio concurreretur, non potui non indignari jocularem quorumdam ἀμυήτων audaciam, quaſdam lapidis voces miſerrime lancinantium, alias peſſime combinantium. v. Τεταγμ. p. 487. *lin.* 19. p. 552. *lin.* 20.

Sic, quia in diptycho Brixiano literæ omnes adhæſionibus inter ſe quam arctiſſime junctæ ſunt, doctiſſimis interpretibus, quorum ſententias ſupra expoſuimus, magnæ inprimis fraudi fuit, eos de tribus literis SEC. commodiſſime conjungendis ne cogitaſſe quidem. S enim ab EC avulſo nonniſi malas & contortas excogitarunt explicationes, alias aliis pejores. Dehinc dicendum nobis eſt de eorum interpretationibus, quibus SEC minime ſeparandum fuit viſum.

## XXVI.

### *Pariſienſis interpretatio tertia*, CL. *de* BOZE.

Literas itaque diptychi Boëthii EXPPPVSEC. ſic dividit & legit, EXP*ræfectus* P*rætorio* (aut EXP*ro*P*rætor*) P*rovinciæ* V*iennenſis* SEC*undæ*, Pariſienſis interpretatio tertia, ad TE a celeberr. de BOZE ita perſcripta, ut ipſius eam BOZII eſſe ex epiſtolæ Bozianæ oratione & ſtilo facile intelligamus. Ipſius, inquam, BOZII, quem, ut in TVA ad BOZIVM epiſtola pag (xv.) *extr.* prædicas, hiſce coloribus ſibi & poſteris pinxit Bimardus. *Beaucoup d'eſprit cultivé par beaucoup d'etude: une extreme facilité ſoutenué par un travail aſſidu, nourrie par une application infatigable, reglée par un diſcernement tres-juſte; favoriſée de tout ce qu'un beau naturel peut donner de politeſſe & d'agrement.*

BOZIANA certe interpretatio tanta tanti viri eruditione digniſſima reliquas tres Sociorum Pariſienſium longe præſtat: quam principio optimo nixam ante CONS. ORD. dignitates ante conſulatum ſive geſtas ſive honorarias inveſtigaſſe gaudeo: unumque mihi dolet, non duas, ſed unam tantum dignitatem ab eo eſſe inventam. contra quam rationes meas nominis ego BOZIANI, Muſis omnibus pridem cariſſimi, cultor devotus ita adferam, ut teſtatum apud animum TVVM relinquam, non magis auctoritate SCALIGERI quam BOZII me auferri, quoties diſſentiendi cauſſæ graves adſint, ut mihi minus liceat, quamvis ſpecioſe ſpecioſa maximi homines, homines tamen, in medium adtulerunt, eorum plaudere ſententiis.

De

De EXP*ro*P*rætore*, quem BOZIVS παρενθέτως dedit, omitto dicere. in hanc enim ſententiam nemo adducetur, niſi prius dignitatis nomen cum *Pro* compoſitum ante *Pro* etiam *Ex* habere didicerit. Adhuc autem æque ac EXPROCONSVLES, EXPRODVVMVIRI cet. incogniti antiquariis ſunt voce decompoſita dicti EXPROPRAETORES.

SEC. a BOZIO non diſtractum eſſe, laudo: ſed *Provinciæ Viennenſis* SEC*undæ* memoriam in diptycho extare non perſuadet, arbitratus, SEC. in eo legi, non II. *pour empêcher qu'on ne le rendit* ſecundum *ou* iterum. Pone, quæſo, eborarium nobis pro PVSEC potius PVIEII exaraſſe: num exiſtimas, eruditiſſimum BOZIVM P*rovinciæ* VIE*nnenſis* II. i. e. *ſecundæ*, lecturum non fuiſſe, impeditum numero II. qui numerus potius *Secundum* aut *Iterum* ſignificet? Ignotum ſane fuit vetuſtati hoc discrimen τῶν II. & SEC*undum*. Quod ſi SEC*undum* placuiſſet BOZIO, opera omni de Provinciæ Viennenſis in partes diviſione ſuperſediſſet, & ſpecie majore, certe non minore, EXP*ræfectus* P*rætorio* P*rovinciæ* V*iennenſis* SEC*undo* ſeu *iterum* ab eo fuiſſet lectus.

Quærerem vero tunc, annon eodem jure, quo

EXP*ræfectus* P*rætorio* P*rovinciæ* V*iennenſis* SEC*undum*

Gallorum eruditiſſimus legiſſet, quidam Viennæ, non Gallorum, ſed Auſtriæ, ſeu Vindubonenſis poſſet legere

EXP*ræfectus* P*rætorio* P*annoniæ* V*triusque* SEC*undum*,

aut EXP*ræſes* P*rovinciæ* P*annoniæ* V*triusque* SEC*undum*.

ſic in Grut. 35: 4. & 493: 3. V. P. ab Scaligero ind. 20. *Vtriusque Pannoniæ* explicata eſſe. Cur vero Vir *Perfectiſſimus* ſaxis iſtis ambobus non melius conveniat? niſi de 35: 4. Scaligeri interpretationem locus ſaxi juvet: quo modo in alio ejusdem regionis lapide apud Grut. 9: 6. PROC. P. P. S. legitur, i. e. eodem Scaligero explicante PROC*urator* P*rovinciæ* P*annoniæ* S*uperioris*, ut ex ejus ind. 5. voc. *Procurator Prov. Pann.* & ind. 20. voc. *P. P. S.* cognoſcitur. Scilicet ſiglas ejusmodi geographicas interpretari docemur ex ipſis inſcriptionum locis, ut de *Provincia Sicilia* monuit Spon. Miſc. p. 275. *extr.* ob duo Sicula ſaxa, quæ ſiglas P. S. habent, illic a Sponio data, quorum prius Fabr. p. 659. n. 499. poſterius Mur. 254: 1. ut inedita dederunt. Ita, ſi non in diptycho conſulari, ſed in lapide Galliæ antiquo legerentur ſiglæ P. V. de *Provincia Viennenſi* tutius cogitaretur.

Forte Veneti, in quorum urbe Brixiæ nunç diptychon Boëthii adſervatur, mallent

EXP*ræfectus* P*rætorio* P*er* V*enetias* SEC*undum*,

aut EXP*ræfectus* P*rætorio*. P*ræſes* V*enetiarum* SEC*undum*.

Vmbri vero, EXP*ræfectus* P*rætorio*. P*ræſes* V*mbriæ* SEC*undum*.

Fortaſſe homini Veronenſi, at non Inl. MAFFEIO, in mentem veniret,

EXP*ræfectus* P*rætorio*. P*ræfectus* V*eronenſium* SEC*undo*.

nam in Grut. 450: 1. verſum decimum habere PRAEF*ecto* VERON*enſium* III. i. e. *tertium* ſeu *tertio*. Quam male, ſcripſi ad Bouh. p. 218. *lin.* 21. ubi & verſus ſeptimi PRAEF. GRAECIAE exploſi *lin.* 36. quem Reineſius ad I: 11. p. 27. *poſt med.* mendoſum non ſuſpicatus male explicare conatus eſt.

Quid ſi Helvetius quidam, non metuens rideri, contenderet legendum

EXP*ræfectus Prætorio Pagi Verbigeni* SEC*undum*?

Alii autem patriæ ſtudio minus ducti conjicerent

EXP*ræfectus Prætorio. Præfectus Vigilum* SEC*undum*,

aut EXP*ræfectus Prætorio. Præfectus Vehiculorum* SEC*undum*,

& quid non? Modus enim eſt faciendus, ut ipſam interpretationis BOZII arcem, quam cum SCALIGERO videtur communem habere, invadamus.

Index Scal. 20. de tribus PPP circumſpicienti hæc offert:

„P. P. P. H. C. vel T. præfectus prætorio prov. Hiſp. Cit. vel Tarrac.

„P. P. P. P. P. SVPER. Præfecto Prætorii per Provinc. Pannon. Superiorem. 163: 2. „

Holtheni editio pro quinque P. male ſex habet P. P. P. P. P. P. SVPER. & poſt *Tarrac.* numeros a Scaligero jam omiſſos non quivit adponere. Paullo autem ſuperius Scaliger hæc poſuerat.

„P. P. H. T. Præſes Provinciæ Hiſpaniæ Tarraconenſis. 281: 1.

„P. P. HISP. CIT. Præſes Provinciæ Hiſpaniæ citerioris. 277: 7. Expreſſum 281: 7. alibi. „ & infra eod. ind. 20.

„V. P. P. P. H. Vir perfectiſſimus Præfectus Provinc. Hiſpaniæ. 283: 9. „

Habes de duobus Gruteri ſaxis, 164: 2. & 281: 1. a CL. de BOZE adlatis, & ad mentem Scaligeri explicatis, quibus tantum tribuit, ut ſuam diptychi interpretationem illis inædificet ſecurus. Sed malo fundamento quid boni ſuperſtruas?

Quum in Grut. 281: 1. (& 283: 9.) BADIVS MACRINVS V*ir Perfectiſſimus Præſes* (ſeu ut BOZIVS ex poſteriore Scaligeri loco ſcripſit *Præfectus*) *Provinciæ Hiſpaniæ Tarraconenſis* (ſeu TARRAC*onenſis*) memoretur, quid inde præſidii EXP*ræfectus Prætorio Provinciæ Viennenſis* Bozianus accipiat, nullus ego quidem video, qui *Præfectum* (ſeu *Præſidem*) *Provinciæ* eumdem *Præfecto Prætorio* fuiſſe nondum mihi perſuadere potui, falſiſſimamque puto ſiglarum P. P. P. H. C. vel T. explicationem *Præfectus Prætorio Provinciæ Hiſp. Cit.* vel *Tarrac.* a Scaligero ſine numeris datam. quam docere poſſum ejus auctorem Scaligero priorem ad ſaxum, quod habet Grut. 281: 1. potiſſimum pertinere voluiſſe. Eſt is Martinus SMETIVS, qui in ſuo Notarum indice, quem Scaliger ſecutus eſt, ſic ſcripſit:

„P. P. HISP. CIT. Præſes provinciæ Hiſpaniæ citerioris. 156: 2.

„P. P. P. H. C. vel T. Præfect. Prætorio Provinc. Hiſpaniæ Citerior. vel Tarraconenſ. 156: 7.

„P. P. H. T. Præſes ptovinciæ Hiſpaniæ Tarraconenſis. 156: 7. „

Si diligentiſſimus Smetius, & poſt eum Scaliger, aut poſt utrumque Holthenus animadvertiſſent in 156: 7. (eſt ipſe lapis poſtea a Grutero datus 281: 1. ut Smetia-

nus

nus 156: 2. eſt Gruterianus 277: 7.) ante P. P. H. T. legi V. P. i. e. V*ir* P*erfectiſſimus* ſeu (ut Cluſium legere ibi ad latus monuit Smetius) V. C. i. e. V*ir* C*lariſſimus*: neque a Smetio P*ræfectus* P*rætorio* P*rovinciæ* H*iſpaniæ* C*iterioris* vel T*arraconenſis* ex 156: 7. eſſet ſcriptus, neque a Scaligero & Holtheno retentus ſine numeris, ſed totus expunctus eſſet. Sufficiſſet enim omnibus P*ræſes* P*rovinciæ* H*iſpaniæ* C*iterioris* vel T*arraconenſis*.

Ob ἀλλεγραφίαν V. P. & V. C. de qua modo in parentheſi dictum, dicam ſine parentheſi breviſſime, Præſides provinciarum modo *perfectiſſimos* modo *clariſſimos* vocatos eſſe, ut contra Alciatum rite diſputat Guther. de Off. D. A. lib. I. cap. 5. *ante fin.* quam Alciati reprehenſionem, tacito Gutherii nomine, adferri videbis in Grut. ed. ſec. 278: 2. not. *.

P. P. HISP. CIT. in Grut. 277: 7. P*ræſes* P*rovinciæ* HISP*aniæ* CIT*erioris* a Scal. ind. 20. ut vidimus, expoſitus eſt: a quo præterea alia earumdem ſiglarum P. P. interpretatio ind. eod. ſic data eſt:

„P. P. Pro Prætore. 277: 7. Expreſſum 278: 1.„

Scilicet ſummum virum in Herculeo indicum opere dubium ſententiæ diverſas interdum expoſitiones diverſis locis condidiſſe, v. *Tetrag.* p. 502. *lin.* 9. Sed qui obſervat, in 277: 7. & P. P. & PR. PR. ſimul adeſſe, is ne dubitare quidem poteſt, P. P. non eſſe *Pro Prætore*; ſed demum PR. PR. ſignificare PR*o* PR*ætore*. Unde in Grut. ed. ſec. ad ſiglas † P. P. hanc notulam dederunt. „† i. e. *Præſes Provinciæ.*„

En ultima ſaxi Grut. 277: 7. verba: M. AVRELIVS VALENTINIANVS V*ir* C*lariſſimus* P*ræſes* P*rovinciæ* HISP*aniæ* CIT*erioris* LEG*atus* AVGG. (Auguſtorum duorum) PR*o* PR*ætore*. In hujus ſaxi ſiglas P. P. tragulam injicit celeberrimus MASSONVS, qui in Add. Holtb. ad h. l. „Verſus, *inquit*, ſeptimi P. P. muta in PR. „ut ſignificet PR*ovinciæ*, non vero P*ræſes* P*rovinciæ*, alias idem eſſet ac ſequens PR. „PR. PR*o* PR*ætor*. Vid. pag. ſeq. 1.„ Et ſane in 278: 1. idem M. AVRELIVS VALENTINIANVS inſcriptus eſt V. C. LEG. AVGG. PROPR. PROVINCIAE. HISPANIAE. CITERIORIS, ut emendatio Maſſoni magno tibicine fulta eſſe videatur.

Neque ei opponas, quod Scaligerum ind. 20. *Præſidem Provinciæ Hiſpaniæ Citerioris* in 277: 7. firmaturum vidimus adduxiſſe, Expreſſum eſſe in 281: 7. Qui enim ibi legitur expreſſus POSTVM. LVPERCVS V*ir* PERF*ectiſſimus* PRAES*es* PROV*inciæ* HISP*aniæ* CITER*ioris*, is non inſcriptus ſimul eſt LEG. AVGG. PR. PR. quæ MASSONO ταυτολογῶν videntur. Idem MASSONVS in Holth. Add. ad 281: 7. non modo notat, Stradam verſ. 5. & 6. P. P. P. HISP. habere, ſed etiam hanc ejus lectionem dicit meliorem eſſe, cum ſiglæ ſignificent, *Pro Prætor Provinciæ.* Poteſt vero dubitari, an unius Stradæ typus Gruteriano depromto e Schotti ſchedis & Verderianis, quibus in Grut. ed. ſec. ſchedas Manutianas Bibliothecæ Vaticanæ addunt, mereatur præferri. Si Strada ab Maſſono collatus habeat LVPERCVS P. P. P. HISP. facile crediderim, poſt LVPERCVS excidiſſe in Strada ſiglam V. ut exeat,

V*ir* P*erfectiſſimus* P*ræſes* P*rovinciæ* HISP*aniæ*; exſcriptores autem alios ſiglas vocum initiales extenſius dediſſe V. PERF. PRAES. PROV. HISP. *Pro* V. PERF. baber: MS. Vaticanum VALER*iani* F*ilius* in notula ed. ſec. Grut. ad v. 5. adlitum eſt. quæ lectio etſi repudianda omnino ſit, ſuſpicionem tamen movet, potius V. PERF. quam unicam literulam P. verſum quintum clauſiſſe. Sed banc lampadem trado lubens amico eruditiſſimo, I. H. LEICHIO, qui multa in ſchedis ſuis habet adfecta de Hiſpanicis Inſcriptionibus Gruteri & aliorum, quas cum L. & pluribus Hiſpanicis ſcriptoribus bibliothecæ Lipſienſium publicæ ſe contuliſſe anno ſuperiore exeunte ad me ſcripſit.

At in Grut. 277: 7. P. P. non in PR*ovinciæ* mutare; ſed retinere, & P*ræſes* P*rovinciæ* interpretari poſſumus ſine ταυτολογίᾳ. nam quem MASSONVS metum nobis incutere ſe putat ex 278: 1. eum nobis omnem abſtergunt inſcriptiones duæ, quæ ibidem ſtatim ſequuntur, utraque ejusdem M. Aurelii Valentioiani, qui legitur planiſſime V. C. PRAESES. PROV. HISP. CIT. LEG. AVGG. PR. PR. in 278: 2. & V. C. PRAE. PROVINC. HISP. CITE. LEG. AVGG. in 278: 3.

Holthenus in Add. ad Grut. 278: 2. 3. unam tantum, non duas eſſe inſcriptiones vix dubitat: neque tertiam Smetium habere. An Smetius non babeat tertiam, quod eamdem ſecundæ putarit eſſe, dubito. Apianus quidem certe ſol. 8. loc. 2. & 3. utramque habet, ceu duas diverſas. Sic etiam Gruterus, qui 278: 2. dedit *Ex Apiano, & Schotti Verderiique ſchedis*; & 278: 3. *e Verderii ac Schotti ſchedis*, omiſſa *Apiani* mentione, quem & ibi ſubſcribere potuiſſet. Differt quoque in Grutero utriusque ſaxi locus Tarracone; prius *ad D. Teclam, in baſi altaris*; poſterius *ad D. Annæ* locatur. Conſtatque exemplis aliis, titulos inprimis Imperatoribus dicatos nulla interdum aut leviſſima mutatione in ſaxis duobus legi. v. ad Bouh. p. 29. *lin.* 12. & quæ de exemplis inſcriptionum M. Nonii Balbi ad TE ſcripſi a. d. x. Kal. April. a. 1748.

Sive 278: 2. & 3. unum ſint ſaxum, ſive duo potius, nonne magnum inde præſidium petitur ſiglis P. P. cum PR. PR. in 277: 7. ſimul tolerandis. Quam varie *Præſidis* nomen accipiatur, non debet heic tradi. Sufficit, ſingulos *Præſides Provinciarum* non fuiſſe ſimul *Legatos Auguſtorum Proprætores Provinciarum*: at omnes *Legatos Auguſtorum Proprætores Provinciarum* fuiſſe quoque & interdum dictos ſimul eſſe *Præſides Provinciarum*, quibus præeſſent. Niſi malis, quosdam *Legatos Auguſtorum Proprætores* etiam *Præſides* i. e. *Procuratores Auguſtorum* in iisdem provinciis fuiſſe, duasque has dignitates unum hominem adminiſtraſſe.

Feſtinatio prohibet, quo minus cum Grut. 277: 7. & 278: 2. 3. conferam Titiani ſaxum, itidem Tarraconenſe, bis datum a Grut. 413: 1. & 474: 5. Qui conferent, eis P*ræſes* P*rovinciæ* HISP. CIT. LEG. AVGG. PR*o* PR*ætore* in 277: 7. non displicebit. Unum moneo, quod in Grut. ed. ſec. noodum eſt obſervatum. Grut.

474: 5.

474: 5. ſubſcripſit *Ex Apiano*. Rectius ſubſcripſiſſet *Ex Smetio*. Nam Apianus fol. 17. *init.* ſiglas C. V. habet demum poſt PR. PR. contra ea Smetius fol. 157. loc. 4. nimia licentia uſus, ex uno Apiano dans, ſedem ſiglarum C. V. temere mutavit, eas ſtatim poſt TITIANO ponens.

Poſtquam *Præſes Provinciæ* in Grut. 277: 7. contra MASSONVM defenſus eſt; defendatur quoque VAL*erius* IVLIANVS V*ir* P*erfectiſſimus* P*ræſes* P*rovinciæ* H*iſpaniæ* TARRAC*onenſis* in Smet. 155: 6. ſeu Grut. 258: 6. ab inconſtantia Scaligeri, qua hunc P*ræſidem* P*rovinciæ* in P*ræ*P*oſitum* male mutavit ind. 5. voc. *Præpoſitus.*

„Præpoſitus Hiſpaniæ Tarraconenſis. 258: 6.„

Interpretationem hanc reliqua ſaxa Hiſpanica, vel ex Scaligero a nobis jam citata, ſatis refellunt, & ante Scaligerum recte Smetius in ſuo indice Notarum,

„V. P. P. P. H. Vir perfectus, Præſes Provinciæ Hiſpaniæ. 155: 6.„

Ad Grut. 281: 1. a quo nonnihil abivimus, Holthenus in ſuis Addendis notat, Gruteri iſtam inſcriptionem a Smetio 156: 7. cum quibusdam varietatibus, quas ibi Holtheni diligentia enumerat, prolatam, ab eodem Smetio 156: 8. & mutilatam ac aliter deſcriptam ex Apiano proferri. Fallitur Holthenus: Sunt enim duo ſaxa ejusdem Badii Macrini diverſa, ut in Apiano p. 8. *extr.* & p. 2. *poſt init.* ſic ex Apiano in Smetio 156: 7. & 8. Recte quoque data ot diverſa a Grut. 281: 1. & 283: 9. Itaque, quæ de Smet. 156: 8. ad Grut. 281: 1. ſcripſit Holthenus, demum ad Grut. 283: 9. ubi Holtheni Addenda male tacent, ſcribere debuiſſet.

Abeundum a Grut. 281: 1. & ad Grut. 164: 2. pergendum, cujus extrema CVRANTE VALERIO CATVLINO P. P. P. P. P. SVPER. legi debere P*ræfecto* P*ratorio* P*er* P*rovinciam* P*annoniam* SVPER*iorem* omnium adſenſu adprobatum eſſe BOZIVS ſcribit, tantoque confidentius Boëthium EXP*ræfectum* P*rætorio* P*rovinciæ* V*iennenſis* SEC*undæ* eſt commentus. Quia inventum ſaxum *Aquis in Slavonia Varaſdien.* poſtrema P. P. SVPER. notare P*rovinciam* P*annoniam* SVPER*iorem*, divinus Scaliger recte vidit, & eſt *πάντε ἀποδοχῆς ἄξιον*. At priora tria P. P. P. eſſe P*ræfecto* P*rætorio* P*er* neque SCALIGERO, neque BOZIO umquam credam, graviſſima ratione motus, quam paullo poſt dabo.

Quo vero modo ſiglas P. P. P. P. P. SVPER. interpretabimur? Niſi fallor, in Sigleri ſchedas, ex quibus unis Gruterus hauſit, unius literulæ error irrepſit, & ex quinque P. P. P. P. P. retineri debent tantum quatuor, primum autem in V. emendari; qua emendatione ſolitus titulus *perfectiſſimatus* huic præſidi reſtituitur: V*iro* P*erfectiſſimo* P*ræſidi* P*rovinciæ* P*annoniæ* SVPER*ioris*. Juvant hanc emendationem V*iri* C*lariſſimi* & P*erfectiſſimi* Præſides Provinciæ Hiſpaniæ Citerioris & Tarraconenſis paullo ante adlati: magisque, quia Provincia Norici contermina Pannoniæ fuit, MARTINIANVS V*ir* P*erfectiſſimus* PRAESES PROVINC*iæ* NORICI MEDITERR*anei*, cujus titulum mancum habet Mur. 2023: 4. neſcius integrum extare in Grut. 283: 5.

P 2 Unde

Unde & AVR. HERMODORVS V. P. P. P. N. M. T. apud Mur. 2100: 5. nulla obſervatiune illoſtratus omnem lucem accipit, certiſſime legendus V*ir Perfectiſſimus Præſes Provinciæ* Norici *MediTerranei*: haud ſecus ac CLAVDIVS V. P. P. P. N. M. T. in Grut. 287: 5. Neſcio cur in nutula ed. ſec. medium P malueriot *Præſectus* iotерpretari. quod ſecutus Holthenus ind. 20. V. P. P. P. N. M. T. D. N. M. Q. EIVS SEMPER, a Scaligero ſine oumeris & ſioe interpretatione poſita, ſic explevit, *Vir Perfectiſſimus Præſectus Provinciæ Norici Mediterranei Devotus Numini Majeſtatique ejus ſemper.* 287: 5. *not.* Cur a Scal. eod. ind. ſic data P. P. N. M. T. 287: 5. Holtbenus interpretatiune oulla adjuvit? Ne reliquit quidem, ut invenerat, ſed male dedit, P. P. P. N. M. T. 287: 5. nam tria P, niſi V. ante primum P des, jungi nun debent. Si Scaligerana P. P. N. M. T. interpretatus eſſet Hulthenus, legiſſet *Præſectus Provinciæ* Norici *MediTerranei* ex nutula ed. Grut. ſec. 287: 5. Nobis *Præſectus* hic oon placet, ſed putius *Præſes*, vel ob Grut. 283: 5. in ipſa ootula ed. Grut. ſec. 287: 5. optime citatum: ita & Scaligeri *Præſectum Provinc. Hiſpaniæ* in Grut. 283: 9. mious quam *Præſidem Provinc. Hiſpaniæ* agnuvimus ſupra pag. LVI.

Inſunt in Rein. ind. 20. quæ ad has Gruteriani ſaxi ſiglas explicandas data beic coujuogu:

„M. T. *MediTerraneum* in 287: 5. apud Gruterum.„

„N. M. T. apud Grut. io 287: 5. Pru his Oedipum quærit Boldonus *lib. V.*
„*Epigraph. f.* 650. Exponuntur rectè de Norico MediTerraneo è 283: 5.„

„P. P. N. M. T. in 287: 5. Pruvinciæ Norici Mediterraoei apud Grut.„

Cur prius P interpretari Reineſius reſugit? Vox *MediTerranei* ſic ſcripta, pro MEDITerr*anei*, ex eu ſcribendi mure, de quu th. XXIIII. egimus. Vidit id Vrſatus, T. XI. Græv. at voce M. T. non poſuit, ſed demum pag. 1000. *extr.* „V. P. P. P. „N. M. T. D. N. M. QVE. EIVS. SEMPER. Vir Perfectiſſimus Præſectus Prætorio No- „rici Mediterranei Devotus Numini Majeſtatique Ejus Semper. Hæc umnia in *Gru-* „*terianis Indicibus* inexplicata relinquit *Scaliger*. Si tamen poſt taotum virum mihi li- „ceat, ea ſic in ſaxo Norico legerim pag. 287: 3. (leg. 5.)„ Recte cetera: at *Præſectus Prætorio* pro *Præſide Provinciæ* peſſime eſt inductus, oihilu meliore loco babendus, quam *Præſectus Prætorio Per Provinciam Pannoniam* SVPER*iorem*, ad quem commodiſſime revertimur.

Si quis a ſchedis Sigleri, quibus Gruterum uſum eſſe diximos, ue latum quidem unguem receſſurus, earum P. in V. oubiscum mutare religiuni ducat, num eas putabit *PræPoſitum Per Provinciam Pannoniam* SVPER*iorem* legi poſſe? Scaligeri *PræPoſitus* H*iſpaniæ*, de quo pag. præc. *lin.* 8.. cedere debuit *Præſidi Provinciæ Hiſpaniæ*. Sic ſi quinque P. ante SVPER. cogamur retinere, tentabu P. P. P. P. P. SVPER. accipere de *Præſide PerPetuo Provinciæ Pannoniæ* SVPER*ioris*. qou modo de *Patrono Coloniæ*, duubus P auctius etiam *Patrono PerPetuo Coloniæ* dictu legiſti ſupra th. XXII. *ante fin.* ſeu pag. XXXXVI. *fin.* & XXXXVII. *init.*

Cognoſce

Cognoſce de alio *Præſide Pannoniæ*, quem Reineſianus index quintus ignorat, ex Rein. VI: 71. non 61. ut erratur in nota Goriana ad Don. V: 58. p. 186. inque Goriana Nomenclatura inſcriptionum poſt Reineſium datarum *Cl.* V: 98. omittitur. Ex Gorii opere Doniano dat. Mur. 724: 2. oſcitanter: nam non modo in textu ADABO habet, ſed & notulam „Vide Reineſium Claſſ. VI. num. 61. ADAVO pro *Abavo* videtur„ ſubjicit, ut neſcias, ne de retenta Gorii mala citatione repetam, ADAVO an ADABO (quod idem eſſet ac *Atavo*) debeat eſſe in textu. Immo neutrum, ſed, ut eſt in Rein. & Don. ABABO i. e. *Abavo*. Saxum primo ab Reineſio datum erectum MVNATIO PLANCO PAVLINO V. C. PRAESIDI PANN. PER ANN XXVII. Virum hunc clariſſimum præfuiſſe Pannoniæ Primæ erudite docet celeberr. Weſſelingius ad Ant. Itin. p. 657. b. *Pannonia Prima* eadem *Pannoniæ Superiori*: cujus *Præſidem PerPetuum* Catulinum fuiſſe, num Paulinus ejusdem Provinciæ *Præſes per annos XXVII.* male ſuadet? CATVLINVM aut *Virum PerfeCtiſſimum Præſidem*, aut *Præſidem PerPetuum* admittere poſſumus, minime *Præfectum Prætorio Provinciæ.*

PRAEFECTVRAM PRAETORII, *ἀρχὴν δευτέραν μετὰ τὰ σκῆπτρα*, ſub prioribus Imperatoribus interdum ab uno, ſed plurimum a duobus, at communiter non diviſim adminiſtratam, Conſtantinus Magnus, hoc etiam nomine *τὰ καλῶς καθεστῶτα κινῶν* a Zoſimo 2: 33. notatus, quod primum ex tetrarchia Imperatorum & Cæſarum, qui Conſtantinum præceſſerunt, fluxiſſe obſervat Gothofr. ad Cod. Theodoſ. lib. 6. tit. 35. leg. 5. ita diviſit, ut *Præfectos Prætorio quatuor* inſtitueret, & ſingulis ſuum adſignaret tractum: I. Orientis. II. Illyrici. III. Italiæ. IIII. Galliarum. Sub his *quatuor Præfectis Prætorio* per totum imperium fuiſſe Diœceſes omnino tredecim, haſque comprehendiſſe provincias centum & duodeviginti, ſcite præcepit Ant. Pagius Crit. in Baron. ad a. Cti 37. ceu rem cuilibet Eccleſiaſticæ etiam hiſtoriæ ſtudioſo apprime utilem, & ſcitu maxime neceſſariam, confecto indiculo ex Notitia utriusque imperii, de cujus libri præſtantia v. ad Bouh. p. 46. *fin.* Quod ſi *Præfectum Prætorio Alpium Maritimarum*, ſeu *Viennenſis ſecundæ* cum BOZIO; aut *Præfectum Prætorio Pannoniæ Superioris* cum SCALIGERO admittimus, quot provinciæ in diœceſibus fuerunt, tot Præfecti Prætorio fient: non quatuor, ſed centum & duodeviginti. id quod omnes imperii tantummodo per quatuor præfectos prætorio adminiſtrati rationes conturbat & evertit. Quoties *Præfectos Prætorio provinciæ* unius, quales in veterum libris ulli nuſquam leguntur, ex inſcriptionibus quibusdam antiquis in ſcenam producunt docti, ab moribus antiquis deflectitur, & *περιεργασία* eſt ſiglarum, quidvis potius, quam *Præfectum Prætorio* in lapidibus iſtis ſignificantium. Operæ eſt, rem exemplis cognoſcere ex indice Scaligerano quinto.

PRF. PRT. 418: 8. Ita index 20. Scaligeri, quem interpretationem oppido facilem *Præfecti Prætorio* omiſiſſe notat Fabrett. Emend. Grut. p. (x.) Omiſit eandem & Holtbenus, Fabretti Emendationes nondum tunc conſulens. Cognoſci autem poteſt interpretatio, ut Fabrettus recte dicit, oppido facilis ex ipſius Scal. ind. 5.

Q „Præſ.

„Præſ. Præt. aut PRF. PRT. 418: 8. 1094: *6.*„ Jam vide, quæ eod. ind. 5. Scaliger centuriavit, *Præfectis Prætorio Provinciæ* unius male patrocinantia.

A.

Præſ. Præt. * AEEM. 1028: 2.] Aſteriſco adpoſito monuit vir divinus, τῷ AEEM ſibi non intellectum videri in mendo cubare. Poſſet videri PRAEF*ecto* PR*ætorio* AEM*iliæ* legendum: tuncque *Præfectum Prætorio provinciæ* unius haberemus. Erat enim *Aemilia* ex XVII. provinciis Diœceſeos Italiæ. Sed quid tunc de V ſaxi poſt AEEM omiſſo a Scaligero fiet? Fuit quum putarem, editum a Grutero commodiſſime explicari PRAEF*ecto* PRAE*torio* EM*inentiſſimo* Viro. Eminentiæ dignitas, ad cujus gradum faſtigii & TE, CARDINALIS EMINENTISSIME, TVAE virtutes ante annos XXII. jam devocarunt, ab officio Præfecti Prætorio minime aliena fuit. Vel in Cod. Theodoſ. lib. VI. tit. VIII. leguntur, qui *Eminentiſſimam Prætorianam & Vrbanam meruerint Præfecturam.* Sed ab hoc gradu neſcio an depulſus ſim ab amico noſtro, doctiſſimo GORIO, qui Inſc. Etr. T. II. p. 189. hoc ſaxum poſt Gruterum proferens PRAEF. PRAĒ. EM̄. V. habet, & erudite interpretatur PRAEF. PRAET*orio*. ITEM V*rbi*. Ex notula Gudiana ed. Grut. ſec. pulcrius etiam, quam ex libro Goriano intelligimus, τῷ E in PRAE verſu quarto extremo ſuperne T innexum eſſe. Si verſus quinti initio ✠ i. e. IT (de quo v. ad GORIVM a me ſcripta in Τετρασχοσοδ. p. 489. *lin.* 24.) aut ante EM inciſum eſſet, aut τῷ E ſuperincumberet, totus in Gorii partes tranſirem. Sed ſi τῷ EM. lineola tantum ſuperjacuit, non tres literæ connexæ, ITE, in ſaxo indicantur: ſed lineola, ut paſſim in libris & ſaxis, nonniſi ſigla eſt vocis non integre inciſæ, quam EM*inentiſſimo* cur legerim, dico. Blandiebantur mihi, quæ proxime ſequuntur, ſimilem tituli ſiglam poſt dignitatem demum ſubjungentia PRAEF. VIGVL. P. V. i. e. PRAEF*ecto* VIGVL*um* P*erfectiſſimo* V*iro*, ut interpretatur p. 195. ipſe GORIVS K. NB. i. e. K*ariſſimum* NoB*is* (quibus ſiglis Imperatores olim ad magiſtratus ſuos ſcribentes uſos eſſe novimus) citans Gruterum 1086: 9. 10. & Fabrettum p. 278. n. 170. Adde Gor. ad Don. III: 76. p. 132. ſed & Fabr. p. 334. a. L. qui prior Gorio ob ipſum *Præfectorum Vigilum* titulum hunc *Perfectiſſimorum Virorum* citarat Grut. 1086: 9. 10. Utrum præſtet, ITEM V*rbi*, an EM*inentiſſimo* V*iro*, EMINENTIA QVIRINI decernet. In ind. Goriano 17. ſeu Rerum, quem Tomo III. adjunxit labor GORII, „*Perfectiſſimi* „*titulus cui datus. I.* 195. 196.„ pro I. 195. 196. corrigendum II. 195. 196. v. epp. epigr. p. 384. *lin.* 21. & p. 388. *lin.* 4. Sequitur in ind. 5. Scaligeri.

B.

Præſ. Præt. C. Cæſaris. 395: *6.*] Holthenus, quia numeros fallentes reſtituere non poterat, ſublatis numeris vacuum reliquit. Pro 395: *6.* legendi ſunt numeri 345: *6.* obi PRAEFECT. C. CAESARIS legitur: unde vides, male Scaligerum voc. *Præfectus Prætorio* dediſſe, quæ in prioribus voc. *Præfectus* dare debuiſſet: ot ind. 7.

recte

recte datus eſt *Præfect. C. Cæſaris*, ſed additis & ibi fallentibua numeris 447: 10. quoa quia in 345: 6. corrigere Holthenus non valuit, itidem omiſit, ſpatium relinquena aliis implendum. Hæc ad *Præfectum Prætorio provinciæ* unius nihil facientia omittebam, niſi opportune crediđiſſem adduci, ut monerem, a Scal. ind. 5. voc. *Expræfectus* datum eſſe *Expræfectum Nemauſi.* 151: 6. qui eodem jure auctius *Expræfectus Prætorio Nemauſi* poni, & præterea *Expræfectus Prætorio Gallaciæ* addi ab eo potuiſſet: nam ind. 10. utrumque *Nemauſum* & *Gallacia* ex 151: 6. dedit. Si quæras, an *Expræfectum Prætorio Nemauſi* & *Gallaciæ* probaſſem: reſponſum feres, me, qui *Præfectos prætorio provinciæ* unius non admittendoa cenſeam, & vel hoc argumento *Expræfectum prætorio Gallaciæ* reſpuiſſem, multo minua *Præfectos prætorio urbis* uniua admittere, ne *Præfectos prætorio* tot agnoſcamus, quot erant olim non provinciæ, ſed urbes illuſtriores. Apageſis ſive *Expræfectum* tantum *Nemauſi*, ſive *Expræfectum Prætorio Nemauſi*, una cum *Expræfecto Prætorio Gallaciæ* ex Grut. 151: 6. in quo omnis *Nemauſi* & *Gallaciæ* memoria eſt abolenda. nam v. 5. NEMA ----- GALLACIAE legendum non NEMA*VSI ET* GALLAECIAE, ſed NEVIA GALLA CLAR*iſſima* ex Sirmondo ad Sid. Apoll. p. 59. & ex Sponio editores Gruteriani notula *h.* recte monuere. at iidem v. 4. *extr.* GALL*iarum* ET, & v. 5. *extr.* MATERFAM*ilias*, quæ ed. prior recte habet, peſſime intercidere ſunt paſſi: niſique editionem Gruteri priorem conſulas, ex ed. ſec. nequeas intelligere, veriſſime a Scal. ind. 5. datum eſſe „Ex Præf. Præt. Galliar. „151: 6.„ Qui porro ind. 5. datur,

C.

Præf. Præt. Illyrican. ſecundua per Prov. Pannon. 415: 7.] infeliciter Scaligero natua eſt, in explicandia ceteris ſiglis non minori audacia, quam felicitate uſo, ind. 20. RA. O. S. *Rationali operum ſacror. id eſt operum domus Divinæ, ſive Auguſtæ.* 415: 7. Item, LEG. GR. V. *Legatus gratuito quinquies.* 415: 7. Nonne heroem audacem fortunam juviſſe dicemus? Ex tribua his indicum Scaligeranorum, quinti & viceſimi, locis concinnata a Gudio eſt, quam ed. Grut. ſec. 415: 7. explicationem ſubjecit ſiglarum Gudianam, in qua inter *Gratuito* & *Procuratori* excidit vocabulum numerale *quinquies.* Peſſime autem SECVNDVS, quaſi dandi caſu legeretur SECVNDO, & appellativum eſſet, acceptum eſt. *Præfectus Prætorio Illyricano* nonniſi unua fuit, non duo: qui ergo *ſecundus*, isque cum appendice *per Prov. Pannon.* inducitur? SECVNDVS heic eſt proprium nomen viri clariſſimi, qui monumentum fecit; totiusque ſaxi ſyntaxia pulcerrime ſic fluit: M. GAVIO. MAXIMO. PRAEF*ecto.* PRAETOR*io.* ILLYRICAN*o.* SECVNDVS. *Præſes. Provinciæ. Pannoniæ.* RA*tionalis.* O*perum.* S*acrorum.* LEG*atus.* GR*atuito.* V. (i. e. *quinquies*) PROC*urator.* AVG*uſti.* AMICO. Pergo ad

D.

Præf. Præt. Nervæ & Trajani prov. Hiſpaniæ citer. Aſturiæ & Calleciarum. 193: 3.] Ita plenius Holthenus: Scaliger nonniſi *Præf. Præt. Nervæ & Trajani prov. Hiſpaniæ.* 193: 3. Expungendus eſt hic *Præf Præt.* Si enim ſaxi PR. PR. deberent conjungi,

jungi, PR*o*PR*ætor* legendus eſſet, non PR*æfectus* PR*ætorio.* At PR. PR. dividenda ſunt: manifeſto enim prius PR. ad priora ſaxi pertinet, PR*ætoriæ* ſignificans. id quod Reineſium ſatis perſpexiſſe cognoſcimus ex hac ed. Grut. ſec. ad poſterius PR. notula „an P. V. ut epitheton cohortis Piæ Victricis. Reineſ.„

Cohortes Prætorias conſtat frequenter ſiglis P. V. ornari: quæ quum doctos diu exercuiſſent, & a Fabretto non ut vulgo *Pia Victrix*, ſed nove *Prætorii Vrbis* lectæ eſſent Inſc. p. 140. a. L. & b. I. (unde & Holthenus ind. 20. poſt Scaligerana PR. P. V. *Prætoriæ*, *Piæ*, *Victris ſc. Legionis*, adjecit, *ſed v. Fabrett. inſcr. p.* 140. non animadvertens, pro Scaligeranis *ſc. Legionis* ſcribi debere *ſc. Cohortis*) ex monumento noſtra demum memoria eruto didicimus, Cohortium harum epitheton fuiſſe PIARVM VINDICVM. de quo inpræſentiarum malo ſilere quam pauca dicere.

In Grut. 193: 3. poſterius PR. ad priora non trahi, multo minus cum Reineſio in P. V. mutari debet; ne, qui ſequuntur genitivi non habeant unde regantur, & male hærentes relinquantur. TRIB*unus* MIL*itum* COH*ortis* V. (*quintæ*) VIG*ilum* (ita emendandum, non legendum VIC*tricis* cum Scaligero, a quo ind. *6. Cohors V. Victrix* ex uno lapide 193: 3. dari quita eſt. Similia menda alibi occurrunt, & correxit unum Fabrettus de Col. Traj. p. 238. C.) TR*ibunus* COH*ortis* XII. VRB*anæ*, TR*ibunus* COH*ortis* V. PR*ætoriæ* (in plurimis ſaxis Cohortes Vrbanæ & Cohortes Prætoriæ una leguntur, in quibusdam præterea & Cohortes Vigilum: vide vel Gruterianum de quo ſupra p. LXII. lit. A. ob Præſ. Præt. * AEEM dictum 1028: 2.) PR*æfectus* (aut PR*æſes*, aut PR*ocurator*) DIVI NERVAE ET IMP*eratoris* CAES*aris* NERVAE TRAIANI AVG*uſti* GERM*anici* PROVIN*ciæ* HISPANIAE CITER*ioris* ASTVRIAE ET CALLAECIARVM, FLAMEN DIVI CLAVD*ii*, DEDIT IDEMQVE DEDICAVIT.

Muratorius ut *ἀνέκδοτον* protulit bis: primo 836: 3. e ſchedis Belloniis apud Apoſtolum Zeno, verſuum extrema tantum dans, licet male ad ſiniſtram adponat diffracti lapidis notas, quas ad dextram ſeu initio verſuum potius dari oportebat: deinde 874: 4. e ſchedis ſuis cum hac obſervatione: „Digna erat inſcriptio, quæ „temporis injurias non ſentiret, aut diligentiorem inveniret deſcriptorem. *Modeſtus* „iſte fuit *Procurator Divi Nervæ* &c.„ Neſcit diligentiorem nactam exſcriptorem ante, quam temporis injurias ſentiret, Benedictum Georgium, Patricium Venetum, a quo Gruterus accepit. Rectius ſchedæ Muratorianæ COH. V. VIG. quam Georgianæ COH. V. VIC. Illa emendationem noſtram contra interpretationem Scaligeri unice firmant. Recte item Muratorius PR. PR. vidit disjungendum, poſterius PR*ocurator* legens.

Certum hoc nobis eſto, PR*æfectum* PR*ætorio* in Tergeſtino ſaxo non legi. Poſterius autem PR. variis interpretationibus recipiendis aptum eſſe video, & quia nil frequentius in lapidibus quam *Legati Auguſtorum Proprætores provinciarum*, facile adducor, ut ſuſpicer inter duo PR. PR. excidiſſe voces duas LEG. PR. quibus immiſſis

prono

prono alveo fluet oratio, TR*ibunus* COH*ortis* V. PR*atoriæ*; LEG*atus* PR*o* PR*ætore* DIVI NERVAE ET cet. quo poſitu LEG. PROPR. DIVI. AVGVSTI. ET. TI. CAESARIS. AVGVSTI. eſt in Grut. 396: 1. vixque dubitabis in ſaxo Dacico admodum corrupto apud Grut. 399: 6. pro LEG. PRI. IMP. emendari debere LEG. PR. PR. IMP. quo modo jam Scaligerum voluiſſe dicerem, quum ind. 5. daret, *Leg. Aug. Pr. Prat. Provinciæ Daciæ.* 399: 6. 465: 2. 493: 1. niſi inſpectis ſaxis tribus, quæ citat, vidiſſem, in unum ea faſcem a Scaligero eſſe colligata, quod *Legatos Imperatorum Provinciæ Daciæ* referant, non quod in iis æque *Legati* PR. PRAET. vocentur. hinc mox eod. ind. 5. ex uno ſaxo 399: 6. datus ab eo eſt *Legatus Pri. Imp. Antonini Prov. Daciæ.* Sed PRI. hoc num præſtat ΤΩ PR̄RI?

In Tergeſtino lapide Grut. 193: 3. quia PR. ter aderat, ab exſcriptore, niſi marmorarius ipſe culpæ proximus fuit, ſaltus videtur factus a primo PR. ad tertium PR. unde media LEG. PR. omiſſa ſunt. v. de hujuscemodi omiſſionibus in *Tirone*. p. 492. *lin.* 20. Quid? quod in ipſo hoc ſaxo exſcribendo ſimile peccatum admiſſum eſt. Apianus enim p. 352: 4. Smetius 144: 9. (ab Holth. in Add. collatus) Lazius Comm. R. R. 5: 8. (non 8: 8. ut in ed. Grut. ſec. citant) & Scal. ad Euſ. p. m. 223. b. pro TRIB. MIL. COH. V. VIG. TR. COH. XII. VRB. TR. COH. V. PR. non habent niſi TRIB. MIL. COH. V. PR. quia exſcribentis oculi a priore V. ad poſterius V. ſubito deerraroot.

Tergeſtinum lapidem hactenus diximus *Præfectum Prætorio provinciæ* non habere: Smetius tamen io eo non quidem *Præfectum Prætorio provinciæ*, ſed tamen *Præfectum Prætorio* ſibi inveniſſe eſt viſus. de quo quid habendum ſit, prius dicam, quam ad reliquos *Præfectos Prætorio provinciæ* Scaligero agnitos deſcendam.

E.

In Smetii notarum explicatione hæc leguntur

„P. P. 144: 9. videntor notare: Præf. Prætorio.

„P. P. P. Præfectus Prætorio Provinciæ.

„P. P. 75: 9. & 77: 7. Idem notare videntur.„

In 144: 9. ſeu Grut. 193: 3. P. P. BIS. LEG. XII. FVLM. ET LEG. I. ADIVTRIC. minime *Præfectus Prætorio*, ut Smetio viſum eſt, notatur, ſed Legionum duarum P*ræ*P*oſitus*, aut P*rimu*P*ilus*. Etſi enim utra ſiglarum P. P. ſenſu militari ita occurrentium interpretatio certior ſit, nondum inter doctos conveniat, neque deſiot, quibus tertia quædam explicatio P*ro*P*ræfectus*, aot aliud quid placeat: quam controverſiam minime nunc meam facere volo: de hoc tamen ſatis conſtat, *Præfectos Prætorio Legionum* aut *Cohortium* olim nullos fuiſſe.

Idem judicabis, ſcio, de Smet. 75: 9. ſeu Grut. 359: 4.

Neque diſſenties, credo, de Smet. 77: 7. ſeu Grut. 451: 3. licet poſt P. P. BIS. neque legionum, nequa cohortium mentio addatur, eadem ellipſi, qua ſæpe

R &

& TRIB*uni* MIL*itum* BIS ἁπλῶς leguntur, noo ſubjunctis legionum aut cohortium nominibus.

Mur. 487: 3. PP. BIS. TRIB. COH. VIIII. PR*ætoriæ.* An legiones aut cohortes omiſſæ ſunt, quarum PP. BIS fuerit *Panſa ?* [In Grut. 487: 6. vel 7. explicate P. P. BIS. TRIB. COHH. X. PR. XI. VRB. IIII. VIG. Poſſumus enim explanare, P. P. Coh. X. Prætoriæ, P. P. Coh. XI. Vrbanæ, Tribun. Coh. IIII. Vigilum. ne P. P. BIS. TRIB*us* COHH. accipiamus cum Holtheno, qui hoc ſupplementnm, ſine ullo indicio, ſe dediſſe, oon Scaligerum, indlci Gruteriano ſexto intexuit, *Præpoſitus Cohortibus Tribus.* 487: 7. Cur ind. eod. Scaligerannm *Coh. IIII. Vic.* 487: 7. obi *Vic.* in *Vig.* debebat corrigere, retinuit?] An COH*ortis* VIIII. PR*ætoriæ* non modo TRIB*unus*, ſed etiam PP. BIS. idem *Panſa* diverſis temporibua fuit? Errat haud dubie Muratorius iod. ſuo 3. dans, *Flamen Divorum Veſpaſiani, Trajani, Hadriani PP. bis.* 487: 3. Quia enim τὸν PP. BIS ſenſns eſſet, ſi cum FLAMEN jungeremus? an FLAMEN P*er*P*etuus ?* tunc BIS ridicule eſſet additum. conf. Grut. 193: 3. ſen Mur. 874: 4. de quo his literis D. & E. egimus, in quo *Modeſtus* v. 1. P. P. BIS *legionum duodecimæ & primæ*, & v. 5. ſeu ultimo demum, FLAMEN DIVI CLAVDI inſcriptua eſt, minime P. P. BIS FLAMEN, aut FLAMEN PP. BIS.

De Smetiano *P. P. P. Præfectus Prætorio Provinciæ*, qnia numeri nulli adduntur, cogor tacere. taceo tamen lubens, non modo quia omne mihi otium faciunt, quæ de P. P. P. H. C. vel T. ad Smet. 156: 7. ſeu Grut. 281: 1. ſupra p. LVI. diſputare cœpi, ſed etiam ut ad reliquos Scaligeri *Præfectos Prætorio provinciæ* unius citato gradn deſcendam. Ergo expunctum a nobis lit. D. *Præfectum Prætorio* Nervæ & Trajani *Prov.* Hiſpaniæ (citer. Aſturiæ & Callæciarum) in Scal. ind. 5. excipit

F.

Præſ. Præt. Pro. Galat. 1013: 4.] Eſt ibi L. FAB*ius.* VALERIANVS. PR*o.* PR*ætor.* PROV*inciæ.* GAL*atiæ.* PROC*urator.* PROV*inciæ.* AFR*icæ.* VIS*u.* ADMONITVS. (ita VISV MONITVS in Grut. 70: 7. & 130: 11.) Sic PROPR*ætor* PROV*inciæ* GALL*iæ* eſt in Mur. 1100: 3. Scilicet PR. PR. non minus ac PRO. PR. pro *Pro Prætore* toties in lapidibus occurrere, ut Scaliger ind. 20. utrumqne interpretari contentus ſaxa citare ſupervacaneum duxerit. Reineſius ad II: 26. lit. d. ex hoc Gruteri ſaxo PRO PR. PROV. GAL*atiæ*: PRO-PR. PROV. ARA*biæ*, tanta adſert confidentia, ut non Gruteri ſed meliore typo uſum credas, quem tamen citat nullum, ſed Gruterum tantum. In Grut. ed. ſec. adeſt notula, neſcio unde hauſta, „Pro „PROC. Reineſ. PR.„ Puto editores Gruterianos dare voluiſſe, *Pro* PROC. *Reineſ.* PROPR. neque tamen ex Reineſio ad II: 26. lit. d. deſumſiſſe. Cur enim tacuiſſent de Reineſii ARA*biæ* pro AFR*icæ?* Prodeat tandem

G.

Præſ. Præt. Prov. Gal. 286: 4.] Sic a Scal. Ind. 5. datum mirum eſt ab eodem ſic ind. 6. ſeu militarium dari „Præſ. PR. PR. Gal. 286: 4.„ Τὸ PRAEP. mendoſum

ſum epitheta LEG*ionis* VI. habere, PIAE F*elicis*, & quæ ſequuntur non de PR*æfecto* PR*ætorio* PROV*inciæ*, ſed de PR*o* PR*ætore* PROV*inciæ* GAL*atiæ* ouhi eram interpretatus, quum invenio ſaxum hoc poſt Gruterum adſerri a Mur. 264: 5. ubi ex Ligorio habet, quod nos pulcerrime expediat, PRAEFEC. LEG. VI. PIAE. FEL. PR. PR. PROV. GALL. PROC. XX. HER. EIVSD. Bene Mur. ind. 10. *Præf. Leg. VI. Piæ Fel.* 264: 5. nec non ind. 9. *Propræt. Provinc. Galliæ.* 264: 5. Addendum ibi 1100: 3. ex quo paullo ante adduxi PROPR. PROV. GALL. Tandem ind. 11. „Proc. XX. Hered. *Augusti.* „264: 5. „ Turbat ultimum hoc *Augusti*, pro quo dandum fuiſſet *Prov. Galliæ.* Nam *&* EIVSD. non ad Valentem Imp. initio ſaxi poſitum redit: ſed ad proximum PROV. GALL. ut in Grut. 493: 1. v. 10. PROC. AVG. XX. HEREDITATIVM. PROV. NARBONENS. ET. AQVITAN*iæ*.

Eliminatis hactenus *Præfectis Prætorio Provinciæ* unius, a SCALIGERO in ind. 5. & 20. male admiſſis, qui poſſet placere *Præfectus Prætorio Provinciæ Viennenſis* SEC*undæ* a BOZIO prolatus? Nonne qui prius uni alicui provinciæ præfuerunt, poſtea ad præfecturam prætorii promoti demum evectique ſunt? In inſcr. Torigniacenſi, ex qua verba quædam huc facientia ex Maff. Ant. Gall. ſel. p. 77. potius, quam vel ex Mur. 575: 1. vel ex Bimardo in Mur. Proleg. pag. 10. cur citem, ex iis, quæ ad Nobiliſſ. Blaurerum p. (13.) (14.) ſcripſi, intelliges, mentio eſt

AEDINI IVLIANI

LEG AVG PROV LVD QVI POSTEA PRAEF

PRAET FVIT SICVT EPISTVLA QVAE AD LATVS SCRIPTA EST

DECLARATVR

Nonne vel in Arelatenſi columna miliaria a Grut. 159: 8. & poſt eum toties edita AVXILIARIS minime *Præfectus Prætorio Provinciæ Viennenſis* (in qua Arelate & Maſſilia ſitæ) ſed PRAE*fectus* PRAETO*rio* GALLIA*rum* cluet? Veriſſime. Nam

Provinciæ *Galliarum* omnes nonniſi unum habebant *Præfectum Prætorio*, dictum *Præfectum Prætorio Galliarum*, & quidem ita, ut ſub uno hoc GALLIARVM nomine tres hujus *Præfecti Prætorio* diœceſes ſimul ſint intellectæ, *Galliæ*, *Hiſpaniæ*, *&* *Britanniæ*. quo modo *Præfectus Prætorio Italiæ* uno *Italiæ* nomine venit, licet tribus diœceſibus præfectus eſſet, *Italiæ*, *Illyrico* (occidentali) *&* *Africæ*. Eadem ratio *Præfectorum Prætorio Orientis*, & *Illyrici* (orientalis.) ſub illo quinque, ſub hoc duæ diœceſes erant.

Ex veterum libris & lapidibus novimus, interdum eumdem hominem non uni tantum Prætorio fuiſſe præfectum, ſed ſimul fuiſſe v. g. *Præfectum Prætorio Italiæ* *&* *Galliarum*: contra ea accidit etiam, ut Præfectus Prætorio diœceſeos tantum unius eſſet: v. g. *Præfectus Prætorio Africæ*: *Præfectus Prætorio Illyrici* (occidentalis.) unde *Præfectus Prætorio Italiæ*, *Illyrici* *&* *Africæ* quoque *Præfectus Prætorio ter*, ſeu *prætoriorum trium*; ſique præterea Galliarum præfecturam adminiſtravit, *Præfectus Prætorio quater*, ſeu *prætoriorum quatuor* appellatus eſt. v. Pancirol. Not. Imp. Occid. cap. 2. p. m. 8. b.

Gothofred. ad Cod. Theodoſ. lib. 1. tit. 1. leg. 2. & quæ de Probo *Præfecto Prætorio ter* aut *quater* ſcripſi ad Bouh. p. 218.--221. At Hypatii *Præfectura gemina* Amm. Marcellino 29: 2. laudata non de præfecturis duorum prætoriorum, Italiæ & Africæ, ſed de præfectura Vrbis, & præfectura prætorii unius, (Italiæ, cujus tres diœceſes erant) accipitur a Valeſio & Gothofredo, ut ſupra th. XVIII. pag. XXXI. vidimus.

Quæ modo dixi de *Præfecto Prætorio diœceſeos* unius plures provincias complexæ, prorſus nihil præſidii adferunt *Præfectis Prætorio provinciæ* unius cum aliis provinciis in una diœceſi conjunctæ, quos viri doctiſſimi SCALIGER & BOZIVS, aliique plures ſibi finxerunt. Quid? quod dubito, an ullo exemplo conſtet, *Præfectum Prætorio diœceſeos* unius umquam fuiſſe, a Præfecturis Prætorii *Italiæ*, *Illyrici*, & *Africæ* ſi diſceſſeris. Nusquam certe legimus *Præfectum Prætorio Aegypti*; nusquam *Macedoniæ*; nusquam *Britanniarum.*

Fac etiam *Præfectum Prætorio Hiſpaniarum* (quem quidam inveniſſe ſibi ſunt viſi) aliquando fuiſſe, ita ut *Præfecto Prætorio Galliarum* tunc *Hiſpaniæ* non ſubſuerint; ex hoc quidem hercle *Præfecto Prætorio Hiſpaniarum*, ceu *diœceſeos* unius, ne hilum quidem proficiat eorum ſententia, quibus Præfectus Prætorio *Hiſpaniæ Citerioris* vel *Tarraconenſis* in mentem venit. *Provincia* enim *Hiſpania citerior* vel *Tarraconenſis* pars tantum *diœceſeos Hiſpaniarum* eſſet: provincia diœceſeos, non diœceſis ipſa. Idem ſentiendum & de SCALIGERI *Præfecto Prætorio per provinciam Pannoniam ſuperiorem*; & de BOZII *Præfecto Prætorio Provinciæ Viennenſis* SEC*undæ.*

GVTHERIVS de Off. Dom. Aug. 2: 7. T. III. Theſ. Sallengr. p. 426. „Mirari „ego ſatis non poſſum eorum imperitiam, qui Præfectum Præt. Hiſpaniarum ſomniant. „In Martyrologio in perſecutione Diocletiani, Præfecto Hiſpaniarum Daciano, Leo„cadiam Virginem dirâ carceris cuſtodiâ maceratam legimus 9. Decemb. Sed Præ„fectum Dacianum non dicit Prætorii; & Præfecti nomen ſimpliciter prolatum pro „quovis Rectore Provinciæ accipitur, ut in eodem Martyrologio ſequenti die Dacia„nus Præſes dicitur. Nec me movet inſcriptio legis C. Theod. & Juſtin. quæ eſt Im„peratoris Arcadii & Honorii ad Macrobium PP. Hiſpaniarum. l. 3. C. de proxim. „ſacror. ſcrin. & l. 15. C. T. eod. Hæc enim litterarum PP. geminatio ſine inter„punctione Præſidem aut potiùs Proprætorem denotat.„ Ante omnia peſſima citatio *de proxim. ſacror. ſcrin.* corrigenda eſt in *de paganis*: ut recte citavit Pancirolus ad Not. Imp. Occid. cap. 67. de Vicario Hiſpaniarum p. m. 96. cui Macrobius Præfectus Prætorio Hiſpaniarum placuit, irruentibus in eam provinciam Barbaris ſeculo quarto præcipite primum, ut putabat, conſtitutus. At ICtus perfectiſſimus Gothofredus ad illam Codicis Theodoſ. legem poſt Valeſium ad Amm. Marcell. 14: 5. not. k. de *Pro Præfectis* i. e. *Vicariis* commentatus, Pancirolo & Gutherio argumenta graviſſima opponens eruditiſſime contendit, ſiglas PP. accipiendas eſſe neque de *Præfecto Prætorio*, neque de *Pro Prætore*, (multo minus de *Præſide*, qui duobus PP numquam ſcriptus eſt: ſaltem *Præſidem Provinciæ* dicere debuiſſet Gutherius) ſed de *Pro*

*Præ-*

*Præfecto*, aut reſcribendum eſſe unico P addito PPP. Pro *Præfecto Pretorio*, qui idem fuerit *Vicario* Hiſpaniarum. Contenti ſimus hoc Catone, ut in Gutherio pergamus.

In Lazium deinde de *Præfecto Pretorio* magnas nugas garrientem invectus Gutherius, tandem, *Hæc quidem*, inquit, *non Reipublicæ Romanæ Commentaria, ſed ægri hominis commenta dixerim.* Fuit certe Lazius inſcriptionum antiquarum & exſcriptor peſſimus, & interpres non melior. v. ad Boub. p. 212. *lin.* 31. & quod nuperrime Lipſia accepi Periculum Animadverſionum in Claſſicos Inſcriptionum editores literatiſſimi Chriſtophori SAXII, in Belgio literato nunc verſantis, p. 21. ubi ob id ipſum meam quoque Diatribam memorare non faſtidivit. Benigne de LAZIO judicare non potuerunt, quotquot hominis commenta legerunt. Feſtive Rupertus ad Rein. ep. 47. p. 444. *init.* „*Lazius fuit Lazius.* cujus *commentarios de Rep. Rom.* quum „intueor, pœnitet me pecuniæ, qua e bibliopolio Francofurtenſi mihi comparavi.„ Adluſum eſt ad germanicum läß, i. e. verkehrt, *inverſus*, *perverſus*. Reineſius ad Rup. ep. 50. p. 462. *med.* „De *Lazi Commentariis* idem quod nos judicavit *Jac. Guther. l. 2.* „*de offic. Dom. Aug. c.* 7. eò quoque provectus ſtomacho, ut *ægri hominis commenta* „adpellet.„ & Var. Lect. 3: 16. p. 612. *Gutherii* libros *de officiis domus Auguſtæ* tantopere celebravit, quantopere *Lazii commentarios Rep. Rom.* exibilavit, ὡς ἀνθρωπάριον ὄντος, καὶ ἐξεμῦθος ὁ ἐν ἰσοφαι.

Ex GVTHERII verbis nata eſt notula Gudiana, quam quia ſupra, quum de Grut. 277: 7. agerem pagg. LVI. LVII. adtingere ſum oblitus, ex Grut. ed. ſec. nunc adpono. * *PR. PR. hoc loco Proprætorem ſignificant, non, ut Lazius voluit, Præfectum Prætorio. Vid. inſcript. 1. pag. ſequ. PRO. PR. PROVINCIAE. HISPANIAE. CITERIOR. Vide & Guther. l. 2. de off. dom. Aug. c. 7. GVD.* quem nonniſi Gutheriana breviſſime contracta dediſſe, Lazium non evolviſſe, verum eſt. Gutherium legere quum inciperem, animo præcipiebam, Gutherio hanc mihi viam præeunte, ſaxi Gruteriani ſingulares literas P. P. Lazium de *Præfecto Pretorio* interpretatum eſſe, non τὰ PR. PR. Quum vero pergerem legere, Gutherium a via, quam inſtiterat, deflexiſſe, meque præter opinionem meam ad PR. PR. abductum vidi. Neque profecto in Gutherii verbis ad veram interpretationem ſiglarum PP. ſaxi Gruteriani quidquam deprehendas. PR. PR. non eſſe PR*æfectus* PR*ætorio*, *ſed* PR*o* PR*ætor* veriſſime ſcriptum eſt a Gutherio, & optime firmatum ex PRO. PR. in Grut. 278: 1. Sed literis ſingularis PP. quid inde lucis? Si legatur V*ir* C*lariſſimus* Pro P*rætor* HISP. CIT. LEO. AVO. (ita in Guth. at AVOO. in Grutero) PR*o* PR*ætor*, oratio lachanizat, & betizat. Pleonaſmos tam fatuos lapides non loquuntur.

Ita incertiſſimus ego, quid de hoc PP. Gutherius ſentiret, quem præclariſſime, *Præfectum Prætorio Provinciæ unius* fingi non debere, præcipientem, manum mihi adiiſſe, i. e. a PP. ad PR. PR. ſaltum feciſſe, neque amplius de PP. explicando cogitaſſe, vix æquo animo ferebam; cupidior factus ſum adeundi ipſius LAZII libri Nec mora: Lazium minus Lazium, Gutherium minus bonum, cognovi. In *Commenta-*

*mentariis* enim *Reip. Romanæ* lib. 2. c. 1. p. 131. edit. Baſil. Oporini LAZIO placuit, fidei ergo monumenta quædam vetuſtatis adſerre, in quibus hujuscemodi tituli literis repræſententur, V. C. V. P. P. P. hoc eſt, Vir clariſſimus. Et iterum, Vir Perfectiſſimus Præfectus prætorio. Profert ergo de titulo *Clariſſimi* in Hiſpaniis apud Tarraconem eruta monumenta duo, quorum poſtremos tantum verſus nos adducimus, ut in LAZII libro extant ſibi objacentes:

M. AVRELIVS VALENTI-
NIANVS V. C. P. P. HISP.
CIT. LEG. AVG. Id eſt, Vir
Clariſſimus Præfectus prætorio
Hiſpaniæ Citerioris.

M. AVR. VALENTINIANVS
V. C. PRAESES PRO-
VINCIAE HISP. CIT.
LEG. AVG. PR. D. N. M.
EIVS.

ex quo liquidiſſime de toto ſenſu LAZII judicabitur, eum ſiglas P. P. non ſiglas PR. PR. (quæ in utroque apud Lazium ſaxo ne comparent quidem) interpretatum eſſe *Præfectus Prætorio.* quod ipſum ab eo factum eſt peſſime. Niſi mens ei fuiſſet læva, ipſe ſe emendare, & ſapere potuiſſet ex lapide, quem priori ſeu dextro in libro ſuo ad ſiniſtram adpoſuit, in quo quia extenſe PRAESES PROVINCIAE HISP. CIT. ſcriptum eſſe non potuit non videre, cur non eadem opera vidit, in priore P. P. non *Præfectus Prætorio*, ſed *Præſes Provinciæ* legendum eſſe?

Fallitur Gutherius, poſteriorem inſcriptionem eadem pagina a Lazio ſubjectam ſeu ad latus prioris adjectam dicens eſſe Gruterianam 278 : 1. Eſt enim Gruteriana 278 : 2. vel 3. Neque ex Gruteriana 278 : 1. quam Lazius ignoravit, refutari Lazius poteſt, niſi cum Gutherio male exiſtimes, Lazium PR. PR. non P. P. interpretatum eſſe: at neutram apud Lazium inſcriptionem PR. PR. habere modo dixi. ita & Maſſono, qui P. P. apud Grut. 277: 7. in PR*ovinciæ* ex Grut. 278 : 1. mutare inſtituerit; non optime ceſſiſſe ſupra pag. LVIII. *lin.* 10. ſcripſi : τὸ P. P. enim fulciri ex Grut. 278 : 2. & 3.

Non modo Gudius in notula ed. Grut. ſec. ſecutus eſt Gutherium, malum Laziani ſenſus interpretem: ſed & Gothofredus ad Cod. Theodoſ. *de paganis*, ſeu lib. 16. tit. 10. leg. 15. p. 312. b. *poſt med.* edit. Ritterian. non accuratiſſime: „Error, „inquit, eſt Lazii, qui *lib.* 2. *Comment.* 2. ita quoque has notas PP. HISP. CIT. in „inſcript. apud Gruterum 277 : 7. interpretatur, pro Præfecto Prætorio Hiſpaniarum: „quem refutat altera mox apud eundem 278 : 3. ubi idem Valentinianus ſub Caro „Imp. expanſis literis vocatur PRO PR. PROVINCIAE HISPANIAE CITERIORIS, „quod a Gutherio recte notatum 2. *de offic. dom. Aug. c.* 7. „ Lazium P. P. (non PR. PR.) interpretari conatum eſſe in lapide Valentiniani, vere ſcribit Gothofredus, ſecus ac Gutherius. at cum Gothofredo & Gutherio verbis PRO PR. PROVINCIAE HISPANIAE CITERIORIS inſcriptionis Grut. 278: 1. (ſic enim in Gothofredi verbis legendum, non 278: 3.) ſi utare contra Lazium, num boni quid inde procudes, numve ſiglas P. P. a Lazio *Præfectus Prætorio* peſſime lectas rectius legere ex Gothofredo & Gutherio diſcimus? Num ambo dicendi ſunt legiſſe V. C. *ProPrætor* HISP. CIT.

CIT. LEG. AVGG. PR*o*PR*ætore ?* quid inanius ? quid jejunius ? Neuter contra Lazium ita legere voluit. Quid ergo præſtiterunt ? τοῖς P. P. in Grut. 277 : 7. lucem adlaturi luculentam, uterque hiſce duobus P P obſcuriſſimis ne faculam quidem adluxerunt, &, quod minime putarunt, tantummodo Lazianum nullius pretii interpretamentum *Præfectus Prætorio* in tenebris confoderunt, Andabatarum more pugnantes.

Has LAZII vindicias me ita vides dediſſe, ut quidquam veri de P. P. in ejus interpretatione quæri poſſe minime velim. neque LAZIVS is fuit, ut P. P. interpretari potuerit. qui non modo paullo ante eod. cap. 1. lib. 2. p. 129. ſiglas tritiſſimas LEG*atus* AVG. PR. PR. ineptiſſime AVG*uſtalis* PR*æfecturæ* PR*ætorianæ* legendos pronuntiavit, ſed & paullo poſt in fine ejusd. cap. pag. 132. ſiglas P. P. in titulis Imperatoriis, in quibus eas P*atrem* P*atriæ* ſignificare lippis & tonſoribus notum eſt, *Præfectum Prætorio* inſinuare, lectori pio, ut inquit, i. e. ſtupido perſuadere eſt auſus. Quid ſcitis LAZII inſcitius ? Commentaria ejus, μεγα βιβλίον, μέγα κακόν.

Quia Gutherius & Gothoſredus Lazii libri ſecundi caput *ſecundum* citant, licet Gutherio, duo quippe Valentiniani ſaxa ab Lazio ſimul adducta memoranti, caput *primum* in oculis quoque & mente fuiſſe neceſſe ſit, en Lazii verba ex lib. 2. cap. 2. pag. 156. „Denique, *inquit*, fit ejusdem Prætorii (Hiſpanici) mentio in his vetu„ſtatis monumentis, quorum alterum Tarracone, alterum Dianii, utrumque vero „io Hiſpaniis erutum extat: in quorum altero nomen Provinciæ Hiſpaniæ citerioris „per ſolas literas H & C exprimitur, in altero pluribus literis HISP. CIT. item no„men Præfecti prætorio in altero per literas PPP, id eſt, Perfectiſſ. Præfectus præ„torio : in altero, PR. PR. id eſt, Præfectus prætorio :

| | |
|---|---|
| „ FORTISSIMO ET CLEMEN- | M. PORTIO CATONI |
| „ TISS. IMP. CAES. M. AVR. | XV VIR S. F. LEO. AVGO. |
| „ CARO INVICTO AVO P. M. | PR. PR. PROVINC. H. C. |
| „ PP. COS. II. PP. PROCOS. M. | ET IN EA DVCI TER- |
| „ AVRELIVS VALENTINIANVS | RA MARIQVE. |
| „ V. C. P. P. HISP. CIT. LEG. AVGO. | |

Tergeſti in Hiſtria.

„ Q. PETRONIVS C. F. PVB. MODESTVS P. P. BIS LEO.
„ XII. PLAM. ET LEO. I. ADIV. VICT. TRIB. MIL.
„ COH. V. PR. PR. DIVI NERVAE ET IMP. CAES. NER-
„ VAE TRAIANI AVO. GERM. PROVINC. HISPANIAE
„ CITER. ASTVRIAE ET CALETIARVM PLAM. DIVI
„ CLAVDII DEDIT: IDEMQVE DEDICAVIT.„

Vides primo loco nonniſi repeti prius Valentiniani ſaxum, quod Lazius pag. 131. jam dederat, & integrius eſt in Grut. 277: 7. in quo ante duo P. P. non P. i. e. P*erfectiſſimus*, ut Lazius tradit, ſed C. i. e. C*lariſſimus* legitur. Occurrit V. P. P. P. in ſaxis duobus Badii Macrini, quæ Lazius de titulo *Perfectiſſimi* agens p. 131. *fin.* habet, & de quibus ex Grut. 283: 9. & 281: 1. ſupra pag. LVI. & LVIIII. a nobis actum eſt.



Valen-

Valentiniani ſaxo in poſteriore Lazii loco ad latus ſiniſtrum objacet initium ſaxi, quod Dianii ponit, alii verius Tarracone, & plenius extat in Grut. 389 : 2. in quo LEG. AVGG. PR. PR. PROVINC. H. C. ad *Præfectum Prætorio* non quidquam adtinere non rudes omnis vetuſtatis non neſciunt. Hoc M. Portio Catoni, ſeu potius T. Claudio Candido, LEG*ato* AVGG. PR*o* PR*ætore* PROVINC. H*iſp.* C*iter.* erectum ſaxum in Grutero deſinit OPTIMO PRAESIDI, quod & ipſum juvat interpretationem ſiglarum in lapide Valentiniani ſeu Grut. 277 : 7. ſupra p. LVIII. perpenſam, V*ir* C*lariſſimus* P*ræſes* P*rovinciæ* HISP. CIT. LEG. AVGG. PR*o*. PR*ætore*.

Tergeſtinum tandem ſaxum jam excuſſimus ſupra pag. LXIII. lit. D. ut addendum nobis nihil ſit, niſi tædere nos harum LAZIANARVM ineptiarum.

## XXVII.

### *Pariſienſis interpretatio quarta.*

Quo longior ſui de interpretatione tertia BOZIANA, tanto brevior de Pariſienſi quarta fieri ſtudebo : quod nobis video licere, quia quæ contra primam & ſecundam adferre debui, ejusmodi fuere, ut & contra quartam fere jam ſufficere videantur. EXP*ræ*P*oſitus* P*rocurandæ* (*ou* P*ræſtandæ*) V*rbis* SEC*uritati* valdene TIBI placet ? Quænam tabulæ antiquæ extraordinarium hoc imperium *Præpoſitorum ſecuritatem Vrbi præſtantium aut procurantium* nos docent ? Hujusmodi interpretationes figmentis Harduinianis quid interſunt ?

In Caſſiodori Var. Lib. IV. ep. 22. ad Argolicum Præf. Vrbi, & ep. 23. ad Arigernum Comitem, legimus, Theodericum regem decreviſſe, ut Argolicus Præf. Vrbi cum quinque Senatoribus, Symmacho, Decio, Voluſiano atque Cæliano, nec non Maximiano, cauſſam Baſilii atque Prætextati, magicis artibus involutorum, legitima examinatione penſarent : Arigernoque Comiti præcepta direxiſſe, ut reos elapſos ubicunque repertos ad Judicium quinquevirale duceret. Non modo Boſſeus ad Caſſiod. h. l. ſed etiam Pancirolus ad Notit. Imp. Occid. cap. 4. p. m. 14. a. & Gothofredus ad Cod. Theodoſ. lib. 2. tit. 1. leg. ult. notarunt, Theodericum regem *Judicium Quinquevirale* Præfecto Vrbi de capite Senatorum cognituro ſociaſſe ex lege Imperatorum Romanorum. Cum Caſſiodoro, qui unus omnem hic meretur fidem, quam non convenit, quod Pariſiis narrarunt ?

Neſcio quidem ego, primo unde prodierit in interpretatione Pariſienſi quarta *judicium ſexvirale*, cui præfuerit non Argolicus Præfectus Vrbi, ſed Symmachus. deinde, Arigernum in ſex judicum numero quintum locum tenuiſſe, Argolicum ſextum. Poſtremo, quod primum ponere debuiſſem, Boëthium, qui Theoderico conſilium dederit judicii ſexviralis conſtituendi, quo tempore judicium ageretur, *præpoſitum* fuiſſe *procurandæ aut præſtandæ urbis ſecuritati.*

H 1

Hi videntur ingenii luſus, hiſtoriam Boëthii philoſuphi ſuaviter interpolantium narratiunculis ita comparatis, ut Diptycho Buëthiano ſenſus inferatur, nun ex eo petatur. id quod quarta hæc interpretatio Pariſienſis cum prima & ſecunda commune habet, ac ſi in diptycho Brixiano eventum quoddam Boëthii philoſophi in libris non inveniendum, at ingenii ſagacitate reperiendum, nobis ſiſteretur. quare interpretationi tertiæ BOZIANAE tres reliquæ Pariſiis natæ non modo anteferendæ, ſed ne comparandæ quidem videntur.

## XXVIII.

### *Sententia* LEICHII.

Joh. Henricus LEICHIVS, qui literas, quæ ab humanitate nomen habent, Lipſiæ ſedulus excolit & inluſtrat, inſcriptionem diptychi Brixiani ſic legit: ANICius MANLius BOETHIVS, V. C. ET INLuſtris, EXPræfectus Prætorio, Præfectus Vrbi, SECundum CONSul ORDinarius, ET PATRICius.

Literas EXPPPVSEC interpretes vehementer exercuiſſe vidimus. non minus torſit eosdem eboris initium NAR. Theſi XX. p. xxxv. de ANIC. loco τῷ NAR. a TE divinato dicenda me huc rejeciſſe pulcre memor, quæ in diſſertatione TVA Romana, jam deſiturus de diptycho Brixiano verba facere, ad CL. de BOZE pag. (xxviii.) *extr.* ſcripſiſti, heic exſcribo. *Supereſt*, inquis, *ut quoniam ad obſcuriora quævit antiquitatis ænigmata diſſolvenda nullus præſtantior eſt Oedipus Regia Pariſienſi Academia Inſcriptionum & Bonarum Literarum, TE Optime CLAVDI, valde exorem, ut quæſtioni quoque huic enodandæ ejusdem intelligentiam adhibeas. Niſi me Davum, potius quam Oedipum, eſſe profiterer, auderem & ipſe ingenii mei vires in divinandi arte periclitari, & vatem agens pronunciarem, literas*, NAR, *ſcalptoris errore ita diſpoſitas fuiſſe, atque hoc modo collocari oportere*, ANK; (leg. ANR;) *inſuper literam* R *æque imperite efformatam, in binas eſſe dividendam, ſcilicet* IC, *unde exurgant literæ* ANIC, *quæ* Anicii *nomen, Boethii maxime proprium, ac proinde aliis ejus nominibus, ut vetera docent Monumenta, præferri ſolitum, in Brixiano etiam Diptycho deſignent.* Paginæ TVAE (xxix.) verba prima, quibus ad aliud argumentum tranſiens, TE de eborarii, NAR pro ANIC ſcalpentis, imperitia, modo bariolatum, *non quidem ſerio, ſed jocando perſonam Oedipi ſumſiſſe*, intexuiſti, ſupra th. XXI. p. xxxviiii. *lin.* 24. jam exſcripſi.

Doctiſſimum LEICHIVM auctoritate TVA abreptum TIBI credidiſſe, NAR. ſignificare ANIC, non perſpexit ampliſſimus BOVHIERIVS, quum de prima diptychi litera N (volebat non de ſola litera N. ſed de tribus primis diptychi literis, ſeu de prima diptychi voce, NAR) nihil LEICHIVM dixiſſe ad me ſcriberet pag. 104. *lin.* 22. unde BOVHIERII παρόραμα correcturus, hanc eo occaſionem mihi præbente, LEICHIVM ſuum ANIC ex Em. QVIRINI adſumſiſſe epiſtola reſcribere, atque adeo ab LEICHIO, quin & abs TE, qui malam LEICHIO viam præiveris, diſſentire debui pag. 317. ante quam TVAM mihi videre contigit epiſtolam. In confutando

TVO & LEICHII noſtri ANIC quidquam nunc operæ a me porro impendi neuter vultis, quia meæ ad BOVHIERIVM epiſtolæ paginam quam dixi 317. jam legiſtis. ego autem in meis ad TE literis primis ita ſcripſi: *Video nunc ex TVA ad CL. de BOZE epiſtola, quod pag. (XXVIII.) extr. (XXIX.) init. non quidem ſerio, ſed jocando, ſumta Oedipi perſona, eras hariolatus, id doctiſſimum LEICHIVM ex folio Sibyllæ recitatum, aut ex Jovis diphthera prolatum credidiſſe. Nonne ut Jupiter Comicus Alcumenæ, ſic QVIRINVS ſe purgabit LEICHIO?*

*- - - - - - Si quid dictum eſt per jocum,*
*Non æquum eſt, id te ſerio prævortier.*

Utinam ne LEICHIVS hariolationem TVAM, de NAR interpretando ANIC, ſecutus, ſed TIBI de unico Manlii Severini Boëthii conſulatu veriſſima tradenti obſecutus eſſet. Ita enim ſiglas, EXPPPVSEC. CONS. ORD, quas optime legit EX*Præfectus* P*rætorio* P*ræfectus* V*rbi* SEC*undum* CONS*ul* ORD*inarius*, non diſtinxiſſet prave *Præfectus Vrbi*, SEC*undum* CONS*ul* ORD*inarius*. Sed de trium Boëthiorum conſulatibus unicis theſi XXX. agere conſtitui poſt ea, quæ in antecceſſum ſcripſi ad Bouh. p. 332. *lin.* 26. & 31. Heic dicendum mihi eſt, Boëthium philoſophum neutram *Præfecturam*, neque *Prætorii*, neque *Vrbis*, geſſiſſe, quam in rem ſupra th. XX. p. XXXV. *extr.* XXXVI. *init.* & TE & MAZOCHIVM jam laudavi.

*Præfecturam Prætorii* (inquit ipſe LEICHIVS pag. XXVII.) *Boetium adminiſtraſſe, nemo, ſi a Diptychi certiſſimo teſtimonio diſcedis, perhibet.* At Boëthium philoſophum *Præfectum Prætorio* numquam fuiſſe, certe quidem non ante, quam conſul fuiſſet ordinarius, BOVHIERIVS adducendo Ennodii loco erudite evincit in ſuis, ut modeſte vocavit, *Conjecturis* p. 102. *lin.* 28. quod contra LEICHII ſententiam merito urget ceu *ἀναντίῤῥητον*, ſeu, ut ipſe vocat, *deciſivo* p. 104. *lin.* 33. Ergo diptychum Brixianum Boëthii philoſophi non eſſe, certiſſimum teſtimonium eſt ipſa *Præfectura Prætorii* in Diptycho literis EX*Præfectus Prætorio* tradita.

De Boëthii philoſophi *Præfectura Vrbis* ſic ſcribit LEICHIVS pag. (XXVIII.) *fin. Admotum vero graviſſimo muneri Boetium, licet non diſertis ſcriptorum teſtimoniis probari poſſit, videor tamen mihi locum, unde hoc cum magna veritatis ſpecie colligi queat, in ejus* Conſolatione *Lib.* III. *Proſ.* 4. *reperiſſe.* cet. Verba ipſa Boëthii in epiſtola ad Bouh. p. 275. *lin.* 26. jam dedi, & ab LEICHII *παρερμηνείας* ita, ſpero, vindicavi, ut ſatis pateat, non modo cenſum honores dediſſe, ſed etiam honores a cenſu datos cenſum minuiſſe; id eſt, non rectius ab Ovidio dictum eſſe,

*In pretio pretium nunc eſt:* DAT CENSVS HONORES.

quam a Boëthio, PRAETVRA, *magna olim poteſtas, nunc inane nomen eſt, & ſenatorii* CENSVS *gravis* SARCINA. Pulcerrime ad rem noſtram Salmaſius ad Spartianum in Hadrian. c. 3. p. m. 34. a. *Prætura illis temporibus, ut omnes norunt, erat onus, non honos, cujus functioni erat obnoxius ſenatorius ordo.*

XXVIIII.

## XXVIIII.

### *Sententia* BOVHIERII.

INL. BOVHIERIVS, noſtra ſententia homo multa prudentia, ſumma doctrina, plurimo rerum uſu, inprimis διὰ παντὸς τοῦ ζῆν antiquitatis eruditæ monumentis cognoſcendis & explicandis admirandum in modum deditus, illuſtrando diptycho Boëthii Brixiano manum admovit avibus tam bonis, & ſucceſſu tam proſpero, ut ceterorum interpretum doctiſſimorum labores curæ ejus multum cedere atque concedere videantur. cui tamen, quum ſua ſcribere pararet, TVAM ad CL. de BOZE epiſtolam ad manus fuiſſe non puto, ſed tantum Diarium Venetum: eumdem, quæ Academia Inſcriptionum Pariſienſis, cujus & ipſe Sodalis erat digniſſimus, vir quippe primarum partium, ad TE ſcripſiſſet, neſciviſſe potius, quam ſciviſſe, in animum induxi. Si ſcivit, ubique non inſcite diſſi.nulat ſe ſcire, ne tantorum ſodalium conjecturas contemſiſſe videatur. Tanto minus timide ego, animo fidentiore, non modo ab Italorum ſententiis diſceſſi, ſed & Pariſienſium explicationes improbavi, quod Divionenſem interpretationem a Pariſienſibus vehementer videbam diſcrepare. Longius certe diſtant Bouhieriana Pariſienſibus, quam Divio Lutetia Pariſiorum abeſt. Eruditiſſimus enim Divionenſium Præſes inſcriptionem diptychi Brixiani ſic legit. *Numerius* AN*icius* MANL*ius* BOETHIVS V. C. ET INL. EX *Præfectus Prætorio*, *Præfecto Vrbi* SEC*undo*, CONS*ul* ORD*inarius* ET PATRIC*ius*.'

NAR. viſum eſt MAZOCHIO nomen eſſe gentilitium, ut ſupra p. XXXXII. th. XXI. *ſin.* cœpimus dicere. „Brixiani diptychi Boethius, *inquit* MAZOCHIVS *pag.* „(XXIV.) unde prænomen NAR. arceſſiverit (a matre ne, an a majorum alio) aut quid „ſignificet, quis facile expediverit? Sed tamen quia inter gentilitia nomina non „alios facile quam NARIOS reperio ab ea ſyllaba incipientes (nam *Nardos*, *Nar-* „*ciſſos*; & ſi qua ſunt alia in Indicihus propriorum nominum occurrentia, non mo- „ror, quippe quæ ſint ſervilia ferme nomina, aut libertinorum cognomina) non „aliud relinquitur, niſi ut illud NAR. interpreter *NARIVS*, aut vero conſueto de- „rivativo nomine, *NARICIVS*: idque tamdiu certe, donec major lux ſive a mo- „numentis ac libris, ſive a conſanguineorum & affinium hujus conſulis nominibus „affulgeat. Sint interim NAR*ius* MANL*ius* BOETHIVS tria conſulis hujus nonuua.„ Primam diptychi vocem NAR. primo vocat prænomen, quam mallem, ut in ſequentibus, *nomen* dixiſſet. NAR. enim *prænomen* numquam fuit. τὸ NAR. gentilitium nomen haberi poſſe, NAR*ius*, etiam BOVHIERIO viſum eſt pag. 101. *init.* ita tamen, ut ſplendore gentis *Aniciæ* Boëthiorum permotus paullo poſt ead. pag. *lin.* 12. ſcripſerit, *je ſuis fort tenté de croire, qu'on y a mal lû:* NAR. *au lieu de* N. AN. *lesquelles Lettres ſignifient*, *Numerius* AN*icius*. In meis ad Bouh. literis pag. 318. *lin.* 32. dixi NAR. poſſe etiam legi NAR*enus* vel NAR*onius*. quo modo & NAR*icius* Mazochio in mentem venit, *conſuetum derivativum nomen* vocanti. Haud neſcio a numinibus gentilitiis in IVS interdum alia in ICIVS derivata eſſe: v. g. *Cadius*, *Cadicius* cet.

 NA-

NARICIVS tameo ao quodam io monumento occurrerit Mazochio, luhens cognoſcerem. De *Nareniis* & *Naroniis* ſaxa quædam citare operæ duxi loc. cit.

De NARONIAE gentis inſcriptione, quam celeherrimum MVRATORIVM 1379: 9. (neſcium a Fahr. oh ipſam gentem *Naroniam* jam datam Inſcr. Cap. IX. p. 633. o. 283.) protuliſſe ſcripſi ad Boub. p. 318. *extr.* addo, eamdem ot ioeditam ipſum MVRATORIVM jam dediſſe e ſchedis Valeriis & Caponiis 1350: 2. & quidem ita, ut pro NARONIAE legatur IIARONIAE.

Quæ ibi ſequitur, 1350: 3. *e ſchedis Muratorianis*, miſſa etiam *Muratorio* a *Bimardo* ſuo, jam erat in Fahr. p. 60. n. 348. ad eamque provocavit oh gentem *Hedunniam* poſtea Fabr. p. 626. a. C.

Quæ in Mur. præcedit 1350: 1. ah eodem immemore iterata 1467: 5. notaque noo inluſtrata ſed obſcurata eſt. quam notam non adſcribo: nam vetat MVRATORIVS ipſe, io Addendis & Corrigendis ſcribens „Pag. MCDLXVII: 5. Dele Notam, „& ſcrihe F. C. SVO. ideſt *Fecit Conjugi Suo*. Propterea ad præcedentem Claſſem „ſpectat Lapis.„ Cur neſcit, in præcedeote Claſſe 1350: 1. ſemet dediſſe? ſed & hanc jam Fabrettum p. 313. n. 375. habere ignorat.

Fabrettus B. tantum dat, i. e. *Benemerenti:* ut & in aliis ſaxis ſola ſigla B. ſcriptum hoc vocahulum mihi occurrit. Vide Fabr. p. 571. nom. XLVIII. alia enim nunc præteribo. Muratorius *Bene Merenti* more omnioo magis ſolito, & plenius, at vix verius. Nam, quod omnibus adhuc latuit, hoc ſaxum ex ipſius poſſeſſoris quomdam autographo jam dedit Gruterus hunc in modum 1142: 3. *Romæ, in domo Comitis a Zolleren.*

DIIS. MANIBVS
HIANTI. SECVN
DAE. F. C. SVO. B. V
IXIT. ANNIS
XXXX

*Gruterus ex autographo Comitis.*

In ed. Grut. ſec. nihil notarum dederunt. Raritas ſiglarum C. SVO. B. exercuit Reineſium, τὸ B pro V interpretatum: ita enim invenio in iod. Rein. 20 „C. „SVOB. *Cum Suo Viro.* 3. MCXLII. apud Grut.„ Idem ad Rupertum ep. 35. p. 260. *lin.* 7. in exemplis H abundantis adfert HIANTHIS pro *Ianthis* in 2. (leg. 3.) pag. MCXLII. Scaliger io iodicibus Gruterianis hunc lapidem nuſquam memoravit, niſi ind. 23. ſeu nomioum:

*Hiantis Secunda.* 1142: 3.

qol nominativus *Hiantis* poſt Scaligerum, forte & ex Scaligero, placuit Reineſio, quamvis HIANTHIS ſcribenti adſpiratiooe bis poſita. Qnod ſi Reineſii conjectura ocum habeat, H noo abundat, ſed, ut aliis in lapidihus ſæpe, trajectum eſt. Malim

Malim tunc HIANTI eſſe genitivum mariti, pro IANTHI. Ita IANTHVM AVGuſti *Libertum* habet Mur. 918: 3. Si HIANTI Gruteri non ſit io lapide, ſed aliorum HANTI: an HANTI hoc idem erit, quod ANTHI nomen frequentiſſimum? τὸ SECVNDA quidem certe aliorum præſtare videtur τῷ SECVNDAE Gruteri. An hæc doctos Romæ viros ad lapidem, ibi adhuc, credo, extantem, tam diverſe exſcriptum, tamque varie explicatum, quam curatiſſime inſpiciendum, edendumque excitatura ſint neſcio, ſed opto.

Nunc de NAR. diptychi commentari pergimus. Poſtquam BOVHIERIVM exſcriptioni Brixianæ literarum trium NAR. diffidere videbam, audacior & ego factus τὸ NAR. varie corrigere & torquere cœpi, pag. 321. *lin.* 8. & 15. in FLAB. i. e. FLAV*ius*, aut in FL*avius* AN*icius*: ibidem *lin.* 31. & 33. ligatas literas in diptycho legi ſuſpicatus, FL*avius* AVR*elius*, aut AN*icius* AVR*elius*. Qua fini iſta tunc ſcripſerim, his verbis Bouhierio expoſui pag. 322. *lin.* 18. *ut quorum oculis diptychum ipſum cernere contingit, bene & docte oculis ſuis uſi certos nos faciant, quid in ipſo diptycho legatur. in quo ſi* NAR. *legitur, uti TV & LEICHIVS adtuliſtis, tum vero omnibus omnium conjecturis eodem loco habitis, id eſt, valere juſſis, redibo partim ad id, quod initio dixi* (pag. 316. *extr.* 317. *init.*) *ex prima diptychi voce lecta reliquis diptychi verbis multum lucis non accedere, non decedere; partim ad id, quod ampliſſimo BOVHIERIO in mentem primo venit* (venit & Mazochio, ut poſtea didici) NAR. *initium eſſe nominis gentilitii, quo Fl. Boethium conſulem a. Cti* 478, *absque Brixiano diptycho eſſet, dictum fuiſſe ignoraremus.* Editis a me epiſtolis epigraphicis quum haud multo poſt TVRICVM ipſe veniſſes, QVIRINE Eminentiſſime, idemque ſapientiſſime BRIXIANORVM EPISCOPE, & peracto ex animi ſententia itinere Helvetico per Alpes Ræticas in TVAE Diœceſeos metropolin BRIXIAM rediiſſes, nihil habui antiquius, quam verum ipſum de NAR. ex TE quærere. *Ego vero* (ita ſcripſi in extremo literarum mearum ad TE primarum) *ſerio* TE *etiam atque etiam rogo quæſoque, ut initium literarum diptychi Boethiani, earumque ductus atque flexus omnes & ſingulos, maximos, medioximos, minimos, viſumque non prudentiſſimum fugientes, ſerio contemplatus, ſerio reſpondeas ad ea, quæ pag.* 322.*lin.* 19. *a me poſita ſunt. Cujus enim oculis fidem habebo majorem, quam* QVIRINI *oculatiſſimi,*

*Ambobus mihi qui carior eſt oculis?*

Quid reſpondiſti? Ipſius Diptychi imaginem, quam recens ærea tabella perfecte exprimendam curaviſti, ſine mora a TE accepi, viſisque in ea tribus omnino literis NAR, quaſi radiis ſolis ſcriptæ eſſent, ſtatim ex animo delevi omnes literarum illarum trium mutationes, quæ Bouhierio & mihi ſubnatæ erant. quas non dubito, TE, quum primum legeres, eodem loco habuiſſe, quo nos TIBI natum, & LEICHIO adoptatum ANIC*ius* habuimus.

*Cædimus, inque vicem præbemus crura ſagittis.*

Addo, quod TVVM beneficium TIBI reddat jucundius. Si primæ diptychi literæ legerentur NAR. (quas ita legi jam certus ſcio) iode reliquis diptychi verbis multum

tum lucis non acceſſurum, non deceſſurum eſſe; ex NAR. nonniſi nomina Boëthii in diptycho expreſſa auctiora cognoſci, ipſe mihi perſuaſeram, ut modo ex meis ad Bouh. literis repetii. at ipſa diptychi imagine, quam TIBI gratiſſimus debeo, diligentius conſiderata penitus intellexiſſe mihi videor, tres literas NAR. nomina Boëthii conſulis non augere, ſed ipſi imagini multum lucis accendere, & viciſſim ab imagine egregie illuſtrari poſſe: quod ἴνιγμα Parti III. ſeu Κατασκευαστικῇ reſervari, TVOque judicio ſubjici dignum judico.

Tertium P. poſt EX*Præfecto Prætorio* non nominandi ſed auferendi caſu effert Præſes illuſtris, *Præfecto Vrbi* SEC*undo*, ſeu SEC*undum*. quia τὸ EX ante duo PP expreſſum, ante tertium P ἀπὸ κοινοῦ repeti debere ſtatuit. De EX præmitti dignitatibus ſolito latius egi in reſp. ad Bouh. inde a pag. 285. *lin.* 30. idque ita, ut deinde pag. 290. *lin.* 16. & pag. 324. *lin.* 34. non omiſerim expendere, an repetitio τοῦ *ex*, ingenioſiſſime a BOVHIERIO excogitata, cum in Stiliconis ſeu Divionenſi, & Turicenſi, tum in Boëthii ſeu Brixiana epigraphe bene procedere videatur. mihique tunc minus placebat, quia eruditiſſimum Præſidem intelligebam in cogitationem de *ex* ita elliptico veniſſe, non quod iſtam ellipſin niti ſciret exemplis certis, quorum certe nullum adduxit; ſed quod eam credebat neceſſariam in Stiliconis & Boëthii diptychis, ne conſules ordinarii, ille conſulatum & magiſterium militum, hic conſulatum & præfecturam urbis, ſimul geſſiſſe ſint dicendi: id quod tamen a ſeculi quarti & quinti moribus minime fuit alienum.

Si vir optimus diutius nobis & literis bonis ſuperfuiſſet, forte ſuam τοῦ *ex* ellipſin exemplis quibusdam firmaſſet. quæ poſt fata viri mihi obſervata ſunt, vide. Grut. 309: 2.

FABIAE. ACONIAE. PAVLINAE. C.F  
FILIAE. ACONII. CATVLINI. V.C  
EX. PRAEF. ET. CONSVLE. ORD. VXORI  
VETTI. PRAETEXTATI. V. C. PRAEF.  
ET. CONSVLIS. DESIGNATI. cet.

unde Scal. ind. 5. *Ex Præfecto & Conſule ordinario.* 309: 2. Si extenſe CONSVLE caſu ſexto ſit in ſaxo, ut & Apianum video habere, qui tamen Beneventi ponit, non Romæ, fol. 101. loc. 2. indubia eſt τοῦ *ex* ἀπὸ κοινοῦ repetitio. Sed ſunt, quæ dubiam nobis faciant lectionem CONSVLE. Jac. Mazochius, ex quo dedit Gruterus, ſe non vidiſſe teſtatur in Corrigendis ſuis ad fol. 57. loc. 5. & qui Romæ vidiſſet, ſi Beneventi lapis, non Romæ fuit? Smetius autem fol. 153: 5. & Grut. 309: 3. ex Panvinio, *Beneventi in Samnitibus* ponentes non CONSVLE, ut Apianus, ſed gignendi caſu CONSVLIS habent. In Grut. ed. ſec. 309: 2. 3. non monent eamdem eſſe, licet diverſis locis extare dicatur. at Holthenus in ſuis Addendis ad 309: 2. 3. Smetium cum Grutero componens, *epigraphen* 3. inquit, *aliam eſſe quam eſt ſecunda vix credam.*

Apud

Apud Amm. Marcellin. 19 : 12. legitur *Simplicius Philippi filius ex Præfecto & Conſule.* Doctiſſimum commentatorem Valeſium, cujus verba quædam ſupra th. XVIII. p. XXXI. *extr.* adduximus, de Philippo præfecto prætnrin, & conſule a. Cti 348. collega Saliæ, verba Ammiani interpretari miror. Vehemeotiſſime enim obſtat vnx *filius* inter *Philippi* & *ex Præfecto & Conſule* media. ne dicam, Ammiannm tacere minime voluiſſe, in quibus honoribus fuerit Simplicius, qui *inter primos ductus*, *& reus poſtulatus, quod ſuper adipiſcendo interrogaſſe dicebatur Imperio.* Fuit igitur *Simplicius Philippi* (conſulis a. Cti 348, clariſſimi viri,) *filius ex Præfecto & Conſule.* i. e. *ex conſule*, non ordinarius, cujus adeoque nomen in Faſtis ne quærendum quidem, ſed hnnorarius tantum, forte ob patris merita præclariſſima. Fnrte eadem gratia & *præfecturam* (utram neſcimus, Prætoriine, an Vrbis, conf. ſupra th. XVIII. *s.* pag. XXX.) nnnniſi *honorariam* acceperat, dictus iode Ammiano *ex Præfecto.*

Ut Valeſius verba Ammiani de Simplicio filio Philippi, de patre Philippn : ſic Muratorius aliom Philippi filium Antignnum de ipſo Pbilippo conſule, Antignni nnmine male augendo, accepit, deceptus mala lectione ſaxi græcl, quod ut ineditum profert in Claſſe V. ſeu Conſulum ad a. Cti 348. qun cnnſules fuerunt Fl. Philippus & Fl. Salia. „Fortaſſis, *inquit* p. 379. *loc.* 2. ad hujus *Philippi* Cnnſulis patrem „pertinet inſcriptin ſubſequens. Et ſecundum conjecturam iſtam Conſul noſter ap„pellatus fuiſſet FLAVIVS ANTIGONVS PHILIPPVS. *Romæ, in Sancta Maria Ma„joris. E ſchedis meis, & Fratris Jucundi.*

„ ΤΟΝ, ΠΑΣΗΣ. ΑΡΕ
„ ΤΗΣ, ΕΙΔΗΜΟΝΑ. ΦΩΤΑ
„ ΦΙΛΙΠΠΟΝ. Π.ΡΕΣΒΥΝ. ΑΟ
„ ΝΙΗΣ, ΕΝΠΕΡΑΜΟΝ. ΣΟΦΙΗΣ
„ ΑΥΣΟΝΙΩΝ. ΥΠΑΤΟΥ. ΠΑΤΕΡΑ. ΚΑΥ
„ ΤΟΝ. ΑΝΤΙΓΟΝΟΙΟ. ΘΡΕΨΕ. ΜΑΚΗ
„ ΔΟΝΙΗ. ΔΕΞΑΤΟ Δ'ΕΙΤΑΛΙΗ

„Tetraſtichon hoc ita reddo. *Omnis Virtutis Fulgidum Lumen, Philippum Senem, Ao„nia Peritum Sapientiæ, Latinorum Conſulit Antigoni Patrem Inclytum, Nutrivit Macedonia, „Excepit Verò Italia.* „ Neſciebat verius jam prndiiſſe, & Neapoli pnni in Grut. 1098 : 8. unde & Valeſius ad Amm. Marcell. loc. cit. *Philippum Macedonia oriundum fuiſſe* ſcribit *teſtari veterem Inſcriptionem Neapolitanam, quam referat Gruterus pag.* 1908. Male ita editin Gronnviana pro *pag.* 1n98 : 8. Tetraſtichnn elegiacum ex Grutero & Muratorio ſic lego :

Τὸν πάσης ἀρετῆς εἰδήμονα φῶτα, Φίλιππον,
Πρέσβυν, κ' Ἀονίης ἐνπέραμον σοφίης,
Αὐσονίων ὕπατον, πατέρα κλυτὸν Ἀντιγόνοιο,
Θρέψε Μακηδονίη, δέξατο δ' Ἰταλίη.

Si τὸ *ex* ἀπὸ κοινοῦ repetendi exemplum indubium detur, interpretationi BOVHIERII acutiſſimæ EX*Præfecto Pretorio*, (*ex*) *Præfecto Vrbi* SEC*undo* me acceſſurum ſcripſi

 pag.

pag. 325. *med.* Exemplum indubium videtur in Ammiano Marcellino dari. indubium hac gratia, quia *conſule* expanſe ſcriptum eſt. BOVHIERII itaque lectioni (*ex*) *Præfecto Vrbi* SEC*undum* accedant, qui volunt, quotquot volunt. Non adverſabor: non repugnabo. Vnus tamen mihi reſtat ſcrupulus, qui me male habet. Si nomen dignitatis poſterius, cum quo alterum (*ex*) non legitur denuo expreſſum, auferendi caſu extenſe ſcriptum non eſt, ſed aut initiali litera ſola, aut primoribus tantum literis, ut quo caſu debeat efferri poſterius dignitatis vocabulum, ambiguum relinquatur: num & tunc, ob prius *ex* expreſſum & priorem dignitatem ablativo caſu adſciſcens ſeu regens, alterius (*ex*) ἀπὸ κοινοῦ intelligendi neceſſitas ſtatui debet? Aut fallor, aut ipſe BOVHIERIVS hanc nobis legem non fixiſſet, & de (*ex*) elliptico forte ne cogitaſſet quidem, ſi agnoviſſet, etiam ſine (*ex*) ſenſui æque ac verbis integritatem ſuam conſtare, ut paullo ante p. LXXVIII. *med.* jam occupavi dicere, & Diptychi Boëthiani literas P. V. ab inl. viro, veterano in antiquitatis ſtudio, inſigniter (*ex*) *Præfecto Vrbi* lectas, ſine (*ex*) quoque ſenſu integerrimo *Præfectus Vrbi* legi poſſe in Parte III. ſeu Κατασκευαστικῇ urgebo. quam jam nunc inciperem, niſi expoſitis hactenus & ad examen vocatis interpretum Diptychi Boëthiani doctiſſimorum, quotquot mihi innotuerunt, ſententiis, de *Boëthiorum conſulatibus* dicendum videretur: quia interpretibus quibusdam hos ipſos *Boëthiorum conſulatus* non ſatis perſpectos magnæ fraudi fuiſſe video. de quo etſi quædam, ubi ubi neceſſitas ſumma erat, jam monuerim, in majore tamen luce cauſſa hæc omnis ponetur, & ad nonnullorum opiniones magis infirmandas conducet, de *Boëthiis conſulibus* data opera ſi viderimus, atque adeo cum viderimus: nam de iis videre certum eſt, quod in Parte hac ſecunda extrema nos facturos eſſe, theſeos duodeviceſimæ litera *a. extr.* oſtendimus pag. XXVIII.

## XXX.

### *De Boëthiorum Conſulatibus.*

Repeto laterculum, quem ex Marcellini Comitis Ch[illegible]ico ad Bouh. pag. 333. *lin.* 26. poſui de annis Cti

485. IND. VIII. Symmacho ſolo Coſ.  
487. IND. X. Boetio ſolo Coſ.  
510. IND. III. Boetio ſolo Coſ.  
522. IND. XV. Symmacho & Boetio Conſſ.

Petrus Bertius in præfatione, quam editio Boëthii Conſolationis Philoſophiæ Hackiana a. 1671. repetiit, nonniſi unum Boëthium conſulem agnovit, peſſime opinatus, Boëthium philoſophum ter conſulem fuiſſe: primum a. Cti 487. iterum a. Cti 510. tertio, cum Symmacho ſocero, a. Cti 522. Filios duo Boethii, Patritium & Hypatium, annis tredecim poſt patrem conſules fuiſſe a. Cti 500. Hunc Bertii errorem ingentem ſecutus eſt magnus Voſſius de Poët. Lat. cap. 5. p. m. 63. *extr.* de Boëthio philoſopho, *Vir*, inquit, *fuit*

Conſu-

*Conſularis*, *& filios duos Patricium*, *& Hypatium*, *Conſules vidit.* Si veriſſimum eſſet, quod falſiſſimum eſt, Boëthium philoſophum a. Cti 487. conſulatum geſſiſſe, qui, quæſo, in mentem venit Bertio & Voſſio, conſules ambo a. Cti 500. *Patricium & Hypatium* fratres fuiſſe, eosque patre Boëthio philoſopho natos? *Patricius* fuit Phryx, & *Hypatius* ſororis Anaſtaſii Imp. filius, ut ex Procopio adtulerunt Pagius Crit. Ann. Baron. & Relandus in Faſt. Conſul. uterque ad a. Cti 500.

„Facile nimis admiſit Philippus a Turre, Adrienſis Præſul, Boëthium ſeu *rurſus* „ſeu *iterum* Conſulem fuiſſe, quum de unico tantum hujus Conſulatu certo conſtet, „anno nimirum DX. geſto. Adnotatum quidem reperio Boethii Conſulis nomen in „Faſtis, præter eum annum, etiam anno CCCCLXXXVII. atque inſuper anno „DXXII. at ſcio, Baronium inde adductum ad credendum, non iterum tantum, „ſed tertio renunciatum fuiſſe Conſulem Boethium Philoſophum. Hunc tamen neu„tro loco deſignari nullus dubito. Non quidem anno CCCCLXXXVII. nam Fla„vius Boethius, cui Conſulatum eo anno Faſti omnes adſcribunt, ea tantum de „cauſa, ut Pagius ad ipſum annum obſervat, a Baronio, & ab Onuphrio etiam „Panvinio cum Boethio Anicio Manlio Severino confunditur, quod extet Epiſtola „Felicis Papæ ad Sanctum Cæſarium Arelatenſem Epiſcopum data *poſt Conſulatum M.* „*Sever. Boetii V. Cl.* At ex Codice manuſcripto Arelatenſis Eccleſiæ, teſte Jacobo „Sirmondo, aperte evincitur, Epiſtolam illam perperam adſcribi Felici III. quum „ſpectet ad Felicem IIII. & præterea perperam in eandem intruſum fuiſſe ex imperiti „librarii errore *M. Sever. Boetii* nomen, quum legendum ſit *poſt Conſulatum Mavortii.* „Nec etiam deſignari anno DXXII. quo Conſules proceſſiſſe Symmachum, & Boe„thium, Faſti teſtantur; nam Boethius hic filius fuit Boethii Philoſophi, quemad„modum Symmachus, ut oſtendit Sirmondus in *Notis ad Ennodium*, cui ſententiæ Pa„gius ad eum annum DXXII. ſubſcribit. Itaque unum dumtaxat Conſulatum, an„no ſcilicet DX. geſſit Boethius Philophus, qui in Diptycho Brixiano repræſentatur.„ Hæc TV in diſſ. Romana pag. (XXVII.) doctiſſime & veriſſime ſcripſiſti: modo ne addidiſſes, *qui in Diptycho Brixiano repræſentatur.* In ſententiam Sirmondi & Pagii de Boethiis tribus conſulibus, avo, patre, & nepote, jam diu me diſceſſiſſe ſcripſi ad Bouh. p. 333. *init.* Laudavi ibidem ὁμοψήφους Bimardum & Bouhierium, quibus MAZOCHIVM adjicere nondum poteram, Diatriba ejus tunc nondum inſtructus.

Sententiæ omnino veriſſimæ de *trium Boëthiorum conſulatibus unicis* graviſſimum pondus addit, in nullo antiquitatis monumento, quorum aliquammulta in ep. XX. ad Bouhierium adduxi, Boethium quemdam conſulem legi *conſulem iterum*, nedum *tertio* fuiſſe. v. ad Bouh. p. 332. *lin.* 38. & p. 339. *lin.* 13.

Recte MAZOCHIVS pag. (XX.) *valde veriſimile fieri* (*quis enim id præſtare auſit?*) *primum illum conſulem Boethium anno* 487. *ſignatum*, *philoſophi patrem fuiſſe.* Videbis & mihi ita placuiſſe, Boëthium conſulem a. Cti 487. Boëthii philoſophi conſulis a. Cti 510. patrem fuiſſe, non quod certo antiquitatis teſtimonio id conſtet, ſed quia, quod adverſetur aut repugnet, non reperiatur.



Puto

Puto me porro ire, qua ducat veriſimilitudo (quis eoim & hoc præſtare auſit?) ſi Boëtbii conſulis a. Cti 487. patrem, adeoqne Boëtbii philoſophi conſulis a. Cti 510. avum fuiſſe dicam Boëthium ſenatorem nobiliſſimum, Præfectum Prætorio, peremtum a. Cti 454. qui conſul nnmquam fuerat. de quo viro veterum teſtimonia compluria non profero, quia nobis ſufficiunt, quæ tb. XVIII. lit. *e*. p. XXXII. *lin.* 3. adtuli. Quam vero dixi veriſimilitudinem temporum ratio num obſcure ſuadet? num beic quidquam, quod obſtet, aut officiat, invenitur?

*Ab Adrienſis Præſulis explicatione Eminentiſſ.* QVIRINVS *discedens, Boetium bis Conſulem proceſſiſſe, argumentis a Sirmondo & Pagio allatis negat, errore librariorum Flavio Boetio conſulatum a.* 487. *in Faſtis adſcribi, Symmachum & Boetium a.* 522. *Conſules, philoſophi filios eſſe, ipſum non, niſi ſemel, ea dignitate functum, docet.* Hæc χαρίσταλος LEICHIVS pag. (XXVI.) qui in referenda TVA de unico Boëthii philoſophi conſulatu a. Cti 510. geſto ſententia dum brevis eſſe voluit, obſcurus factus, quæ de Boëthio conſule a. Cti 487. tradideras, corrupit, & ea TE induxit commentantem, quibus TVVS & animus & calamus quam longiſſime aberat. Tantum enim abeſt, ut *errore librariorum Flavio Boetio conſulatum a.* 487. *in Faſtis adſcribi* io TVA ad CL. de BOZE epiſtola ſcripſeris: potius *Flavio Boethio conſulatum a. Cti* 487. *Faſtos omnes adſcribere* in ea apertiſſime ſcripſiſti. Hunc autem *Flavium Boethium* a. Cti 487. conſulem, fuiſſe *Boethium philoſophum*, ſeu *Anicium Manlium Severinum Boethium* negaſti poſt Pagium, qui contra Baronium ad a. Cti 487. Num. I. & ad a. Cti 488. Num. IV. veriſſime obſervavit, Papæ Felicis IIII. epiſtolam perperam Papæ Felici III. a Baronio adtributam eſſe, quod in ea *P. C. M. Sev. Boetii V. C.* legeretur errore librariorum: quem Sirmondus emendarit ex codice MS. Arelatenſi, optime habente *P. C. Mabortii V. C.* i. e. *Poſt Conſulatum Mavortii Viri Clariſſimi*, adeoque a. Cti 528. Mavortius enim conſul fuit a. Cti 527. plenis nominibus ſuis, ut th. XX. p. XXXVII. *lin.* 21. vidimus, *Vettius Agorius Baſilius Mavortius* dictus. Qui TVA & LEICHII verba, integre a nobis adducta, inter ſe comparant, rem ipſam tenebunt.

In eadem diſſ. TVA Romana ſic pergis: „Papebrochius in *Act. Sanctor. ad diem* „27. *Maii cap.* 11. *Comment. de S. Joanne Papa I.* dubius primum hærere videtur, num „Symmachus, & Boethius eo anno DX. (volebas ſcribere DXXII.) Conſules, fuerint ſeniores illi, quorum utrique Conſulatus jam alius obtigerat (Symmacho Boë„thii philoſophi ſocero a. Cti 485. & Boëthio philoſopho Symmachi genero a. Cti 510.) „an vero Boethii ſenioris filii; iſque paulo poſt primam ſententiam amplectitur. Mi„nime tamen iis aſſentitur, qui in Boethio Conſule anno CCCCLXXXVII. Boethium „Philoſophum agnoſcunt, imo diſerte prodit hunc illius filium fuiſſe; quocirca Pa„gius (ad a. Cti 510.) dormitaſſe videtur, dum Papebrochium inter illos recenſet, „qui eundem ipſum Boethium, egregium Philoſophum, Conſulem anno illo (Cti „487.) proceſſiſſe, falſo affirmarunt.„ Ab hac ſententiæ Papebrochii fluctuantis enarratione TVA diſcordant, quæ ab LEICHIO pag. (XXX.) ſic ſcripta ſunt: *Baronius,*

*ipſum*

*ipſum Philoſophum eo anno* (Cti 487.) *conſulatum geſſiſſe, cenſet, eamque ſententiam, quamvis dubitanter, Papebrochius amplexus eſt.* Papebrochium a TE citatum non citat ibi LEICHIVS, citat autem mox pag. (XXXI.) not. y. Amicum me manere & QVIRINI & LEICHII cupio. Hoſtes nos umquam eſſe, Muſæ omnes prohibeſſint. Vter vero in enarranda Papebrochii ſeotentia veritati plusve minusve litaveritis, ſalva amicitia noſtra libere pronuntiarem, niſi Papebrochii curis carerem. quibus deſtitutus, & ob id ipſum - - *certo compeſcere puncto*

*Neſcius examen,* - - - - - - - - - -

ſi in TVAS partes propenderem, & LEICHIVM, quem in exponenda TVA de Flavio Boëthio conſule a. Cti 487. ſententia lapſum eſſe, nihil circuitione uſus dixi, præterea in pronuntianda Papebrochii ſententia aberraſſe dicerem, dicerer ab LEICHIO *ποιῶν κατὰ πρόσκλισιν.* Aeſtiment itaque veſtras, TVAM & LEICHII, de Papebrochio *περιεργότερως ἐναντιοφανῶς* æqui rerum arbitri, quibus notarum Papebrochianarum inſpiciendi copia datur.

Ab LEICHIO, qui veterem aviam de pulmone non avulſit, & Symmachum & Boëthium a. Cti 522. conſules Boëthii philoſophi filios duo fuiſſe agnoſcere non auſus, eos Symmachum, Boëthii philoſophi ſ[o]cerum, eodem conſulatus munere jam ſemel Anno CCCCLXXXV. (ita emendandum eſſe, quod in LEICHII libro pag. (XXXIII.) male CCCCXCV. editum eſt, jam ad Bouh. ſcripſi pag. 333. *lin.* 12.) perfunctum; & ejusdem Symmachi generum, ipſum Boëthium philoſophum, qui primum conſul a. Cti 510. proceſſerat; credit fuiſſe pag. (XXXII.) diſceſſionem merito fecit BOVHIERIVS, in ſua Diptychi Boëthiani explicatione ad me miſſa his uſus verbis pag. 104. *lin.* 30. *Outre qu'il ne raporte aucune preuve de ce fait, il répond mal au paſſage, où Boëce parle du Conſulat de ces deux fils, & qui paroit bien precis.* Si vera eſſet ſententia ab LEICHIO adoptata & reſuſcitata, in veterum libris Faſtorum conſularium a. Cti 522. non *Symmacho & Boethio Coſſ.* ſed *Symmacho II. & Boëthio II. Coſſ.* legeremus. quam iterati a Boëthio conſulatus notam Faſtis omnibus, addo & lapidibus omnibus, ignorari, ab aliis & a me aliquoties jam animadverſum eſt. Fruſtra eruditionem ſuam prodigit LEICHIVS, exempla conſulum vix e pueris egreſſorum conquirens, ut Boëthii philoſophi filios ætate puerili conſulatum tantum honorarium geſſiſſe ſibi magis quam aliis perſuadeat. Novæ huic LEICHII ſententiæ quid magis repugnat, quam is ipſe, quo uno nititur, locus Boëthii, quem ita in *Conſolatione* lib. II. proſa 3. Philoſophia adloquitur. *Si quis rerum mortalium fructus ullum beatitudinis pondus habet, poteritne illius memoria lucis quantalibet ingruentium malorum mole deleri? cùm duos pariter conſules liberos tuos domo provehi ſub frequentia patrum, ſub plebis alacritate vidiſti; cùm eisdem in curia curules inſidentibus tu regiæ laudis orator, ingenii gloriam, facundiæque meruiſti: cùm in circo duorum medius conſulum circumfuſæ multitudinis exſpectationem, triumphali largitione ſatiaſti. Dediſti, ut opinor, verba fortunæ, dum te illa demulcet, dum te, ut delicias ſuas, fovet. Munus, quod nulli unquam privato*

 *commo-*

*commodaverat*, *abſtuliſti.* Qui hæc Philoſophiæ Boëthianæ verba conſolatoria [quibus eam, prætereuntem ſumptas Boëthio in adoleſcentia negatas ſenibus dignitates, ad ſingularem felicitatis Boëthii cumulum venire delectavit] de filiis Boëthii philoſophi duobus, conſulibus non ordinariis, ſed tantum honorariis ſeu codicillaribus, accipi poſſe contendit, næ magnum is onus ſuscepit, quo ſe non ante levatum ſentiet, quam antiquitatis teſtimoniis teſtatum reddiderit, in conſules tantum codicillares verba Philoſophiæ Boëthium conſolatæ quadrare eodem jure, quo ea conſulibus omnino ordinariis convenire ambiguum nemini eſt. Soliti ſunt conſules ordinarii in novi anni auſpiciis, ſeu ipſis Kalendis Januariis ſummo mane domo provehi ſub frequentia patrum, ſub plebis alacritate. Legatur vel Ovidius hæc gaudia, quibus Roma abſens, & exul, animo non æquiſſimo carebat, ſuaviſſime canens *Ex Ponto Lib.* IV. *Epiſt.* IV. & IX. De conſulibus tantum honorariis ſeu codicillaribus idem eſſe factum unde nobis fides fit? Alia non addo: quia ad Partis hujus II. finem remis velisque propero.

Cuiusnam trium Boëthiorum conſulum eſt diptychon Brixianum? Si ſententias numerari æquius eſſet, quam ponderari, vinceret TVA, Eminentiſſime QVIRINE, ſententia. Cenſes autem ſic pag. (XXVII.) *Boethius Philoſophus, qui a. Cti* 510. *conſulatum geſſit, in Diptycho Brixiano repræſentatur.* Idem viſum eſt II. auctori Diarii Veneti Tomo XXVIII. pag. 29. eſſe *del famoſo BOEZIO* (integrum Veneti auctoris locum dedi ſupra th. XVII. pag. XXVI. *extr.*) III. IIII. V. Triumviris eruditis Brixienſibus. VI. Philippo a Turre. VII. VIII. VIIII. X. Quatuorviris Regiæ Pariſienſis Academiæ Inſcriptionum, aut potius omnibus Academiæ iſtius inclutiſſimæ Sodalibus nobiliſſimis, *μία ψυχῇ.* XI. Jo. Henr. Leichio. XII. Jo. Alberto Fabricio Bibl. Lat. Tom. III. pag. 203. & pag. 579. In Italia unus *Mazochius*, unus in Gallia *Bouhierius*, in alia omnia iverunt. Horum neutri Boëthius philoſophus probatus eſt, ſed alius. Illi Boëthius, Boëthii philoſophi filius, conſul cum fratre Symmacho a. Cti 522. Huic Boëthius, Boëthii philoſophi pater, conſul a. Cti 487. quem & mihi unice placuiſſe, in Epiſtolis Epigraphicis legiſti. a qua me ſententia ne transverſum quidem unguem dimovet bicornis argumentatio MAZOCHII pag. (XXII.)

In textu ipſo adſeverat, *Boëthium* diptychi non poſſe eum eſſe, qui a. Cti 487. conſul fuerit. Cur? *quia, qui anno* 487. *conſulatum iniit, is conſul ſolitarius fuit.* Nos id ſupra th. XXI. p. XXXXI. *init.* abjecimus, teſtati, duplicis CC in ECCONS poteſtatem MAZOCHII ſomnium eſſe.

Neque magis nos vulnerat alterum ejusdem telum in nota (28) expromtum. „In Marcellini Faſtis anno 487: *Boetio ſolo Coſ.* Chronicon Alex: Βοηθίου μόνου i. e. „*Boethio ſolo.* Ac totidem verbis in Faſtis Florentinis major. quos laudat Relandus „Sed & in Actis Romanæ Synodi de reſtituendis lapſis habitæ *Boethius* ſine Collega

„conſul

„conſul ſignatur in hunc modum: *Fl. Boetio V. C. conſule* &c. apud Baronium. Ex „quo aliud etiam conficitur argumentum ut oſtendatur, Brixiani diptychi Boethium „ab anni 487. conſule eſſe diverſiſſimum; quippe quum huic *Flavii* prænomen ſit, „ille NAR MANLIVS BOETHIVS inſcribatur.„ *Flavii* ſive prænomen, ut MAZOCHIVS cum multis vocat, ſive nomen gentilitium, v. epp. epigr. pag. (30) (31) quam parum nos juvet in diptycho Brixiano, brevi docebo. Si nominis *Flavii* abſentia Boëthium conſulem a. Cti 487. excludit, nonne abſentia nominum *Anicii* & *Severini*, quibus Boëthium philoſophum nominatum fuiſſe novimus, Boëthium conſulem a. Cti 510. magis excludet? Hoc MAZOCHIVS, cui Boëthius philoſophus diſplicuit, manu utraque largitur. Sed pergo: Si nominis *Flavii* abſentia Boëthium conſulem a. Cti 487. excludit, eadem ejusdem nominis *Flavii* abſentia Boëthium conſulem a. Cti 522. MAZOCHIO placitum eodem jure excludet. Hunc enim Boëthium Mazochianum ſeu nepotem, æque ac Boëthium Bouhierianum meumque ſeu avum, *Flavii* nomine inſignitum eſſe poſſum docere. Non utar contra MAZOCHIVM inſcripdone Gudiana, MAZOCHIO ex Relandi Faſtis cognita & adducta pag. (XXXIII.) not. (31.) FL. SYMMACO ET VOET.. quæ ego ad Bouh. pag. 320. *lin.* 33. interpretatus ſum *Flaviis* Symmacho & Boëthio conſulibus, a. Cti 522. MAZOCHIVM autem non dubito *ἰσχυρῶς* legiſſe FL*avio* SYMMACO ET VOET.. poteſtque MAZOCHIVS pertendere, fratri tantum priori Symmacho *Flavii* nomen fuiſſe: quo modo & ind. Gud. 22. tantum *Voet*...., non *Fl. Voet*.... habet. Sed ſi ſciverit MAZOCHIVS, in Mur. 2003: 1. legi F. F. II. SIMMACO ET BOETIO VV, par hoc fratrum conſulum eodem *Flavii* nomine gaviſum eſſe, non negabit. Vid. ad Bouh. pag. 351. *lin.* 17. Si igitur ex abſentia *Flavii* nominis argumentum rite depromtum eſt a MAZOCHIO, Diptychon Brixianum neque ad *Flavium Boethium* conſulem a. Cti 487. neque ad *Flavium Boëthium* conſulem a. Cti 522. referri poteſt. An ergu ad Anicium Manlium Severinum Boëthium conſulem a. Cti 510. licet & *Anicii* & *Severini* oomina abſint, & dignitates EXPPPVSEC vehementiſſime, ut antea demonſtravimus, obſtent? Ita nobis quartus aliquis Boëthius, isque conſul ordinarius, erit quærendus, nusquam inveniendus. Viden' quo rem deducat MAZOCHIVS cum ſuo *Flavii* prænomine. Quum & Boëthium avum, & nepotem Boëthium, *Flavii* nomine uſos videam, nollem ego quidem certe negare, Boëthium etiam philoſophum eodem *Flavii* nomine, quod a patre acceperit, & in filios ſuos transtulerit, dictum fuiſſe, licet cum reliquis ejus nominibus io ejus libris noo compareat. Nam

In magna oominom ejusdem hominis cſterva non ſemper omnia ſimul ſunt adſcripta, ſed quædam tantum, ceteris omiſſis. quam cauſſam fere puto eſſe, cur haud raro *Flavii* nomen ſub Imperatoribus Romanls poſterioribus de eodem homine clariſſimo modo adſit, modo abſit. Vide quæ de FLAVIIS ARBITIONE ET LOLLIANO CONS. ſcripſi ad Inl. BLAVRERVM meum pag. (31.) -- (35.) *lin.* 25. quibus heic commode addo, in vetere libro *Anonymi de Præfectis Vrbi* pag 390.

T. XI. Græv. ad a. Cti 342. corrupte legi *Filollianus Mavortius* : qood haud cunctєr emeodare *Fl.* (i. e. *Flavius*) *Lollianus Mavortius.*

Partem II. ἀνασκευαστικὴ, in qua diverſas doctorum interpretatiooes diptychi Boëthiani, quod neque Boëthium philoſophum, oeque hujus filium patri cognominem, exbibeat, examinavi, clauſurus; & in Parte III. κατασκευαστικῇ, ex tribus Boëthiis conſulibus primum, Boëthium conſulem a. Cti 487. in ebore Brixiaoo conſpici, exiſtimaturus; prima Mazochianæ pagioæ (XXI.) verba hujus partis meæ II. ultima facio.

„At expoſtulabont, credo, Brixiani cives ornatiſſimi, ægre paſſuri, eripi ſibi „de manibus tanti illius viri mooomentum. Atqui ego contendo, nihil ob iſtam „cauſam de eboris pretio deceſſurum; atque adeo multo illud fore poſthac pretio„ſius, ſi, quum Boëtbii pbiloſopbi rebus geſtis plenæ ſint hiſtoriæ, deque ejusdem „nominibus ac dignitatibus librorum ejus epigraphæ loquaotur: per iſtud demum „auro carius ebur alter Boethius cum ſuis nominibus & digoitatibus in lucem pro„feratur, cum eruditæ caveæ majore favore & gratia.

VALE Mæcenas QVIRINE, præſtantiſſimum literarum decos. TVRICO Helvetiorum, prid. Kal. Jul. MDCCXXXXVIII.

PRIN-

# PRINCIPI . EMINENTISSIMO
# ANGELO . MARIAE . CARDINALI
# QVIRINO

JO. GASPAR HAGENBVCHIVS

## ΕΥ ΔΙΑΓΕΙΝ.

*Brixiam.*

## PARS TERTIA ΚΑΤΑΣΚΕΥΑΣΤΙΚΗ.

### XXXI.

*Ex ſententiis multis una elicita & limata.*

PARTE ſecunda diverſis doctiſſimorum diptychi Boëthiani interpretum opinionibus, quantum ſatis erat, ita in trutina caſtigatis, ut leviora & ſine pondere eſſe viſa removerim, abjecerimque, quid jam reſtat, niſi ut ex ſententiarum diverſiſſimarum cumulo id tantum, quod boni eſt, ſeligens dilucide exponam, qua ratione tota diptychi epigraphe, & ſingula ejus verba, mihi & legenda & intelligenda eſſe videantur? quod præſtaturus prævideo fore, ut ſiglarum nonnullarum interpretationem ab iis etiam interpretibus, quorum reliquas reliquarum ſiglarum explicationes toto averſor ſtomacho, animo accipiam æquiſſimo.

*Nec ſterilis locus ullus ita eſt, ut non ſit in illo*
*Mixta fere duris utilis herba rubis.*

Quum enim quot fere literæ in diptycho tot quaſi certaminum genera propoſita ſint, eum, qui in ceteris victus diſceſſit, in uno alterove palmam tuliſſe facillime accidit. Quare in promenda ſententia noſtra non dubitabimus de ſiglis aliis alios auctores ſequi.

*Tros Rutulusve fuat, nullo diſcrimine habebo:*



nil

nil minus veritus, quam ne ſuſpicionem moveam, me Aeſopii ſimilem graculi pennas, quæ pavonibus decidiſſent, ſublaturum, meque exornaturum eſſe. Formoſo enim interpretum gregi, quorum pedes non pulcerrimos fuiſſe Parte II. vidimus, Parte hac III. pictas plumas non invidebimus, multo minus eripiemus, quin laudabimus ipſas ipſi, & *καλλύνομεν* explicabimus, nitentioresque reddemus, ſemper, dum ſanitas conſtabit, eorum memores futuri, quæ ad ampliſſimum BLAVRERVM a nobis ſcripta ſunt pag. (43.) *fin.* (44.) *init.*

*Quænam mens, quæ deliritas vos ſuppilatores facit?*

Quid? quod *ad imitandum nos optima quæque proponere* cum Plinio lib. 1. ep. 5. *ſtultiſſimum* credens, ſine invidia ulla invidendam Romanorum veterum prudentiam æmulaturus ſum: de qua egregiam mentionem facit Salluſtius B. Cat. cap. LI. eamque C. Julium Cæſarem induxit, hæc in ſenatu commemorantem. *Majores noſtri, Patres conſcripti, neque conſilii, neque audaciæ umquam eguere: neque ſuperbia obſtabat, quo minus aliena inſtituta, ſi modo proba, imitarentur. Arma atque tela militaria ab Samnitibus, inſignia magiſtratuum ab Tuſcis pleraque ſumſerunt: poſtremo quod ubique apud ſocios, aut hoſtes idoneum videbatur, cum ſummo ſtudio domi exſequebantur: imitari, quam invidere bonis malebant.*

## XXXII.

### *Monogramma* BE *expenſum.*

In ſummo Boëthii Diptycho utraque tabula corollam oſtentat lemniſcis ornatam, intra quam duæ literæ B & E invicem innexæ illigatæque ſunt. De coronæ hujus lemniſcatæ literis BE univerſus interpretum doctiſſimorum chorus ne verbum quidem habet, mihique reſtarent ignotiſſimæ, niſi diptychi imaginem videre mihi contigiſſet. Contigit autem inſigni beneficio TVO, CARDINALIS Eminentiſſime, qui duplicem formam æneam ad me miſiſti, cum Venetam, tum TVAM: v. Part. I. p. VIII. & VIIII. th. VII. lit. A. & K. Verba Veneti auctoris Italica, in quibus has literas *monogramma* vocat, a me exſcripta jam ſunt Part. II. th. XXV. *init.* pag. LII. vixque dubitare poſſum, id ei BoEthii nomen habere viſum eſſe. Quia de *coagmentis literarum* in *Τετραευαγγελίῳ Turicenſi*, cujus hac ipſa de cauſſa clariſſimus BREITINGERVS noſter in luculenta admodum epiſtola *de MS. Turic. Græc.* ad TE perſcripta, & apud nos edita pag. 15. *med.* amice & familiariter mentionem injecit; ſimul de *ſiglis vocum contractarum* Partis II. theſi XXIIII. p. XXXXVIIII. *ſeqq.* agendi fuit occaſio, otium nunc mihi video paratum eſſe, quo minus de nomine BoEthii in ſigla implicata literarum duarum BE inveniendo dicam. Obliviſcor itaque numum Imperatoris *Phocæ* Cangianum ob monogramma ΦΚ Fabretto memoratum p. 167. a. II. nec non diptychum Noricum, in quo ſub epigraphe conſulis *Clementini* nomen itidem bis literis in circulo diſperſis græcis legitur ΚΛΗΜΕΝΤΙΝΟΥ, v. ad Boub. p. 277. Non taceo autem, quæ in Veneto Diario T. XXVIII. pag. 9. & 10. de Bonarrotiano Romuli diptycho ſic ſcripta ſunt. *In cima vi ſi vede il* Monogramma, *in cui, per quanto*

*quanto ſi conoſce, racchiudeſi il nome di Romolo. Queſto coſtume di collegare inſieme in tal guiſa tutte, o parte delle lettere componenti i nomi, che volevano eſprimere, è molto antico. Nelle monete Conſolari ſi trova ciò praticato. Scorgeſi ſcritto in tal guiſa il nome di* Roma *in una moneta della famiglia* Didia, *e quelli di* Marcio, *e di* Anco *in altre della famiglia* Marcia; *onde ſi può credere, che da principio ſi cominciaſſe dal fare le ſemplici legature, di due, o tre lettere inſieme, e poi da queſte ſi trapaſſaſſe all' uſo de i* Monogrammi, *de' quali moltiſſimi ſe ne oſſervano nelle medaglie greche, ove così ſono eſpreſſi i nomi de i popoli, e di alcune città, sì de i tempi ſuperiori, come de i più baſſi. Se ne ſervirono ancora i Sommi Ponteſici, nelle Bolle, e nelle monete, e gl' Imperadori, e altri Principi ne i loro diplomi.*

## XXXIII.

### Ἄλλως *de eodem* BE.

In nullo diptychorum conſularium adhuc proditorum ſiglas vocum contractarum deprehendi ſupra tb. XXIIII. pag. LI. *lin.* 7. obſervavimus: neque vero repugnamus, ſi cui Diptychi Brixiani BE ſigla oomiois BoE*thii* contracta eſſe videatur. Vide tameo, qua ratione duas literas BE fauſti potius ominis formulam, vocumque duarum ſiglas ſeu initia habere exiſtimem. BE ita varie poſſumus interpretari, ut ad eumdem ſenſum ipſa oos varietas ſemper reducat. *Bonus Eventus* (ſit.) *Bono Eventui* (ſupplicamus.) *Bonum Eventum* (precamur.) *Bene Eveniat.* ſive quis unam vocem non exſcriptam BE*ne* (fiat) magis probet. Hujusmodi εὐφημιῶν olim πολυθρύλητοι græce & latine elatarum ingens copia datur. Ἀγαθῇ τύχῃ, *bonis avibus, quod felix fauſtumque ſit*, cet. Vid. H. Steph. Theſ. L. Gr. T. III. p. 1451. A. Marm. Oxonienſ. ed. Maitt. pag. 159. *ſeqq.* & pag. 198. *int.* Nunc ad ſaxa quædam formulas easdem aut ſimiles habentia evocamur: ne dicam, pertrahimur, quia ſequimur voleotes, & grandes grandibimus gradus, oiſi ubi jubebimur ire pedetcotim.

### A.

Celeb. Muratorius de ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ hæc recte commentatus eſt ad 38: 5. „*Bonæ Fortunæ* ſonaot priora verba; ſed non propterea ad Fortunam ſpectat Inſcriptio. „Ἀγαθῇ τύχῃ formula uſitata eſt apud Græcos in varii argumenti Inſcriptionibus, „ſignificans: *Quod felix, fauſtumque ſit;* ſive *Feliciter*, ſive *Bonum factum*, ſive *Quod* „*bene vertat* &c." quibus conſonant, quæ poſtea ſcripſit ad 84: 9. Quid ergo in indice Muratorii primo ſeu Deorum Dearumque *Bonæ Fortunæ Metropolis.* 558: 2. nobis ſiſtitur? Tanto pejus, quod poſt *Bonæ Fortunæ* additur *Metropolis*, quæ vox ab ind. I. procul amoveri debebat. Intelligitur enim Galatiæ ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΣ, i. e. *Ancyra* ipſa, quæ erexit ſaxum, quod Mur. 558: 2. dedit *ex Montfauconio* (Palæogr. p. 165. num. III.) quodque oeſciverunt, jam olim dediſſe Gruterum 424: 10. at *e Donza* poſuiſſe *Alicubi in Græcia.* ut & de aliis inſcriptionibus Ancyranis in Grutero factum eſſe, Bouhierius & ego in literis noſtris obſervavimus epigraphicis, p. 21. *extr.* p. 32. *lin.* 5.

B.

Idem præſtantiſſimi Inſcriptionum Theſauri editor Mutinenſis cum formula Ἀγαθῇ Τύχῃ docte componit aliam Θεοῖς, ad 547: 2. hæc tantum notans. „Formula „*Diis*, aut *Diis omnibus*, aut *bonæ Fortunæ*, aliæqoe hujusmodi occurrentes in publi„cis Græcorum Pſephiſmatis, ſive Decretis, precationem continent, ot fauſtum ſit, „Diisque placeat, quod ſtatutum fuit; tamquam ſi dicerent *Diis faventibus*, *Diis* „*gratum ſit*, *Quod fauſtum ſit.*„ Addo, ΘΕΟΙΣ. ΤΥΧΗ. ſimul præfixum legi Florentiæ in marmore Riccardiaoo, quod *ex Gorio* [Etr. T. I. p. 108. 109. 110. n. 86] & Montfauconio [Diar. Ital. p. 361. *fin.*] adtulit Mur. 600: 3. Montfauconium indicaſſe magis qoam dediſſe hoc monumentum nonne GORIVS, amicus noſter certiſſimus, ex vero monet? Muratorium vero ex duabus columnis unaio feciſſe, tertiamque, quæ in Gorio prima eſt, ſeu ad dextram, prorſus omiſiſſe, an laudem mereri, & digne factum eſſe cenſes?

Quia ſaxum Mur. 547: 2. medicam manum expectat, en id ex ipſo MVRATORIO. *Corcyræ. Ex Apoſtoli Zeno ſchedis Montfauconius.*

ΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΣ ΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΥ Π
ΝΕΥΣΑΣ ΚΑΙ ΟΙ ΣΥΝΑΡΧΟΙ ΦΙΛΩΤΑΣ
ΙΑΚΧΟΣ ΚΟΣΑΠΕΛΟΥ ΝΙΚΑΝΩΡ
ΝΙΚΟΣΤΡΑΤΟΥ ΘΕΟΙΣ

Id eſt:

*Apollodorus Apollodori Filius*
*Annuit, Et Vna Collegæ Magiſtratus Philotas,*
*Jacchus Coſapeli, Nicanor*
*Nicoſtrati. Diis* (ſupple *gratum ſit.*)

Sumtum ex Mootf. Diar. Ital. p. 422. n. 2. ad quod poſtea Montfauconius ibid. p. 430. ſeu io notulis ad Inſcriptiones Corcyreas, Πνεύσας, inquit, *pro νεύσας poſitum æſtimavimus; ſicque ſolummodo apta ſententia eruatur.* Quid magni præſtitit MVRATORIVS? Montfaoconii ΑΠΟΛΛΟΔΟΤΟΥ, *Apollodoti*, corrupit in ΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΥ, *Apollodori.* deinde Montfauconii hariolantis verſiooe *annuit* retenta, de ΠΝΕΥΣΑΣ altiſſime ſiluit. Apta ſententia ut eruatur, omnino exiſtimo, ſaxum verſu primo extrema amiſiſſe, finemqoe primi verſus abruptum ſic reſtitui poſſe, ΠρυτaΝΕΥΣΑΣ. Quod niſi ſpatium literarum vetaret, crederem, & v. 2. *extr.* deeſſe genitivum, patrem Philotæ memorantem, ot Iacchi & Nicanoris patres gigneodi caſu additi leguntur. Supplementum meum ΠρυτaΝΕΥΣΑΣ qui TIBI, Venerando Corcyræ quondam Antiſtiti, probabo? Validiſſimum præſidium invenio in alia ioſcriptione indidem ſumta, apud Montf. Diar. Ital. p. 412. *init.* & ex Montfauconio in Mor. 633: 2. cujus initium, TE credo favente & annuente, non modo adducturus ſum, ΕΠΙ ΣΩΤΗΡΙΑ ΠΡΥΤΑΝΕΥΟΝΤΟΣ ΑΡΙΣΤΟΜΕΝΕΟΣ, ſed de eodem, quia in CORCYRAM TVAM cogitatiooibus TVIS toties redis, & quia verba græca modo data, necdum a quoquam ſatis penſitata, ad ipſas formulas, de quibus heic agimus, pertinere mihi videntur, pergam dicere

Ἐκδοσις

C.

Ἐκδοσις MVRATORII vitioſe ΠΡΙΤΑΝΕΥΟΝΤΟΣ dat pro πρυτανεύοντος, ut ipſe ex Montfauconio habes in eruditiſſimis CORCYRAE TVAE Primordiis pag. 177. Vertit Muratorius, *Pro Salute Magiſtratum Gerentium Ariſtomenis.* Unde, quæſo, pluralis numerus *gerentium?* Montfauconius & TV, *Pro ſalute Magiſtratum gerentis Ariſtomenis.* Si patimini, vobiscum non ſentiens verterem: *Ad ſalutem*, ſeu *Saluti. Magiſtratum gerente Ariſtomene.* Ita ἐπὶ σωτηρίᾳ mihi idem, quod ἀγαθῇ τύχῃ, *Quod ſalutare ſit.* Formula fauſtitatis ab initio de more poſita. Genitivi autem πρυτανεύοντος Ἀριστομένεος non a ſubſtantivo σωτηρία reguntur, ſed ſunt abſoluti, ut Grammaticorum παῖδες vocant, ab ellipſi præpoſitionis ἐπὶ, *ſub*, recti; ſolitumque morem & locum tenent, quo magiſtratuum nomina ad temporis notationem genitivis ejusmodi græcis, ut apud Latinos ablativis abſolutis, exprimi conſueverunt.

D.

Mur. 1127: 7. *Romæ penes Lapicidam.*

| | | |
|---|---|---|
| ΑΓΑΘΩ | Id eſt | *Agatho-* |
| ΔΑΙΜΟΝΙ | | *dæmoni* |
| ΘΕΟΚΛΩ | | *Theoclo* |
| Μ. ΦΟΥΛΟΥΙΟΣ | | *Marcus Fulvius* |
| ΜΟΛΩΝ, ΚΑΙ | | *Molon, Et* |
| ΦΟΥΛΟΥΙΑ | | *Fulvia* |
| ΠΥΘΙΑΣ | | *Pythias* |
| ΤΙΩ Μ. Χ. | | *Filio Menſium X.* |

In Claſſe XVII. ſeu *Affectu Parentum erga liberos* recte comparet: loco tamen minime ſuo. Ita enim datur ac ſi defuncto filio duo fuiſſent nomina: quippe locatur non voce *Theoclus*, ſeu pagina demum 1220. ſed jam pag. 1127. voce *Agathodæmon.* unde etiam non modo latioe verſum *Agathodæmoni*, ſed in ind. nom. græc. Ἀγαθοδαίμων Θέοκλος. 1127: 7. ſcriptum eſt. Cur non potius Ἀγαθοδαίμων, antepenultima brevi, & penultima ob ultimam longam acuto non circumflexo notata? Quod ſi ad verſus primi Ω rite adtendiſſet MVRATORIVS, non proprium hominis nomen agnoviſſet, q. Ἀγαθοδαίμων, ſed vidiſſet duas eſſe voces, formulam boni ominis ſepulcralem habentes, ΑΓΑΘΩ. ΔΑΙΜΟΝΙ. ἀγαθῷ δαίμονι, i. e. *Bono Genio*, ſeu *Diis Manibus.* Nam & *Dii Manes* dicti ſunt *Manes* ab adjectivo *manis*, *e*, vel *manus*, *a*, *um.* minime κατὰ ἀντίφρασιν, quaſi *non boni* eſſent, ſed planiſſime, quod eſſent *Boni ac Proſperi.* Vide Franc. Sanctium, oſorem antiphraſis maximum, Minerv. IV: XVI. p. m. 823. Voſſium in Etym. L. L. voc. MANES, p. m. 308. b. & Fabrettum, qui Inſcriptionum ſuarum librum ſeu Caput ſecundum pag. 63. ſic inſcripſit, *De. operculis. ad. lacbrymas. et. libationes. excipiendas. deque.* GENIIS. AC. MANIBVS.

Poſtquam infeliciter vertit MVRATORIVS voces duas primas, pari uſus eſt infelicitate in vertendis vocibus duabus poſtremis, M. X. *Menſium* X. Ao, quia

Μηνῶν ἑξακοσίων, *Menſium* DC. (nam x græcis ſignat DC.) abſurdum erat, in ſaxo græco numeri notam non græcam, ſed Romanam X. ſeu *decem* agnoſcere maluit? Ita Gaddianum ſaxum græcum, quo de egi cum GORIO pag. 425. definit in hæc verba EZH ETH XXX. Sed hoc quid heic opus erat? Siglæ M. X. non tempus vitæ Theocli docent, ſed fuerunt in multo olim uſu, pro Μνείας vel Μνήμης Χάριν. Grut. ed. ſec. 632: 7. v. 5. M. X. i. e. Μνήμη Χάριν, ut eſt in notula vitioſe editum pro Μνήμης Χάριν. Ind. Rein. 20. vide lit. M. *extr.* ΜΝΕΙΑΣ ΧΑΡΙΝ & ΜΝΗΜΗΣ ΧΑΡΙΝ expreſſa in Rein. XV: 28. & XVI: 64.

E.

DEO. SANCTO. EVENTO. FL*avius.* FRONTO. EX. PRAECEPTO. Mur. 1984: 7. notans, „Deus *Eventus*, ut puto, nunc nobis primum innoteſcit.„ EVENTO ἀρσενικῶς, non οὐδετέρως, ſatis placet. Etſi enim Cicero ipſe *eventa*, *eventorum*, *eventa*, pro *eventibus* paſſim dixerit, ſingulari tamen numero neutrum *eventum*, *i*, non ſolet occurrere. Occurrunt autem multa nomina in VS, modo quartæ, modo ſecundæ declinationis: ut *ſenatus*, *ſenatus*, *ſenatui*; an *ſenatus*, *ſenati*, *ſenato* faciat, incertum ſit, ſecundum Quintil. I. O. 1: 6. p. 78. Ita EVENTVS, hujus EVENTVS, & EVENTI. cujus Dei memoria pridem ex lapidibus quoque priſcis innotuerat. Tres, non quatuor, quos ipſe Muratorii theſaurus jam habebat, in ejus ind. 1. litt. B. & E. adducuntur. *Bono Evento.* 92: 1. *Bono Eventui.* 629: 1. *Bonum Eventum.* 1102: 1. *Eventui Aug. Victoriæ Aug.* 92: 2. Secundus non latinus eſt *Bono Eventui* erectus, ſed formulam habet græcam ſolemnem ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ. Solent autem indices Muratoriani conſilio non optimo græca plurima latine tantum referre, cujus generis etiam eſt *Bonæ Fortunæ Metropolis* ex 558: 2. de quo ſupra p. LXXXVIIII. lit. A. diximus, ibidemque ex Muratorio vidimus, lapides græcos formula ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ inſignes non propterea ad *Fortunam* ſpectare. Latini lapides duo BONO EVENTVI facti jam erant in Grut. 101: 7. 8. adducti ambo & ab Lindenbrogio ad extrema libri XXIX. Ammiani Marcellini verba hæc: PORTICVM *excitavit ingentem*, *lavacro Agrippæ contiguam*, EVENTVS BONI *cognominatam*, *ea re quod hujus nominis prope viſitur* TEMPLVM. De hoc EVENTVS BONI TEMPLO atque PORTICV vide quæ refert Montf. Diar. Ital. p. 264. *fin.* 265. *init.* Eſt & in Gud. 56: 4. *ex Ligorio*, BONO EVENTO, & ab Heſſelio in indicum demum ſupplementis, pag I. col. a. *poſt init.* & in Addendis pag. XXV. b. *poſt init.* laudatur Phil. Bern. MOREAV de Mautour *Diſſertation ſur le Dieu* Bonus Eventus, *& ſur les Medailles qui concernent ſon culte*, edita in Mem. de litterature de l'Acad. des inſcr. Tom. IV. ed. Amſt. p. 78—111. Auctori huic Gallo præſtantiſſimo neutrum ſingulare *Eventum*, æque ac maſc. *Eventus*, placuiſſe video. Mihi tamen, in ſaxis quidem certe, EVENTO & EVENTVM maſculino genere legi, magis placet. Idem præterea adducit ex Lindenbrogio lapides duo, quos nos ex Grutero tetigimus, & quorum priori lucem, qua adhuc caret, adferre ſtudebimus.

Grut.

F.

Grut. 101 : 7. *Moguntiaci, in pomerio urbis.* PRO. SALVTE. DD. NN. SANCTISSIMORVM. IMPP. BONO. EVENTVI. MIL. EXERCITVS. GS. MATERNIVS. PERLETVS. MIL. LEG. VII. PR. P. F. STRATOR. - - - - - Scal. ind. nom. *C. Maternius Perletus miles* 101 : 7. Holſtenius prænomen C. ab ipſa Scaligeri, τὸ GS, ut audiemus, ita interpretati, manu datum non ferens, ſine indicio ſic immutavit, *GS. Maternius Perletus miles.* 101 : 7. In ſaxo ipſo ante MATERNIVS legitur GS. quod Scaligero ἰσοδύναμον τῷ C. ſeu *Gajus* fuiſſe, ex viri ſummi ind. 20. edocemur „GS. Gajus. 101 : 7." Acuta interpretatio, neque tanto viro indigna. Vides eadem opera fontem, ex quo notula in ed. Grut. ſec. ad literas GS. adſcripto Gudii nomine ſic data „GAIVS. Gud." promanaſſe deprehenditur. Quod ſi verum eſſet, τὸ GS. ſignificare G*aju*S, hoc GS. morem ſequeretur voces contractas ſcribendi, de quo th. XXIIII. Sigla enim eſſet, ultimam vocis literam tantum cum prima ſervans. At cum res ipſa, tum ſaxi locus me vehementer movent, ut GS. dividendum putem, ſiglasque duas, utramque unius tantum literæ, G. S. interpreter *Bono. Eventui. Mil. Exercitus. Germaniæ Superioris.* In Tacito Hiſt. lib. I. *Superioris Germaniæ exercitum* legimus; *ſuperiorem* quoque, nec non *Germanicum* eod. lib. dictum. Parte hujus epiſtolæ ſuperiore ſeu II. aliquot exemplis cognovimus, regionum nomina ſiglis eſſe notata, inprimis in earumdem regionum lapidibus, v. pag. LV. *lin.* 24. Cur heic *Moguntiæ* non referretur EXERCITVS *Germaniæ Superioris?* Fecit monumentum MATERNIVS, non, ut Lindenbrogius adſert, MATERNVS. hoc enim cognomen tantum, quo militem hunc legionarium duplici gaviſum eſſe nihil opus eſt: illud re vera nomen gentilitium, quod heic requiritur. MATERNIO, cui prænomen abſtulimus ſine injuria: [multi enim milites Romani ſine prænominibus ſuis in ſaxis leguntur:] quem genti ſuæ *Materniæ* adſeruimus; MATERNIO, inquam, reſtituimus, credo, cognomen verum, ſi corruptum PERLETVS emendemus in PERPETVS, i. e. *Perpetuus.* De V pro VV ſupra pag. XX. præceptum eſt. Tandem verſu 8. pro LEG. VII. reſcribi debet LEG. XXII. Hanc enim epitheton PR*imigeniæ* habuiſſe, illam CLAVDIAM vel GEMINAM dictam eſſe, vel ex Helveticis ſaxis, quæ ipſe vidi, didici. Utramque legionem ſaxa quoque Moguntina ſervarunt, ſed ſervatis utrique epithetis, quibus hæ legiones duæ promiſcue uſæ numquam ſunt.

G.

Ut finem faciam monumentis, quæ cum Diptychi Brixiani BE ligato, & de *Bono Eventu*, ſeu *Bene Eveniat*, i. e. FELICITER, explicando magis conveniant, in Don. p. 31. I: 146. ad dextram, & ex Donio in Mur. 92: 2. eſt EVENTVI. AVG. FELICITER. VICTORIIS. AVG. FELICITER. In græca tabella ænea apud Mur. 27: 7. legitur ΕΥΤΥΧΩΣ. Maxime omnium ob figuras æque ac ob literas cum Boëthii diptychi parte ſuprema conferri merentur Grut. 363: 1. & 364: 1. quæ



monu-

monumenta Gruteriana duo ipſa ſe invicem explicant, operasque mutuas tradunt. In priore FELICITER ita medium diviſum eſt, ut inter FELI & CITER intertexta ſit corona lemniſcata: in poſteriore intra ipſam coronam lemniſcis ornatam inciſæ ſunt literæ B-B. „Non raro duplex L. L. occurrit: quod eſt *libentiſſime:* ut „B. B. *optime.* Omnino illis veteribus literæ geminatæ compendiuoı vicem gradus „ſuperlativi eſt. Hoc non raro notavimus.„ SCALIGER Epiſt. CXLV. p. 359. *fin.* quum paullo ante, Epiſt. CXLIV. pag. 356. *extr.* poſuiſſet „B. B. eſt BENE BENE, „ſive *optime.*„ Hanc SCALIGERI obſervationem potiſſimum in Grut. 364: 1. quadrare, quis neget? Hinc Scal. ind. Grut. 19.

„ Geminatio pro ſuperlativo.

„ B. B. bene bene: optime. ἀγαθῇ τύχῃ 65: 6. 172: 7. 318: 9. 364: 1.

„ B. B. Bonis, bonis: optimis. 284: 6. Expreſſum 363: 1.„

& ind. 20.

„ B. B. Bene, bene. id eſt optime, feliciter, ἀγαθῇ τύχῃ. 172: 7. 318: 9.

„ B. B. Bonis, bonis, id eſt optimis. 284: 6. Expreſſum 363: 1.„

Holthenus utrobique poſt *Expreſſum* omiſit nnmeros 363: 1. Quia ind. 20. ne memoratur quidem 364: 1. quod maxime memorari debebat, vix dubito, Scaligerum ibi ſic ſcripſiſſe:

B. B. Bene, bene. id eſt optime, feliciter, ἀγαθῇ τύχῃ. 172: 7. 318: 9. 364: 1.
(Expreſſum 363: 1.

B. B. Bonis, bonis, Id eſt optimis. 284: 6.

Scilicet, qnod in 364: 1. eſt B-B. id in 363: 1. non quidem *bene bene* (quæ ita expanſa in nullo ſaxo occurrunt) ſed *συνωνύμως feliciter* expreſſum eſſe: quo adverbio, *feliciter*, τὸ *bene*, *bene*, ipſe Scaliger reddiderat. Hinc quoque ind. 19. ſic repurgandum puto.

Geminatio pro ſuperlativo. B. B. bene bene: optime. ἀγαθῇ τύχῃ. 65: 6. 172: 7.
318: 9. 364: 1. Expreſſum (*feliciter*) 363: 1.
B. B. Boois, bonis: optimis. 284: 6.

Grammaticorum Alpha, Ger. Jo. VOSSIVS, de Analog. lib. 2. cap. 33. p. m. 792. de ſuperlativo in antiquis inſcriptionibus poſitivi geminatione exprimi ſolita, indicis 19. Scaligerani exempla in compendium miſſurus primo loco adtulit, B. B. in inſcriptionibus ootare *bene bene*, hoc eſt *optime:* & adlatis ejusdem indicis exemplis omnibus reliquis, omnes Scaligeri indices Gruterianos ſummis laudibus extulit, eos non judicio eruditioneque minori, quam labore confectos eſſe: ad quem Voſſiani libri locnm digitum intendi, quum Diatribam meam qnarto abhinc anno ederem pag. 15. Hæc fuſius perſequi non tæduit, ne ligatas diptychi literas BE ſine cauſſa potius de *Bono Eventu*, ſeu BE*ne*, aut *Bene Eveniat*, qoam de nomine B*o*E*thii*, interpretari exiſtimer.

XXXIIII.

## XXXIIII.

### NAR. *explicatum.*

De dextræ Diptychi tabulæ literis tribus primis NAR, neque ab eborario, quod TV & LEICHIVS ſuſpicabamini, vitioſe diſpoſitis; neque critica arte, quod BOVHIERIVS & ego male opinabamur, corrigendis, th. XXVIII. & XXVIIII. ſatis eſt diſputatum. Reſtat, ut quædam ſigna, ſi fieri poſſit, notemus, hisque conſtitutis in tanta antiquitatis obſcuritate experiamur divinare, rectiusne NAR. pro gentilitio nomine ab literis his tribus incboando, v, g. NAR*ius*, NAR*enius*, NAR*onius*, NAR*icius*, babeatur, an trium vocum commoda explicatione adjuvandarum ſiglas tres in NAR agnoſci conducibilius ſit. Qui conſulem in diptycho conſpicuum præter nomina MANL*ii* BOETHII nomen quoque NAR habuiſſe, idque ex uno diptycho addiſci, patienter accipiunt, ſuo eos ſenſu abundare tanto æquiore animo & patior & ſino, quod nondum viſa diptychi figura, ſi NAR eſſet in diptycho, initium id eſſe nominis gentilitii, ipſe mihi quam maxime perſuaſeram. At poſt formam diptycbi viſam, niſi alio antiquitatis monumento teſtata reddatur memoria NAR*ii Manlii Boëthii*, quod ad Bouh. p. 321. de *Numerii* prænomine ex Martiali, id nunc de gentilitio nomine NAR. dico:

*Non amo te*, NARI, *nec poſſum dicere quare*,
*Hoc tantum poſſum dicere, non amo te.*

Verba a TE, QVIRINE ſplendidiſſime, ad CL. de BOZE pag. (xxv.) *med.* perſcripta „NAR MANL BOETHIVS V C & INL. legitur in Diptychi parte, quæ „ſedentis Boëthii Conſulis figuram repræſentat: in alia vero, quæ eundem ſtantem „exhibet, EXPPPVSECCONS ORD & PATRIC.„ ſimul ac cum ipſa Diptychi imagine componere licuit, errorem vidi de figura Conſulis *ſedentis*, ejusdemque *ſtantis*. In dextra enim diptychi tabella, in qua NAR cet. legitur, Conſul *ſtat*: in ſiniſtra, ubi EX cet. habetur, idem *ſedet*: ſecus ac a TE ſcriptum eſt. Quod cur TV, QVIRINE oculatiſſime, de utraque eboris tabella in TVA urbe, BRIXIAE, viſenda, toties a TE viſa, quin & ære TVO in æs inciſa elegantiſſime, minus vidiſſes, adhuc neſcirem, niſi Veneti Diarii pagellæ a TE ipſo mihi miſſæ rem mihi omnem expediviſſent. TVAM ad CL. de BOZE diſſertationem literatiſſimam non Brixiæ ſcripſiſti, ſed procul a diptycho Boëthii Brixiano *Romæ*, *VI. Kal. Novemb. MDCCXLII.* quam qnum ſcriberes, in manibus inque oculis nonniſi Venetum Diarium TIBI fuiſſe cur non credam? tunc autem ipſam diptychi figuram tabulæ Venetæ complicatam non explicuiſti, ſatis habens, ebur ipſum toties antea vidiſſe. Verbis ergo auctoris Veneti ablatus, nihilque mali ſuſpicatus, errorem ejus retinuiſti. Credulitas in optimi cujusque mentem facillime irtepit. In utraque diptychi tabula quæ literæ legantur, his traditur verbis in Diar. Ven. T. XXVIII. pag. 42.

*In quella di Boezio ſedente ſi legge:*

NAR MANL BOETHIVS V C ETINL

*Nell' altra del Conſolo in piedi:*

EXPPPVSECCONSORDETPATRIC

Qui hæc ita prior ſcripſit, ab errore, quem TIBI præivit, ſibi facillime caviſſet, ſi verba ſua cum ipſa tabula Diario ibi commodiſſime addita contuliſſet. Haud adeo diverſi generis error eſt, quem in edendo Filoxeni diptycho Compendienſi ſcalptores Mabillonii & Bandurii admiſiſſe adnotavi ad Bouh. p. 309. *lin.* 24.

In diptychis conſulum aut ſtantes tantum, aut ſedentes tantum, conſpiciuntur Conſules. aliud certe adhuc nullum cognovi, in cujus altera tabula idem conſul erectus ſtans, in altera ſellæ inſidens curuli effictus ſit. quod in tabulis diptychi Brixiani temere & ſine cauſſa factum non eſt. Cur Baſilius conſul in ſuo diptycho ſtet, quædam conjeciſſe Bonarotam ex Diar. Ven. T. XXVIII. p. 18. *extr.* intelligo: de quibus aliorum valeat exiſtimatio. Mihi Boëthius conſul in diptychi ſui parte dextra pedes ire, in ſiniſtra demum ſellam curulem eniſus ſedere creditur, ut conſulis, Kalendis Januarii menſis, matutino crepuſculo, annum aperientis primus ex domo ſua egreſſus in palatium, deinde ejusdem e palatio, in quo ſellam curulem demum conſcendebat, in curiam proceſſus ſignificetur. quos conſulum novum annum auſpicantium ritus multi veterum, & ex his recentiores ſtudioſe recenſuerunt. Unum Caſſiodori locum do ex ejus *Formula Conſulatus*, Var. lib. VI. *init.* LARES PROPRIOS *etiam, calceis auratis* EGREDERE: SELLAM CVRVLEM *pro ſua magnitudine multis gradibus eniſus* ASCENDE. Videantur BARTH. ad Claudian. p. 478. & LEICH. de Dipt. p. (XX.) & (XXI.)

In elegantiſſima CL. de BOZE diſſ. de *Jano Veterum* a Woltereckio in Electis Rei Nummariæ latine verſa p. m. 21. hæc lego: „Equidem Calendas Januarii aliis „variis celebres fuiſſe conſtat ceremoniis; ſed eas hic, quoniam nihil ad Janum faciunt, lubenter prætereo. Hoc tamen non eſt prætereundum, quod Conſules recens creati, hoc die conſueverunt in Jani templo dignitatem & munus ſuum ingredi; qui ob id novum annum aperire dicebantur. Ita Sidonius Apollinaris circa „initium carminis ſecundi:

„ *Annum pande novum Conſul vetus.* „

Nil tritius in veterum libris, cum de Jano, tum de conſulibus, quam hos non minus, atque illum, *annum* dici *aperire*, *ordiri*, *pandere*, *recludere*, *reſerare*, cet. Ovid. ex Ponto, 4: 4: 23.

*Ergo ubi, Jane biceps, longum* RESERAVERIS *annum,*
*Pulſus & a ſacro menſe December erit.*

Claudianus de III. Conſulatu Honorii Aug. haud longe a principio:

*Tuque ô, qui patrium curis æqualibus orbem*
*Eoo cum fratre regis*, PROCEDE SECVNDIS
ALITIBVS, *Phœbique* NOVOS ORDIRE MEATVS.

Cum

Cum Claudiani *ſecundis alitibus* Diptychi Boëthiani BE, *Bene Eveniat*, bene bene i. e. optime cunſpirat. neque, puto, minus bene cum ejusdem *procede*, & *Phœbi novos ordire meatus*, componimus tabellæ noſtræ conſularis dextræ, in qua conſul pedes it, literas primas NAR. quas ex iis, quæ hactenus protuli, an noudum divinaſti mihi *Novum Annum Referat* interpretandas videri? Quosdam ante me τὸ NAR legiſſe *Novo Anno Rurſus*, alios *Novo Anno Redeunte*, non neſcio, & ex Parte mea II. optime memor ſum. ſed & hoc ſcio, *Novum Annum Referat* mihi ſeſe dediſſe & commendaſſe, ubi primum literas BE, & figuram conſulis in priore tabella ſtantis ſeu domo egredientis, & in altera parte demum ſedentis in ærea tabula TVA conſpicatus ſum, contemplatusque.

## XXXV.

### (*Flavius*) MANL*ius* BOETHIVS *conſul a. Cti 487.*

MANL. BOETHIVS Conſulis ſunt nomina: de quibus interpretum omnium ſumma conſenſio eſt. at diſſenſio maxima, cujus ea conſulis ſint. Parte II. th. XXX. de conſulibus Boëthiis tribus, annis Cti 487. 510. 522. ita diximus, ut in diptycho neque BOETHIVM philoſophum, neque BOETHIVM philoſophi filium legi oſtenderimus; ſed BOETHIVM philoſophi patrem, in quem unum omnia diptychi quam optime quadrant, non autem in filium ejus, ſeu Boethium philoſophum; neque in ejus nepotem, ſeu Boëthii philoſophi filium. BOETHIVS itaque in diptycho expreſſus conſul fuit non ſexto, ſed quinto poſt C. N. ſeculo, a. Cti 487. id quod primus & unus vidit BOVHIERIVS, ut laudem hanc ejus eſſe totam & propriam fateamur. cujus ſententiæ ſuæ quia Præſes Divionenſis eruditiſſimus me laudatorem & ſocium merito habuit, dum viveret: nunc eamdem, ceu cum omnibus diptychi verbis unice convenientem, poſt optimi fautoris & amici fata magis confirmare adnitar, vel hac cauſſa gaudens, illuſtrandi diptychi Boëthiani partes a TE mihi datas eſſe.

Diptychorum conſularium dotes reliquas ut taceam, hæc eorum eſt fere præſtantia, ut conſules, quos referunt, in Faſtorum libris & laterculis vulgo nomine uno, ſeu cognomine poſtremo ſolo vocatos, nomine præterea gentilitio, interdum & plenis nominibus, quibus ante ultimum ſimul ſunt dicti, adpellent.

Diſſertationis de diptycho Norimbergenſi (ex quo uno quinque nomina conſulis *Clementini* primum addiſcuntur, quum quintum modo ſeu ultimum antea certum eſſet, v. ad Bouh. p. 277. 278.) auctor Guſt. Phil. NEGELEIN, cui duo conſules annorum diverſorum in diptycho paterno relati peſſime videbantur, quæ præſes celeberrimus Chriſt. Gotl. SCHWARZIVS veriſſime eum docuit de uno tantum conſule, exponens, pag. 28. hoc exemplum adfert: „In diptycho Leodienſi D. Martini, FL. ASTYRIVS. V. C. ET. INL. COM. EX. MAG. VTRIVSQ. MIL. „CONS. ORD. (qui A. C. 449. conſulatum geſſit,) ſolis quidem iſtis nominibus,

„FL. ASTYRIVS, deſignatur; cujus tamen omnino plura fuiſſe nomina, eumque „appellatum eſſe *FL. Turcium Rufium Apronianum Aſtyrium*, aliunde conſtet: „ Conſulem *Flavium Aſtyrium*, in diptycho Leodienſi his duobus tantum nominibus inſignitum, aliunde conſtare, plura nomina habuiſſe, quæ in ejus diptycho non leguntur, verum non eſt. Altorfii Noricorum ſecuti male ſunt eos auctores, qui conſules duo, *Fl. Aſtyrium* a. Cti 449. & Aſterium a. Cti 494. confuderunt. v. ad Bouh. pag. 312. *lin.* 5.

In eadem diſſ. Norica p. 29. & hæc ſcripta ſunt: „In faſtis ad A. C. 522. Con„ſules ſolis nominibus propriis deſignantur, SYMMACHVS, & BOETHIVS; quo„rum tamen integra nomina fuerunt: Q. AVRELIVS ANICIVS SYMMACHVS, „& ANICIVS MANLIVS SEVERINVS BOETHIVS.„ Hæc quoque in aliorum libris inventa *ἀβασανίστως* retineri non debuerunt. v. ad Bouh. pag. 352. *lin.* 3 & pag. 351. *lin.* 28. ubi dixi, conſules a. Cti 522. pluribus nominibus certis adpellari nondum poſſe, niſi hisce, *Flavium Symmachum*, & *Flavium Boethium.*

Ita BOETHIVS, qui annum Cti 487. aperuit, conſul *μόνιμος*, ſeu ſine collega, pluribus nominibus ſine antiquitatis teſtimonio a multis nonnullarum conjecturarum vanitate nixis adpellatus, qui, ſi fidem Faſtorum veterum ſecuti eſſent, nonniſi uno BOETHII nomine eum dicere debuiſſent, nomen quoque FLAVII habuiſſe cognitus demum eſt ex actis concilii Romani III. iſto anno habiti. De quo *nomine Flavio*, multis poſteriorum temporum conſulibus communi, ſed ita, ut illud de eodem conſule, quem eo cenſitum fuiſſe aliunde certo conſtat, in aliis monumentis ſæpe etiam abſit, aliquoties jam dicendi occaſio & facultas fuit, cum in epiſtolis epigraphicis ad viros illuſtres, Blaurerum & Bouhierium, tum in hac quam ad TE exarare cœpi, necdum abſolvi, de Diptycho Brixiano: quod, licet BOETHIVM ſuum FLAVII nomine, aliunde nobis jam certo, non augeat, tanto præſtantius habendum eſt, quod MANLIAE eum gentis nomine dictum eſſe doceat. cujus nominis teſtimonium aliud de BOETHIO conſule a. Cti 487. adhuc non prodiit. Eorum autem opinioni, qui BOETHIVM a. Cti 487. conſulem, BOETHII philoſophi, conſulis a. Cti 510, MANLII quoque nomine præter reliqua nomina ſua certo dicti, patrem fuiſſe exiſtimant, (v. ſupra p. LXXXI. *fin.*) ex diptycho Brixiano, in quo MANL*ius* BOETHIVS inſcriptus eſt, pondus aliquod non contemnendum accedere videtur. Nam a patre ejusdem MANLIAE gentis nomen filium quoque accepiſſe optime convenit.

FLAVIVS MANLIVS BOETHIVS (hæc enim nomina tria conſuli a. Cti 487. haud temere tribuerimus) quibus aliis inſuper nominibus olim cenſitus fuerit, quis teſtibus antiquis deſtitutus ſine temeritatis nota pronuntiabit? Ab eorum ſententia, quibus *Anicium Manlium Severinum Boethium*, clari nominis philoſophum, ejus fuiſſe filium placet, cur animus cuiquam abhorreat, nihil cauſſæ video: Sed ob cetera filii nomina patrem quoque *Anicium*, forte præterea & *Severinum*, fuiſſe dictum, conjici

conjici magis, quam adfirmari poteſt. v. ad Bouh. p. 319. *lin.* 21. Temporibus enim illis tanta nominum unde unde acceptorum & accumulatorum multitudo unius etiam hominis uſu adeo invaluerat, ut rationem ὀνοματολογίας illius arte quadam certis adſtringi poſſe regulis deſperem. v. ad Bouh. p. 352. *lin.* 13. Reineſius ad I: 11. pag. 28. *init.* poſtquam de Feſtis duobus conſulibus, altero a. Cti 439. altero a. Cti 472. dixerat, (quæ ejus verba nos ſupra th. XVIII. lit. *s.* p. XXVIIII. *ante fin.* poſuimus) ſic pergit: (Sunt hi Feſti duo) *Conſules, quorum familias ignorare cogimur tacentibus Hiſtoricis, niſi quòd hunc Flavium nominet Panvinius. Sed ſine ratione id feciſſe deprehendo Virum, cujus in adſignandis Conſulum nominibus addendisque & demendis pro lubitu, ubi ſola prænomina vel cognomina poſuerant Scriptores, ſcilicet ut ederet auctiores Faſtos, audaciam ſubinde miror. Ipſe etiam Cardinalis* Annalium *conditor* (BARONIVS) *carpit facilitatem, profiteturque ejus, quod eum in digerendis denominandisque Conſulibus ſine autoritate Veterum incedentem ſecutus fuerit, pœnitentiam.* v. ad Bouh. p. 339. *lin.* 4.

Contra Vallinum de nominibus Boëthii conſulis a. Cti 487. diſputans in hæc verba deſii ad Bouh. pag. 319. *lin.* 31. „Potuit Boëthius filius, ut Severini, ita & „*Anicii* nomen aliunde ab majoribus ſuis repetiviſſe, quamvis Boëthius pater *Anicius* „non fuiſſet dictus.„ Ita in Grut. 1090: 19. pater ANICIVS IVLIANVS, filius AMMIVS MANIVS CAESONIVS NICOMACHVS ANICIVS PAVLINVS nominatur. Facile exiſtimo, non omnia patris nomina illic legi. Sæpe enim multinomines brevius uno alterove nomine tantum inciſi ſunt. Quum teſtem nullum habeamus, patri huic & filio ejus, unum *Aniciæ* gentis nomen habentibus commune, reliqua quoque nomina communia fuiſſe, non demum in filio cœpiſſe, quatuor quoque reliqua filii nomina, *Ammius Manius Cæſonius Nicomachus*, qua confidentia etiam *Anicio Juliano* patri tranſcribentur? Fac, filium ex nominibus ſuis quatuor prioribus unum aut duo a patre, unum aut duo aliunde accepiſſe, qua probabilitatis ſpecie patri quoque adjudicanda diſcernes ab iis, quæ unius filii fuere?

*Ego me non tam aſtutum, neque ita perſpicacem eſſe, id ſcio.*

Nonne rem omnem de patre *Anicio Juliano* ex filii *Anicii Paulini* nominibus, nomine uno atque item altero, ſi non quatuor, augendo præſtat aut non adtingere, aut certe in medio relinquere? tanto magis, quod his *Aniciis* duobus vel nomen quoque poſtremum, quo maxime tunc homines nominari conſueverunt, diverſum fuit. Pater enim *Julianus*, filius *Paulinus* eſt dictus: ut Boëthius philoſophus conſul a. Cti 510. filios duo habuit, par conſulum a. Cti 522. quorum alteri tantum *Boethii* nomen paternum & avitum manſit, alteri *Symmachi* nomen ut avo materno fuit.

Quæ additurus ſum, etſi ad th. XXXV. parum aut nihil amplius facient: facient tamen multum ad Grut. 1090: 19. ex quo quia nominum exemplum petii, alia quædam ejusdem tituli lucis indiga illuſtrare haud abſurdum erit.

Vox prima HONORI ſeorſum accipienda idem ſibi vult, quod in aliis titulis IN HONOREM, vel HONORIS CAVSSA. Poſt HONORI nomina dandi caſu elata ſunt, quæ & gignendi potuiſſent efferri. Sic poſt *Dis Manibus* modo dativi,

modo genitivi leguntur. Contelorius de Præſ. Vrb. T. I. Sallengr. p. 537. B. Tò HONORI extra verſuum ordinem in media linea ſolum præfigit, typum ſecutus, qui & in aliis valde a Gruteriano abit.

Neque hoc tantum, ſed adligat lapidem temporibus, quibus Severus & Caracalla imperarunt. Ponit enim *Circa a. Cti* 200. Egregie deceptus verſu 10.

IMPP. VAL. SEPTIMI. SEVERI. ET. M. AVR. ANTONINI

non adtendit ad noni verſus verba

SECVNDVM. LEGES. PRINCIPVM. PRIORVM

Honc Contelorii prochroniſmum incaſtigatum dimittit Reland. ad a. Cti 325. Faſt. pag. 321. *med.*

Verſ. 3. *extr.* CONSVL. PROV. ASIAE. ET. HELLESPONTI. Hic magiſtratus in ind. Grut. 5. ed. ſec. non modo *Conſul Prov. Aſiæ.* 1090: 19. ſed paullo inferius etiam *Conſularis Provinciæ Aſiæ & Helleſponti.* 1090: 19. adſertur. Poſterius tantum, *Conſularis provinciæ*, Scaligeri eſt; prius, *Conſul provinciæ* ſupplementum eſt nullius pretii, profectum ab Holtheno, quem crederes Contelorii typum, non Gruteri, præ manibus habuiſſe. In Contelorio enim editum expanſe CONSVLI, at in Grutero veriſſime CONSVL. I. e. CONSVL*ari.* Adde Weſſel. ad Ant. Itin. pag. 661. a. *ante fin.*

Verſus quiotus admodum obſcurus & corruptus adhuc circumfertur

LEGATO. KARIACENI. SVB. PROCONS. AFRICE. ANICIO IVLIANO. PATRE. SVO.

ex quo Scal. ind. 10. ſeu geographico *Kariacenum* 1090: 19. In ed. Grut. ſecunda adeſt notula „KARIACINI. Ligor.„ In Contelorio KARIENS. editum. Puto corrigendum eſſe LEGATO. KARTAGENI, vel KARTAGINI. SVB. PROCONS*ule.* AFRIC*a*E. ANICIO. IVLIANO. PATRE. SVO. Carthago in numis KART. frequentiſſime occurrit. cujus generis ante tres hos dies Vindoniſſa ad me adlatus eſt, obvius quidem, at vetuſtatis ſervantiſſimus, neque ulla ſui parte læſus, SALVIS AVGG. ET CAESS. FEL*ix* KART. Emendationi noſtræ confirmandæ faciunt, quæ in Capitolini Gordianis tribus leguntur: cap. 7. *cum* PROCONSVL AFRICAM *regeret*, *eique* LEGATVS FILIVS *eſſet a ſenatu datus.* & cap. 8. *quoniam non longe eſt nobiliſſimus vir* PROCONSVL *cum* FILIO CONSVLARI LEGATO. De *Procoſ. provinciæ Africæ*, *Legato ejusdem provinciæ fratris ſui*, eſt in Grut. 403: 1. Notum eſt, Provincias Proconſulares interdum factas eſſe prætorias & contra. Ita in Provinciam *Africam*, in qua *Carthago* metropolis, alii aliis temporibus rectores & præſides Roma miſſi ſunt. Si Provincia erat populi Romani, *Proconſules*; ſi Cæſaris, *Proprætores* ſeu *Legati Auguſti pro Prætore*, quibus æque ac *Proconſulibus* ſui erant *Legati.*

Duo Anicios, patrem Julianum *proconſulem Africæ*, ſub eoque filium Paulinom *legatum* fuiſſe vidimus. Ita etiam *legatum pro Prætore*, ſeu *Proprætorem*, patrem, & filium ejus *legatum*, in provinciam *Africam* a Cæſare miſſos invenio in fragmento apud Grut. 498. 5. Pater enim v. 8. legitur

...LEG.

- - - LEG. PR. PR. PROV. AFRICAE
VERVS *Filius* autem v. 9. - - - R. PR. PATRIS. PROVINC. AFRICAE
i. e. (*legatus*) *p*Ro*PR*ætoris PATRIS PROVINC*iæ* AFRICAE: ut ego quidem hæc mihi interpretor. Nam a Scal. ind. 5. ſeu magiſtratuum ex una hac inſcriptione prolatus *Pater Provinciæ Africæ.* 498: 5. multimodis diſplicet. Placet autem eximie *cer*EALIS. COS. (a. Cti 106.) ab Almeloveenio in Add. Holth. ad 498: 5. perite divinatus pro eo, qui in Grutero eſt - - - TALIS. COS. quum tamen *vi*TALIS. COS. illis temporibus nullus fuerit. Fabrettus de Col. Traj. pag. 240. *fin.* ex Grutero tantum repetens nihil luminis accendit. Muratorius in Grutero legi neſcius ut ineditum bis protulit. Primo in Claſſe V. ſeu Conſulum, ſed incertorum, demum pag. 436: 2. deturpatum, ceu integrum ac continuum, mutatis & perturbatis verſuum ordinibus, cum hoc initio, L. ALIS. COS. quod emendationem Almeloveenianam *cer*EALIS quodammodo firmat. Deinde in Claſſe X. ſeu Magiſtratuum pag. 764: 3. ubi pro - - - TALIS, Gruteri, ut dixi, multoque magis Almeloveenii inſcius, *cer*IALIS vel *cer*EALIS legendum, & de Coſ. a. Cti 106. intelligendum videri erudite notat. Cur in Claſſe V. ſeu Conſulum pag. 317. a. Cti 106. dare non eſt auſus? Reſtarent alia de Grut. 1090: 19. niſi modus eſſet ſervandus, non autem illuc redeundum, unde nos Grut. 498: 5. abduxit.

## XXXVI.

### BOETHIVS *meliore orthographia.*

Quæ de orthographia nominis BOETHII vel BOETII ad Bouh. ſcripſi p. 322. *lin.* 28. quædam heic a me addi poſtulant. Vallinus haud longe ab initio ſuarum ad Boëthii Philoſ. Conſol. notarum, *Nomen*, inquit, BOETII *ſerius apud Romanos notum, atque niſi me conjectura fallit, ex Oriente Latio donatum eſt. Poſtquam enim apud Byzantium imperii ſedem conſtituere imperatores, Græcæ familiæ miſcuere ſe Romanis; unde prout quæque illuſtres fama viros tulit, ita nepotibus aut in eam aſcitis nomen dedit. Porro* BOETII (*hæc enim fuit veterum olim lapidum vetuſtiorumque deinc omnium codicum ſcriptura*) *ſeu* BOETHII *plures fuerunt.* cet.

I. Alb. Fabricius in Biblioth. Lat. T. I. p. 642. capite de BOETHIO, alios more ſuo *Boëthios* recenſens, non modo *Boethios*, ſed & *Boethos* collegit, admiſitque. Neutros augere animus eſt. *Sejoboethum* Falconerio & Sponio, ex duabus vocibus græcis ΣΕΙΟΒΟΗΘΕ non diremtis ΣΕΙΟ. ΒΟΗΘΕ. prave ortum, doctor linguæ græcæ præſtantiſſimus Salvinius extorſit: v. Gor. Inſcr. Etr. T. I. p. 271. & ad Don. I: 86. p. 25. *Sejoboëthus* male natus retentus eſt ab Fabric. Bibl. Græc. T. XIII. p. 349. 350. ex Sponio, & a Murator. 966: 7. ex Falconerio. Taceo alios doctos eumdem errorem amplexos. Tantæ molis eſt errorem deſtruere! In vaſto Gruteri opere nullus *Boethius*, unus *Boëthus* legitur. quem ne fruſtra quæras, in ind. 23. ed. prior. voc. M. *Antonius* Oethus, & ed. poſter. voc. ead. nec non voc. M. *Antonius* Boethus, &

vocc. *Boëthus*, & *Oethus*, falſam Scaligeri & Holtheni citationem DCCCC. 6. ſeu CM. 6. ſcito corrigendam eſſe in 960 : 6. Pro OETVS illic edito Gruterus in ſuis Corrigendis ad 960 : 6. monuit, Boiſſardi codicem habere BOETHVS. Neque Reineſio M. Antonii cognomen OETHVS placuit, quod in exemplis literarum ab verſuum initiis dilapſarum primo loco ex ingenio mutavit in BOETHVS, ad Hoſmann. ep. 19. p. 53. *init.*

LOCVS SEPVLT*uræ* C. ACCI*i* BOETHI*i* eſt in lapide Ateſtino apud Mur. 1621 : 7. ex quo in ind. nom. *C. Accius Boemus* typographico errore pro *Boethus* eſt datus, Acciique ab Acciabus male ſunt divulſi : hæ enim loco ſuo adſunt : illi demum poſt vocem *Acitius*, ubi *Acius* uno *C*, ooo *Accius* duobus *CC*. locari debuit.

LEICHIVS de Dipt. pag. (XXVI.) *lin.* 2. Brixianorum, & *lin.* 17. ſuam adferens interpretationem ſcripſit BOETHIVS. at non modo pag. (III.) *lin.* 9. & pag. (XXV.) *lin.* 2. BOETII, ſed etiam ipſa linea antepenultima paginæ (XXV.) BOETIVS edidit, ubi maxime caveri debuiſſet, ne BOETIVS irreperet pro BOETHIVS. Miſerat BOVHIERIVS ad me pag. 100. *lin.* 28. BOETHIVS. In exemplo earumdem BOVHIERII conjecturarum Divione Brixiam ad TE, & a TE Brixia Turicum ad me miſſo, idem Calligraphus, cujus opera BOVHIERIVS uti ſolebat, non BOETHIVS, ſed BOETIVS ſcripſit. quam hominis ſui omiſſionem τοῦ H. optimus BOVHIERIVS manu minus jam firma, ſenioque debilitata ipſe correxit. Superne enim inter T & I interjectam vidi literulam vacillantem H, ut facile dignoſces, ſi MSC. Divionenſe, quod TIBI remiſi, oculis TVIS luſtrabis.

Italorum libris, quibus Turici ad Booh. p. 323. *lin.* 9. ſcribens carebam, TVO poſtea beneficio inſtructus, inprimis ex duplici imagine, Veneta & TVA, certiſſime jam decerno, Brixiæ in Diptycho legi BOVHIERII, non LEICHII orthographiam : BOETHIVS, non BOETIVS. Ne cum Vallino exiſtimemus, nominis BOETII ſine adſpiratione ſcripturam in veteribus monumentis conſtantem eſſe.

In exemplis de H modo abundante, modo deficiente, ad Bouh. p. 322. *lin.* 35. adtuli *Stilicho* pro *Stilico*. quod mihi in memoriam redigit epiſtolam a venerando Eccleſiæ noſtræ Turicenſis Antiſtite, Jo. Henr. BVLLINGERO, ante annos ducentos & amplius ſcriptam ad ampliſſimum Reip. Sangallenſis conſulem, Joachimum VADIANVM, de *κιμηλίῳ* Romæ a. MDXXXXIIII. eroto, in quo STILICHO legitur. V. Barth. ad Claudian. p. m. 767. b. *extr.* id quod tanto lubentius adtuli, ne populares mei neſciant, hoc ſtudiorum antiquitatis genus ſummos olim Eccleſiæ & Reip. Helveticæ heroes minime neglexiſſe, neque ſuis perſonis indignum putaſſe. Quantis ergo laudibus & TV, Eminentiſſime QVIRINE, & Inl. MARCHIO Scipio MAFFEIVS, efferri meremini, qui vetuſtatis eruditæ monumenta ſuo æſtimare pretio optime noſtis, nihilque antiquius habetis, quam ut curis VESTRIS niteſcant. Vah ! quam ſum honore VESTRO gaviſus, quum ad me hæc hodie exarantem rumor eſſet adlatus, in Regiam Scientiarum Academiam Berolinenſem

VOS

VOS ambo, præclara Italorum ſidera, cooptatos eſſe. B. B. *Bene Bene*, i. e. *optime*. BE. i. e. *Bene Eveniat* utrique. *Quod ſalutare ſit* literis bonis. Vivite felices, &, quod agitis, VESTRA ſenum prudentia Muſarum alumnos egregie adjuvate.

## XXXVII.

### V. C. ET INL. *inluſtratur*.

V*ir* C*lariſſimus* ET INL*uſtris* legitur a plerisque. Potuiſſent continuato etiam gradu, quo cœperant, legere V*ir* C*lariſſimus* ET INL*uſtriſſimus*. In Stiliconis titulo apud Grut. 412 : 3. primo eſt V. C. deinde INLVSTRISSIMO VIRO. Poſitivi autem INLVSTRIS uſus io elogiis potior olim fuit. Quibusdam TEcum placuit INL*uſter*: ſed INL*uſterrimus* aures veſtras, credo, offeodiſſet. v. Part. II. th. XVIII. lit. *ε*. pag. XXVIII.

INLVSTER ſequioribus demum temporibus in uſu fuit. Duo epitaphia, quæ Curiæ Rætorum ante annos XX. præſens fruſtra quæſivi, pridem deperdita, ſic retulit Franc. Guillimannus de reb. Helv. 4 : 2. p. m. 421. exarata *latinis literis*, ut monet, *elegantibus*, *ſed barbare*, *ut ea ferebant tempora*.

HIC SVB ISTA LAPIDE
MARMOREA
QVEM VECTOR VER IN
LVSTER PRESES
ORDINABIT VENIRE
DE VENOSTES
HIC REQVIESCIT
DOMINVS.

HIC SVB ISTA LABI
DE MARMOREA.
QVEM VECTOR
VIR INLVSTER PRESES
ORDINAVIT VENIRE
DE TRIDENTO
HIC REQVIESCIT
CLARESIMVS VICTOR
PROAVVS
DMNI VECTORIS
EPI
ET DMNI IACTADI

Vid. G. I. Voſſius de *Vitiis Sermonis* lib. III. cap. XV. voc. *Illuſter* pro *Illuſtris*, unde tandem non modo *illuſter*, *illuſtris*, *illuſtre*; ſed etiam *illuſter*, *illuſtra*, *illuſtrum* barbaris ſeculis transverſe declinatum eſt. Nos antiquiora repetimus.

De V. C. V*ir* C*lariſſimus* quia omnes in diptycho noſtro conſentiunt, malo alibi dicere de aliorum in aliis monumentis ſiglarum V*ir* C*lariſſimus*, & C*lariſſimus* V*ir*, nec non C*lariſſima* F*emina*, & F*emina* C*lariſſima*, malis interpretationibus.

INL*uſtris* ſcriptum pro ILL*uſtris*. „ILLVSTRIS malo, quam INLVSTRIS; ut, „*Illectus* quam *Inlectus*; *Illudo*. quam *Inludo*. cur enim non conſulatur Auribus? qua„rum eſſe judicium ſuperbiſſimum, dixit Cicero in Oratore. Ut omittam, Scau„rum, veterem Grammaticum, idem ſenſiſſe.„ ALDVS Manutius, Paulli filius, Orthograph. p. m. 429. Si lapides in conſilium adhibeamus, multis partibus plures

INLVSTRIS probant. Jac. Mazocbius Epigr. Ant. Vrb. pag. 8. loc. 3. VIR ILLVSTRIS FLAVIANVS. at in corrigendis ex αὐτοψία ponit INLVSTRIS. neque aliter Gruterus 170: 5. ex αὐτόπτῃ Smetio 12: 2. In codice Wurceburgenſi (de quo ſupra pag. LII. *lin.* 21.) non *illuſtris* ſed *inluſtris* ſcriptum eſſe ſcribit conſultiſſimus Ritterus pagina ſeptima *lin.* 16. 17. præfationis ſuæ ad T. I. Cod. Tbeod.

In Diatr. ad marm. quæd. gr. p. 40. a me dicta de litera finali præpoſitionis σὺΝ ante duplicem z verbi compoſiti συζῆν in ſaxis non extrita, de N præpoſitiunis IN in compoſitis ante L. retento, non in L. mutato, locum quoque habent. Marmorarii & ſcribæ voluptati aurium non morigerati, ſed compoſitionis rationem ſecuti, non ſervata ſed migrata Grammaticorum regula, plane ut veritas poſtulabat INLVSTRIS dare maluerunt, quam ut conſuetudo aſperitatem vitans & ſuavitatis cauſſa peccans efferebat ILLVSTRIS. Pari modo in monumentis græcis & latinis, EN & IN retinent ſuum N. non in M. mutant, licet labialis litera ſequatur. ΕΝΠΕΡΑΜΟΝ, non ΕΜΠΕΡΑΜΟΝ vidimus ſupra pag. LXXVIIII. *lin.* 24. conf. ad Bouh. pag. 96. *lin.* 27. De INPROVISVS lapidis Cajani ductiſſime NORISIVS, quem in Cenotaphiis Piſanis ad Grammaticorum ſcholas deſcendere non puduit, maximorum exemplo virorum, quos & QVIRINVS ἀπὸ σπουδῆς æmulatur.

## XXXVIII.

### EXPPPVSEC. *intelligenda de Præfectura utraque.*

Poſt ea, quæ de LEICHII & BOVHIERII ſententiis th. XXVIII. & XXVIIII. diſſeruimus, non miraberis, nobis placere EX*Præfectus* (vel EX *Præfecto*) *Prætorio: Præfectus Vrbi* SEC*undum.* Ut *Conſul* exacto conſulatus ſui anno *conſularis* & *exconſul* vel *ex Conſule* fuit dictus: ſic *Præfectus* (Prætorio aut Vrbi) adminiſtrata Præfectura *Expræfectus* vel *Ex Præfecto* vulgo eſt dictus, qui & *præfectorius*. Sidon. Apollin. lib. I. ep. 9. *Interea nos Pauli* PRAEFECTORII *tam doctrina quam ſanctitate venerandis laribus excepti, comiter blandæ hoſpitalitatis officiis excolebamur.* Cetera adderem, niſi dolendum eſſet, Sirmondum pagina 18. notarum ſuarum bæc notare debuiſſe, *De hoc Sidonii hoſpite Paulo, quem tantopere laudat, nihil compertum.* Noti ſatis, & ab Sirmondo oſtenſi, qui paullo poſt Sidonio vocantur *duo faſtigatiſſimi* CONSVLARES (i. e. *exconſules*, conſulatu perfuncti) *Gennadius Avienus, & Cæcina Baſilius.* FASTIGATISSIMI i. e. ad ſummum honorum faſtigium evecti, non, ut quemdam explicare video, *ſuperbiſſimi*, ac ſi Sidunius *faſtigatum* pro *faſtoſo* dixiſſet. Paulum Sidonii *Præfectura perfunctum* novimus: ſed utra, *Prætoriane* an *Vrbis*, neſcimus: v. ſupra pag. XXX. XXXI.

*Præfectos Prætorio & Præfectos Vrbi* ſolitos fere eſſe bis ſiglis indicari PF. P. vel P. P. & PF. V. vel P. V. [Eborarii autem in diptychorum ſpatiis iniquis breviſſima ſecuti ſunt] ex ICtorum maxime libris manifeſtiſſimum eſt. unde ſæpe accidit, ut librariorum incuria in Codicibus Juris confunderentur PP. & PV. v. ad Bouh. p. 222.

*lin.*

*lin.* 27. Cod. Theodoſ. lib. 2. tit. 6. leg. 3. cum nota Gothofredi & Ritteri de Baſſo PF. P. non PF. V. Rein. ad Rup. ep. 27. ex qua nos hæc Reineſii verba paginæ 118. *lin.* 9. huc transferre non piget. *Sæpiſſime contigit ut dignitatum appellationes confunderentur a librariis ; cui errori hoc, quod plerique iſtorum axiomaticorum a Præfectura Vrbana ad Prætorianam proceſſerint, prælufit.*

Tria PPP, quæ cis Alpes apud TE, & trans eas, quæ Italiam a Gallia ſejungunt, Lutetiæ Pariſiorum tantæ offenſioni fuere, Divione & Lipſiæ ita ad normam antiquitatis directa ſunt, ut de eorum ſignificatione non dubitandum eſſe videatur. Tot enim extant certiſſima & auctorum veterum & lapidum antiquorum teſtimonia & exempla, quibus Romæ veteris viros clariſſimos & inluſtres, conſules ordinarios, alios *præfecturis* his ambabus, *Prætorii* & *Vrbis* ; alios altera utra tantum, ſemel aut iterum exornatos, modo ſine præpoſitione EX, modo hac etiam præfixa, cognoſcimus, ut iis in medium proferendis ſuperſedeam, ne odio ſim. Unum aut alterum mox ultro oblatum iri ſpero : & reliquorum cognoſcendorum ſtudioſiores ad Inſcriptionum *Indices magiſtratuum* revertantur. Th. XVIII. lit. *ſ.* jam monui, ne illos quidem interpretes, quibus EXP*ræfectus* P*rætorio* non placuit, ipſam hanc ſententiam, a qua diſceſſerint, ullis argumentis infirmare conatos eſſe. neque qui potuiſſent infirmare, qui meus forte eſt ſtupor, poſſum videre. Geſtas autem *Præfecturæ* duplicis, *Prætoriæ* & *Vrbanæ*, dignitates in Boethium philoſophum minime competere, quia Parte II. jam eſt demonſtratum pag. LXXIII. *med.* deque Boëthio philoſophi filio, conſule a. Cti 522. ita patet, ut has eum dignitates geſſiſſe nemo in animum induxerit, ſupereſt, ut aperiamus, de uno Boëthio, avo, conſule a. Cti 487. optione procedere, cum EXPPPVSEC. fuiſſe.

Si pag. LXXXII. *init. Boëthium* ſenatorem nobiliſſimum, occiſum a. Cti 454. qui numquam conſul fuit, at *Præfectus Prætorio* fuit, haud male conjeci patrem fuiſſe *Boethii* conſulis a. Cti 487. huncne tanti viri filium tantum, qui conſul factus eſt, *Præfectum Prætorio* fuiſſe ægre admittam? BOETHIVM, Boëthii præfectorii filium, ante, quam a. Cti 487. conſul μονήρης meruit fieri, quis credat nullis ante conſulatum honoribus fuiſſe inluſtrem? quibus ergo? Quia omnes veterum libri, qui nobis reſtant, Boëthii hujus ante conſulatum ejus, quod & de tot aliis conſulibus ordinariis contigit, nullam faciunt mentionem, nonne Diptycho Brixiano credemus, eos ab eo nondum conſule geſtos eſſe honores, a quibus viri clariſſimi & inluſtres multi ad conſulatum provehi ſolebant? i. e. *Præfectum* eum *Prætorio*, & *Præfectum Vrbi* ante fuiſſe, quam conſulem ſine collega. Treb. Poll. de 30. tyr. c. 33. CENSORINVS, *vir plane militaris & antiquæ in curia dignitatis, bis conſul, bis præfectus prætorii, ter præfectus urbis, quarto proconſul, tertio conſularis, legatus prætorius ſecundo, ædilitius quarto, quæſtorius tertio, extra ordinem quoque legatione Perſica functus, etiam Sarmatica.* ad quæ verba SALMASIVS, ὁ θαυμάσιος, „Enumerat, *inquit*, ordine gradus omnes „dignitatum quos percurrit hic Cenſorinus, & a ſummo incipiens qui eſt conſula„tus, deſinit in legationes extra ordinem. proximam conſulatui facit præfecturam

 „præto-

„prætorii, deinde præſecturam urbis, poſt quam nominat proconſulatum, deinde „conſularitatem, mox præturam, ædilitatem & quæſturam. aſcendentium igitur ad „conſulatum hi gradus erant. *Quæſtor*, *ædilis*, *prætor*, *conſularis*, *proconſul*, *præfectus* „*urbi*, *præfectus prætorio*, *conſul.* hic apicem omnium dignitatum & culmen obtine„bat. eodem ordine quo heic leguntur, poſitas iſtas dignitates in multis illorum „temporum inſcriptionibus licet legere. unam aut alteram heic producemus, reli„quas ad alium tractatum reſervabimus, quem de populi R. magiſtratibus, & offi„ciis domus Auguſtæ paramus. Vetus inſcriptio Romæ in hortis Matthæiorum. (Grut. „1102 : 2.)

„ VETTIO. AGORIO. PRAETEXTATO
„ QVAESTORIO. CANDIDATO
„ PRAETORI. VRBANO
„ CORRECTORI. TVSCIAE. ET. VMBRIAE
„ CONSVLARI. LVSITANIAE
„ PROCONSVLI. ACHAIAE
„ PRAEFECTO. VRBI
„ PRAEFECTO. PRAET. II. ITALIAE. ET
„ ILLYRICI
„ CONSVLI. DESIGNATO.

„ item alia hoc modo: (Grut. 353 : 2)

„ TYRANNIAE. ANICIAE
„ IVLIANAE. C. F. CONIVGI
„ Q. CLODI. HERMOGENIANI
„ OLYBRI. V. C.
„ CONSVLARIS. CAMPANIAE
„ PROCONSVLARIS. AFRICAE
„ PRAEFECTI. VRBIS.
„ PRAEFECTI. PRAET. ILLVRICI
„ PRAEF. PRAET. ORIENTIS
„ CONSVLIS. ORDINARII.

„atque ita in aliis multis, de quibus nos alibi.„

Velim jam ipſe doctiſſ. LEICHIVS judicet, an verbis ſuis, quibus de Boëthii philoſophi Præfectura prætorii de Diptych. pag. (XXVII.) *med.* uſus eſt, de Boëthio, philoſophi patre, conſule a. Cti 487. ego abutar? *At Præfecturam Prætorii Boetium adminiſtraſſe, nemo, ſi a Diptychi certiſſimo teſtimonio diſcedis, perhibet. Sed cum illis temporibus ea dignitate vix alia illuſtrior haberetur, quod Præfectus Prætorio perpetuo in Principis comitatu degeret, quis virum*, tanta apud Theodericum gratia valentem, (nos ponimus, *tam bene promeritum, ut conſul ſolus ſeu ſine collega fieret*) *ea perfunctum eſſe, jure dubitaret? Præterea multos alios, omnibus, quibus ipſe ornatur, honoribus decoratos, ad Conſulatum perveniſſe, reperimus. In Inſcriptionibus Gruter.* 361 : 1. L. ARADIVS VAL. PROCVLVS V. C. PERFVNCTVS OFFIC. PRAEF. PRAET. VRB. COS. ORD. (Mallem ad lapidis fidem ſic dediſſet, — PROCVLO. V. C. — PERFVNCTO. OFFICIO. PRAEFECTVRAE. PRAETORIO.—PRAEFECTO. VRBI.—CONSVLI. ORDINARIO. quæ & in 363 : 2. recurrunt) *& alibi* 1102 : 2. VETTIVS AGORIVS PRAETEXTATVS V. C. PRAEF. PRAET. II. ITAL. COS. DESIGN. (eſt lapis e Salmaſio modo adductus, cujus verba PRAEF. PRAET. II. ITALIAE. ET. ILLYRICI. contra Almeloveenii emendationem tuitus ſum ad Bouh. pag. 221. *lin.* 10.) *occurrunt. Res alioquin difficillima eſt, quis ordo in conferendis magiſtratibus, Boetii ætate, obſervatus ſit, declarare.* v. ad Bouh. p. 291. *lin.* 35. Quem diptychon Brixianum habet ordinem, eum Trebellius Pollio & lapides Salmaſiani egregie declarant: licet eum non perpetuum fuiſſe, omnes facile exiſtiment, qui varietatem rerum, hominum, temporum non ignorant: & de ordine Caſſiodoriano non

ſemper

ſemper eodem opportune quoque ſuperaddit LEICHIVS noſter, quem in SPECIMINE HVMANITATIS ERVDITORVM GERMANIAE VIRORVM a TE edi cœpto pag. 16. hodie legi ſuis ad TE literis additurum pauca fuiſſe ſuper inſcriptione Nonii Balbi, niſi eum Epiſtolam TVAM ad Cl. Geſnerum expectare juſſiſſes. An edita TVA ad Cl. Geſnerum epiſto'a; quædam ex eo tempore ſuper eo argumento, quod in noſtris nuper literis tractavimus, Lipſia ad TE ſcribere molitus ſit, nondum cognovi.

Verba Trebellii Pollionis, *tertio conſularis*, ad quæ Salmaſius contra Caſaubonum erudite commentatur de *conſularibus provinciarum*, qui conſules non fuerint, monent me moventque, ut Campanum ſaxum adducam ex Gud. 141: 5. VIRIVS. AVDENTIVS. AEMILIANVS. V. C. CAMP. CONS. FIERI. CVRAVIT. Male V*ir* hic C*lariſſimus*, CAMP*aniæ* CONS*ularis*, in ind. Gud. 22. ſeu *Conſulum* eſt inlatus. *Conſularitatis* enim officium ſeu honor *conſulatum* minime docet: quod & contra Muratorium obſervavi, de ſaxo Fabretti pag. 280. num. 173. in ep. ad Inl. Blaurerum pag. (76.) *lin.* 13. pag. (77.) *lin.* 17. pag. (78.) *lin.* 19. agens: in quo ſaxo, ſi Gudianum conferas, pro -- AVDENTIVS male gAVDENTIVS videbis tentatum eſſe.

## XXXVIIII.

### *De Præfectis Prætorio ſub Marco Imperatore.*

ΚΑΙΡΟΣ a Phædro ſic depictus

*Curſu volucri, pendens in novacula,*
*Calvus, comoſa fronte, nudo corpore,*
*(Quem ſi occuparis, teneas: elapſum ſemel*
*Non ipſe poſſit Jupiter reprehendere;)*
*Occaſionem rerum ſignificas brevem.*

Poſtquam Parte II. th. XXVI. de PRAEFECTIS PRAETORIO ita mihi dicendum fuit, ut eos ex aliquot inſcriptionibus ὁ δ' ἑκὼν, ſed χρειοῖ ἀναγκαίῃ expellere debuerim: elabi non ſino occaſionem, quo minus heic ante, quam a BOETHIO EX*Præfecto Prætorio* ad eumdem *Præfectum Vrbi* SEC*undo* pergam, duo *Præfectos Prætorio* in quadam inſcriptione adhuc a nemine agnitos in lucem, quam merentur, reducam. id quod volente & favente EMINENTISSIMO QVIRINO me facturum eſſe confido. Agniti enim mihi ſunt altero poſt die, quum de inſcriptione Nonii Balbi, cujus & LEICHIVM in ſuis ad TE literis meminiſſe paullo ante (paginæ hujus initio) retuli, TEcum agere deſiiſſem.

„Interim in duabus Epiſtolis ſuis ad me miſſis perhonorificam tui mentionem „fecit Eminentiſſimus Princeps, Cardinalis QVIRINVS, & ea quidem ſcripta No„ois hujus menſis Junii nuncium adfert mihi longe optatiſſimum, nimirum TE jam „prelo ſubjeciſſe Epiſtolas binas, quibus egregie, ut ſoles, explicas & illuſtras Elo„gium ſubjectum Equeſtri ſtatuæ M. Nonii Balbi, inventæ in novo Herculaneo

 „dete-

„detecto, quam omnes, qui viderunt, ſtatuariæ artis miraculum eſſe prædicant, & „quod mirum, conſtat ex unica marmoris maſſa. Nudiustertius dum ſcriberem ad „Ampliſſimum Cardinalem QVIRINVM, rogavi, ut ſtatim ac eas acciperet, per „publicos Tabellarios ad me mitteret. Quæ ſi diutius non morantur, cupio eas „iterum excudendas curare, quæ decori, & ornamento maximo ſint meis SYM-„BOLIS LITTERARIIS, quorum XII. integra folia jam impreſſa ſunt, quæ pa-„ginas 192. complectuntur; nilque aliud deeſt, niſi dedicatoria ad ipſum Mæce-„natem meum Eminentiſſimum Card. Querinum, & Præfatio. Interim duplici pro-„ſpectu egregie delineata ipſo in loco, & ab egregio Artifice æreæ Tabulæ incidi-„tur nunc eadem ſtatua Equeſtris, quam delineatam hiſce diebus miſit Vir doctiſſimus, „& humanitate Præſtantiſſimus, Abbas D. Jacobus Martorellius, mihi amiciſſimus, „qui in Regio Neapolitano Gymnaſio Græcas Litteras publice ſumma cum lauda „profitetur. *& poſt alia:* Audivi etiam ab Eminentiſſ. meo QVIRINO, quod præ-„claro Commentario explicaſti Diptychon Barbiſonianum, & jam jam prelum ſubit. „Id ſi ex TE quoque reſciero, & me de ejus editione certiorem feceris, rem mihi „præſtabis gratiſſimam.„ Ita amantiſſime ad me ſcripſit celeberrimus GORIVS, inſigne Tuſciæ literatæ decus, Florentiæ XVII. Kal. Quintil. a. 1748. ad quæ hæc reſpondi prid. Non. Jul. a. 1748. „Tam video animo, quam quæ oculis cernun-„tur, fore ut in epiſtolis dehinc noſtris omnibus ſemper acceſſio ſit commemora-„tionis virtutum & doctrinæ magni Patroni TVI, ſed & mei, Em. QVIRINI, „quem in ſuis ad TE literis tam benigne & ſuaviter mei memorem fuiſſe, cur non „ſolide gauderem? Nam

„ PRINCIPIBVS *placuiſſe viris, non ultima laus eſt.*

„Binæ literæ, quas de inſcriptione M Nonii Balbi Herculanenſi ad Virum Sum-„mum exaravi, prelo, ſecus ac ſcribis, nondum ſubjiciuntur. Subjicientur ſimul „ac juſſerit. Si in ſententia ſua conſtabit, & decernet, TVRICI apud HEI-„DEGGERVM ſuum eas imprimendas potius eſſe, quam Brixiæ, utinam id ſine „intercapedine fieret. per ferias enim caniculares rectius mihi quam iis elapſis cor-„rectioni incumbere vacaret. Quod cupis etiam ex me cognoſcere de commenta-„rio, quo diptychon Barbiſonianum ſeu Brixianum Boëthii conſulis illuſtraverim, & „quem jamjam prelum ſubire autumas, de eo ſic habeto: Hodie Brixiam ad Em. „QVIRINVM mitto de diptycho hoc autographum Partis II. ἀνασκευαστικῆς a pag. „XXV. uſque ad paginam octogeſimam ſeptimam. Tertiæ tandem parti κατασκευαστικῆς „conſcribendæ, & folia, ut auguror, ſex, ſummum octo, complexuræ, „manum nondum admovere poſſum: admovebo autem, ubi iterum quid otii adlu-„cebit. In parte iſta III. breve duarum triumve paginarum ſupplementum jam con-„ſtitui me ita daturum eſſe, ut unice pertineat ad magis illuſtrandas inſcriptionis an-„tiquæ ſiglas, ab Eminentiſſimo Viro ad juvandam, ut putabat, ſuam ſiglarum Her-„culanenſium interpretationem ex Vrſato eruditiſſime excitatas. quod me ita facturum „confido, ut Em. QVIRINI doctrina id non adſpernatura, ſed in eo acquietura ſit.„ Ipſum jam *Supplementum*, quod oſtendi, accipe.

Lite-

Literis, quas a. d. VIII. Idus Majas 1748. Camboduno Vindelicorum ad nos Turicum miſiſti, a TE prolectatus, de ſiglis PR. P. R. E. V. (quibus TVAM ſiglarum Herculanenſium inſcriptionis Nonii Balbi explicationem ingenioſiſſimam, *Privatæ Rei* PROC*urator*, a qua non levibus de cauſſis abiveram, adjuvari poſſe credebas) arrepto ſine mora calamo TIBI reſcripſi, excitatas a TE ſiglas minime PR*ocurator Privatæ Rei Egregius Vir* legendas eſſe, Gutherioque, auctori hujus interpretationis acriter reclamavi, magis tunc laborans, ut malam interpretationem argumentis validiſſimis impugnarem, quam ut nuvam ipſe proferrem, cui argumenta circumſpicere nimiæ temporis anguſtiæ omnino tunc vetabant. Si illud bene mihi ſucceſſit, ut Gutherius cauſſa ſua TE judice cadat, aliam nunc interpretationem ſiglarum PR. P. R. E. V. audebo producere.

Puto eas πληθυντικῶς: ſignare PR*æfectos* PR*ætorio* E*gregios* (aut E*minentiſſimos*) V*iros*, ſi ſtandum quidem ſit lectione Gruteriana 513: 1. Quod ſi autem lectio aliorum, quos in iisdem ad TE literis jam commemoravi, potior habenda ſit (& certe præferri debet, ut mea quidem fert ſententia) ſenſu eodem legam PR*æfectum* PRAET*orio* V*trumque.* Fuiſſe ut plurimum *duo Præfectos Prætorio*, τὴν ἀρχὴν κοινῇ μεταχειριζομένους, ante quam Conſtantinus M. *Præfectos Prætorio IIII.* ita conſtitueret, ut ſuæ ſingulis Diœceſes eſſent, ex Zoſimi lib. 2. capp. 32. 33. ſupra tradidi pag. LXI.

Fundus & ſundamentum omne ſententiæ meæ mihi eſt Dio Caſſius, qui de *duobus* imperante Marco philoſopho *Præfectis Prætorio* hæc memoriæ literis prodidit, lib. LXXI. pag. 803. *extr.* & pag. 804. *init.* Ἦν δὲ τῷ Μάρκῳ ὁ Ῥῦσος (recte in marg. ὁ Ῥῦφος) ὁ Βασσαῖος ὕπαρχος, τὰ μὲν ἄλλα ἀγαθὸς, ἀπαίδευτος δὲ ὑπ' ἀγροικίας, καὶ τά πρῶτά γε τοῦ βίου ἐν πενίᾳ τραφείς. ἀναδενδράδα δέ ποτε αὐτὸν κλῶντα ἀνέλαβέ τις, (Camerarius legit ἀνεκάλεσέ τις, at H. Stephanus κατέλαβέ τις, ut utri accedam, neſciam. Eſt & tertium quiddam, quod nunc mihi in mentem venit, ἀνέβαλέ τις, *remorabatur quidam*: Sexcenties ΛΑΒΕΙΝ & ΒΑΛΕΙΝ librarii græci male commutarunt:) καὶ ἐπειδή γε μὴ εὐθὺς ἅμα τῷ πρώτῳ κελεύσματι κατέβη, ἐπετίμησεν αὐτῷ, καὶ ἔφη, Ὦ γε ὕπαρχε κατάβηθι. τοῦτο γὰρ ὡς καὶ πρὸς ὑπερηφανοῦντα καὶ τεταπεινωμένον αὐτὸν εἶπεν. ὅπερ ἡ τύχη μετὰ ταῦτα αὐτῷ ἔδωκεν. & paullo ante pag. 803. B. Τῶν δὲ Μαρκομάνων εὐτυχησάντων ἔν τινι μάχῃ, καὶ τὸν Βίνδικα τὸν Μάρκον ὕπαρχον ὄντα ἀποκτεινάντων, τούτῳ μὲν τρεῖς ἀνδριάντας ἔστησε. κρατήσας δὲ αὐτῶν, Γερμανικὸς ὠνομάσθη. Γερμανοὺς γὰρ τοὺς ἐν τοῖς ἄνω χωρίοις οἰκοῦντας ὀνομάζομεν.

Τὸν Βίνδικα τὸν Μάρκον eadem nominum ratione legimus, qua legitur ὁ Ῥῦφος ὁ Βασσαῖος, ut opus minime ſit accuſativum Μάρκον in genitivum Μάρκου (ſcilicet MARCI Imperatoris Præfectum Prætorio) mutare: cujus mutationis apud Frid. Sylburgium in notis ad Dionem mentio ſit. Si τὸν Μάρκου placeret, etiam *Marci filium* optime græce ſignificare poſſet. quo modo BASSAEVS *Marci Filius* RVFVS mox producetur. Sed retineo omnino accuſativum: ita tamen, ut τὸν Μάρκον (quod pranomen vulgo ne nomini poſtpoſitum ſit, cognomen quoque ha-

beri poſſit, v. ad Bouh. pag. 96. *init.*) non dubitem emendandum eſſe in τὸν Μακρῖνον vel τὸν Μακρῖνον, præclare adjuvante lapide noſtro Sæpinate, quem ad Marci Imperatoris tempora pertinere Dio nos eximie erudit, & lapis par beneficium Dioni referens alterum alterius Præfecti Prætorio nomen in Dione corruptum quo modo emendari debeat, oſtendit. Scilicet Dioni relatos duo Præfectos Prætorio ſic inciſos eſſe Sæpini BASSAEVM RVFVM ET MACRINVM VINDICEM PR*æfectum* PRAET*orio* V*trumque.*

Ὁ Ῥοῦφος ὁ Βασσαῖος Dioni ἀπαίδευτος audit. Quid ergo Septimianum epiſtolam ſolœciſmis & barbariſmis ſcatentem ἀπαιδεύτως ad Coſmum ſcripſiſſe miramur?

In ed. Grut. ſec. ad 513: 1. neque Dionem, neque Grut. 375: 1. adduxerunt. qood vitio non darem, niſi ad 375: 1. ſeu titulum BASSAEO. M. F. STEL*latina tribu.* RVFO. PR. PR. IMPERAT. AVRELI. ANTONINI. L. AVRELI. VERI. ET. AVRELI. COMMODI. AVGG. erectum initio notarum dediſſent, „Vide Dio„nem l. LXXI. pag. 803. & inferius DXIII. 1. „ Quid ergo ad 513: 1. muti facti ſunt? PR. PR. in 375: 1. PR*æfectum* PR*ætorio* notare ſatis viderunt alii: Scaliger ind. 5. *Præf. Præt. Imppp. Aurelii, Veri, & Commodi.* 375: 1. & Gutherius lib. 2. c. 5. de Off. D. A. (in Grut. ed. ſec. 375: 1. not. c. ad verba tantum laxi CONSVLARIBVS. ORNAMENTIS. HONORATO. citatus) „Singulares litteræ PR. PR. Præ„fectum Prætorio deſignant, cui hæc collata ſunt ornamenta, quæ M. Tullius digni„tatis vocat pro *Marc. Marcel.* Dio *lib.* 36. τιμὰς ὑπατευτικάς. „

Nonne prodigii ſimile eſt, in Grut. 513: 1. easdem ſiglas de eodem Baſſæo Rufo, ejusque in Præfectura Prætorii Collega Macrino Vindice, occurrentes, PR*æfectos* PR*ætorio* notare adhuc omnibus ita latuiſſe, ot in alia omnia curſum ſit? Inprimis mirabere, Gutherio ipſi ita id latuiſſe, ut poſtea l. 3. c. 18. de Off. D. A. nobis ex Grut. 513: 1. PR*ocuratorem Privatæ Rei Egregium Virum* invitis Muſis meditatus extunderet.

In Grut. ed. ſec. 375: 1. not. g. Dionis librum XVII. male citatum eſſe pro lib. LXXI. (nomeris aotographi 71. a typographo Belga in 17. corruptis) monui ad Inl. BLAVRERVM pag. (72.) *lin.* 17.

Dionis Præfectos Prætorio Marci Imperatoris cum ſaxis antiquis collatos nobis, ſpero, proxime ſiſtet nova CASSII DIONIS, quam Hamburgi nunc maxime feſtinant & urgent, editio, in qua præſtantiſſimas Io. Alb. FABRICII τοῦ πάνυ adnotationes, Hermannus Samuel REIMARVS, digniſſimus tanto ſocero gener, cum ſuis Animadverſionibus pridem conſtituit publicare. de quo inprimis conſtitit ex Reimariana epiſtola a. 1746. Hamburgi edita, ſplendidiſſimo QVIRINI nomini inſcripta: cujus ſena exemplaria in Decadis IV. quam Turico vix digreſſos dono mihi miſiſti, epiſtola VI. cum voluptate legi, TE cito curaviſſe perferri ad manus totidem amicorum TVORVM, illuſtrius ex græcanicæ literaturæ fama in Italia nomen gerentium,

tium, VVLPII, MVRATORII, BARTOLI, RICCII, MAZOCHII, FALCONIS, quo ſymbolas ſuas in convivium REIMARI Dioneum conferant. Hi ſexviri doctiſſimi utinam ſpem TVAM non fallant. Quantum TV præſtiteris, SVMME PRAEFECTE Bibliothecæ Vaticanæ, REIMARVS μακροῖς αὐλοῖς αὐλήσει.

*Semper honos, nomenque* TVVM, *laudesque manebunt.*

Forte Fabrettus, qui ſiglas COHORTIVM PRAETORIARVM P. V. (i. e. *Piarum*, V*indicum*, ut ſupra pag. LXIIII. lit. D. adtigi) tentavit explicare *Prætorii Vrbis*, ſiglas Sæpinatis ſaxi PR*æfect.* PRAET*orio.* V*rbis.* fuiſſet lecturus. At non Gutherius, qui de Off. D. A. lib. 2. cap. 1. *Præfectos Prætorio Vrbis* ceu nuſquam dictos aut fictos exploſit. Cum hac *Vrbis* adjectione tanto minus credo dixiſſe veteres *Præfectos Prætorio Vrbis*, quod *Vrbis* vocabulum alii hæſerat *præfecturæ*, ipſo *urbis* vocabulo κατ᾽ ἐξοχὴν dictæ. Notiſſimi certe ſunt magiſtratus primarii, ſed & diverſiſſimi, *Præfectura Prætorii* & *Præfectura Vrbis.* At ante, quam Prætoria IIII. certarum ſingula diœceſeon dici cœpta ſunt, Duoviri, qui eodem ejuſdem Imp. tempore una erant *Præfecti prætorio*, neque præter eos alius quiſquam, nonne rectiſſime dicti ſunt PR*æfectus* PRAET*orio* V*terque?* Habemus ita cauſſam, ni fallor, valde probabilem, cur poſt nomina utriusque per ET juncta, Baſſæi Rufi & Macrini Vindicis, cum PR. PRAET. ſimul ſigla V. i. e. V*terque* in uno monumento Sæpinate adſit. adhuc enim aliud antiquitatis monumentum non memini mihi occurrere, in quo par *Præfectorum Prætorio* ita legatur relatum. Solum hoc V. egregie ſufficiebat, ne opus eſſet aut PRAEFECTOS PRAET*orio* extenſe ſcribere, aut ad indicandum pluralem geminare ſiglam PR*æfectus* PR*æfectus* (i. e. PR*æfecti duo*) PRAET*orio.*

Finem parti III. imponam Ξ. Θ. ſi rediero ad labores, quibus per dies hos ferventiſſimos me exſolvam, animo remiſſionem daturus,

*Ad cogitandum melior ut redeat mihi.*

TVRICI Helvetiorum. IPSIS IDIBVS IVLIIS. MDCCXXXXVIII.

Binæ de Inſcriptione ab Herculanenſibus honori M. Nonii Balbi poſita literæ ad Virum EMINENTISSIMVM, Cardinalem QVIRINVM, a me exaratæ, quibus theſis hæc XXXVIIII. *Supplementi* nomine data eſt, infra, ubi RELIQVA PARTIS TERTIAE ab operis typographicis abſoluta erunt, ita dabuntur, ut iis præterea unæ atque alteræ clariſſimi GORII meæque literæ ſint acceſſuræ, quas Volumen hoc *de diptycho Boëthii Brixiano* poſtulare omnino videtur: quæ & ipſæ *Supplementorum* loco eſſe poſſint, partim theſi XIII. pag. XVIIII. in qua *Diptycha Conſularia* enumerans, *Diptychum* ORESTIS, a. Cti 530. conſulis, commemorare nondum potui, cujus notitiam ex literis demum Gorianis cœpi habere; partim theſi XXXX. infra pag. CXVI. *ſeqq.* ubi de Grut. 128: 5. diſputandi neceſſitas fuit.

# PRINCIPI . EMINENTISSIMO
## ANGELO . MARIAE . CARDINALI
# QVIRINO

JO. GASPAR HAGENBVCHIVS
S. P. D

# RELIQVA PARTIS TERTIAE.

## XXXX.

*De Præfectis Prætorio ſub Antonino Pio.*

NE nunc quidem ad diptychi PVSEC ab ejusdem EXPP lubet abire. ita nobis non modo de PP aliquoties in ſuperioribus, ſed etiam proxime de *Præfecto Prætorio* Marci Imperatoris *utroque* multa executis, moram adhuc quamdam, neque eam iuſuavem, injicere videtur Grut. 1078 : 6. *In membranis veteribus agrimenſoris Balbi, recitantis nomina lapidum finalium, habetur inter alios iſte, ſic inſcriptus.*

EX AVCTO
RITATE. IMP. T
AELI. HADRI
ANI. ANTO
NINI. AVG
PII. PP. SENTE
TIA. DICTA. P
TVSCENIVM
FELICEM
PP. II. DETER
MINANTE
BLESIO. TAV
RINO. MIL
COH. VI. PR
MESORE. AGRA
RIO. TR
ARDEATN.

V. 6. PP. eſſe *Patris Patriæ* omnibus ſatis claret, niſi qui in media caligant luce. v. ſupra pag. XXXXIII. XXXXV. & pag. LXXI. *lin.* 11.

V. 7. P. eſt *Per.* Hæc ſiglæ P. hoc ſenſu in lapidibus rariſſimæ interpretatio ind. 20. exulat. In MSS. ſæpe *p.* pro *per*, errores peperiſſe Critici monent. Sciopp. art. Crit. p. m. 85. *fin.* de abbreviationibus, *Placidum* in Apuleio, pro *perlucidum*, vult ortum, quia ſcriptum *plucidum*. De *pacto* pro *peracto* v. ad Bouh. p. 286. *lin.* 13.

V. 10. PP. II. Explicationis ſunt difficillimæ. neque, qui rem hanc nobis expediverint, reperio. Ind. Grut. 5. ante vocem *Peræquator* duo exempla τῶν PP. ponit. quorum poſterius

„ PP. XX. 402 : 4. „

explicui in Τετραγων. pag. 506. *lin.* 21. prius non minus ἀναγραμματιςῶς poſitum, nunc penſitandum, hoc eſt:

„ PP. II. 1078 : 6. „

quod quid ſibi velit, nihil adeſt, quod nos docere poſſit: niſi id unum, quia indici 5. inlatum eſt, acceptum eſſe de dignitate. Sed quanam? non militari, quia ind. 6. locum non invenit. niſi *Præfectum Prætorio* II. (*iterum*) interpretari velis. *Præfecti* enim *Prætorio* quum ind. 5. & 6. locari poſſent, a Scaligero ind. 5. locati ita ſunt, ut ind. 6. hæc monuerit, *Præf. Prætorio. ſub Notis PR. PR. capite de Magiſtratib.* (i. e. ind. 5. ſeu Magiſtratuum.) In Holth. edit. ind. 6. voc. *Præf.* errore typographico irrepſit *Prætoric.* pro Scaligeri *Prætorio.* Sed ſi Scaliger aut Gruterus (hunc enim, potius quam illum, auctorem eſſe eorum, quæ indices ex Appendicis Gruterianæ, ſeu poſt paginam 1062. additis demum inſcriptionibus habent, didici ex epiſtola CCCCXIII. Scaligeri ad Gruterum pag. m. 767.) de *Præf. Præt.* in 1078 : 6. cogitaſſet, ind. 5. non inter voces *Patron.* & *Peræquator*, ſed inferius demum ſub voce *Præf. Præt.* collocaſſet. Locus ergo collocationis docet, Gruterum PP. II. non minus ac Scaligerum PP. XX. ἀνεγραμμένον dediſſe.

Quod ſi in iis, quæ jam edidimus, aut edituri ſumus, de inſcriptionibus a Grutero poſt pag. 1062. datis indices SCALIGERI ad partes vocamus, denominatos ita a potiori: GRVTERI potius, quam SCALIGERI, intelligendos eſſe, ex hujus ad illum epiſtola modo memorata quivis intelligat.

In eadem epiſtola & aliis ad GRVTERVM ſcriptis SCALIGER optavit, ut indices ſui erudito commentario, quem eos opportune admittere unus omnium optime ſciebat, illuſtrarentur: quod etſi præſtitum non eſt, antiquitatum tamen peritiſſimos quosque viros, ut occaſiones ferebant, in indicibus Scaligeri, ex quibus quaſi ex perpetuo Antiquitatis commentario, ut Scaligero ſine jactantia dicti ſunt ep. CCCCXVIII. tantum proficiebant, illuſtrandis, & ubi opus erat caſtigandis, operam poſuiſſe pridem intellexi. unde indicum Scaligeranorum penitus cognoſcendorum incredibilis quædam cupiditas animum meum vehementiſſime incendit. quam quo modo ſedaverim, Mæcenati meo, inluſtri BLAVRERO coram oſtendere ma-

gis potui, quam poſtea io epiſtola honori ejus dicata pag. (3.) *lin.* 29. & pag. (4.) *lin.* 11. verbis proloqui.

Num vero PP. II, ſignificatiooe incerta in indice quinto poſitum, legemus ipſi *Præfectum Prætorio* II. i. e. *bis*, ſeu *iterum?* Obſtat & officit quam maxime, qui *præfecti prætorio* ſub Antonioo Pio fuerint, minime ignorari, in quibus *Tuſcenus Felix* non comparet. Capitolinus io Ant. Pio cap. 8. *Succeſſorem viventi bono judici nulli dedit, niſi Orphito præfecto urbi, ſed petenti. Nam Gavius Maximus præfectus prætorii uſque ad XX. annum ſub eo pervenit, vir ſeveriſſimus, cui Tatius Maximus ſucceſſit. In cujus demortui locum duos præfectos ſubſtituit, Fabium Repentinum & Cornelium Victorinum. Sed Repentinus famoſa voce percuſſus eſt, quòd per concubinam principis ad præfecturam veniſſet.*

Gavii Maximi *Præfecti Prætorio*, a Capitolino memorati, memoriam Reineſius putat ſe inveniſſe in lapide antiquo, quem ex Lazio inſeruit ſuo inſcriptionum Syntagmati, VI: 46. p. 419. ratus eum negligentia præteritum eſſe a Grutero, in quo tamen jam legebatur 369: 6. & quidem *E Lazio.* LAZII imperitia exſcribendorum & explicandorum ſaxorum quia tanta fuit, quantam ſupra pag. LXVIIII-LXXI. vidimus, & quia meliorem uſquam typum prodiiſſe noo novi, ab reſtituendo & interpretaodo fragmento potius, ut videtur, quam integro lapide, manum abſtinere præſtat, quam Reineſiano more audacius graſſari. Cur tamen putem, M. Gaviona Maximum *Præfectum Prætorio*, at non ante Conſtantini M. tempora, in ſaxo Laziano legi, inducor alio ejusdem *Stiriæ inferioris* lapide in Grut. 415: 7. M. GAVIO. MAXIMO. PRAEF*ecto* PRAETOR*io* ILLYRICAN*o*, quem ſupra expoſuimus pag. LXIII. lit. C. heicque priorem Gudii notam ex Grut. ed. ſec. addimus. *Gavio Maximo commendat Plin. lib. III. ep.* 11. (leg. II. ſeu 2.) *Arrianum Maturium. Sed hic videtur alius eſſe a Pliniano Gavio. Nam Illyriani (Illyricani) Prætorii præfectus paullo ante Conſtantini tempora fuit inſtitutus. Gud.* Præfecto Prætorio Illyrici Occidentalis olim & regiooem, quæ nunc *Stiria* dicitur, paruiſſe ne monendum quidem eſt.

Contra ea aliter, ac a Muratorio factum eſt, expono lapidem ab eo 705: 6. poſitum *Firmi, in domo privata. E ſchedis Julii Antonii Averoldi*, quem nobilem virum inſcriptiones ex *Brixiana urbe* ante a. 1700. Muratorio procuraviſſe in Muratoriaoæ præfationis pagina prima legi, ut neſciam, annon io loco ſaxi denominando, *Firmi*, vitium irrepſerit, quod qui lapidem erexit cognomine FIRMVS fuit: quana fluctuationem meam (forte vaniſſimam, quia eumdem Averoldum non Brixianos tantum, ſed & alibi in Italia inventos lapides cum celeberr. Muratorio communicaſſe, non ex præfatione ſed ex ipſo Muratorii Theſauro cognoſcimus; & facillime accidit, ut FIRMI *Piceni* cognomine FIRMI eſſent) quis certius TE, ſapientiſſimo *Brixianorum* Epiſcopo, compeſcat?

Fuerunt

Fuerunt apud nos, qui ineptirent, *Zurzachum* Helvetiæ, antiquitate ſua non minus nobile, quam quia forum eſt rerum venalium, totius Helvetiæ maxime celebratum, ubi bis quotannis mercari conſueverunt Helvetici inprimis, ſed & Italici, Gallici, Germanici, Judaici & cujus non? generis multi mortales, nomen olim habuiſſe CERTIACVM. Quare? Quia olim ibi ſepulto militi legionario cognomen CERTO fuit, cui CERTVS ET AMIANTHVS PII HEREDES FECER*unt*. v. Murat. Præfat. ad Tom. IV. n. 16. ſeu Appendicis ante Claſſem XXV. inveniendæ pag. 6. n. 9. ubi ut ineditum profert lapidem pridem productum a Grut. 548: 7. Ambo ponunt CERTIÀCI. Tam alte, tam late ſerpſit error a ſcriptoribus Helvetiis primum erratus. Textus a cl. I. Gotfr. RICHTERO, Lipſienſi Prof. ad MVRATORIVM miſſi HAEREDES, ſuperpoſito diphthongo poſteriori (*ſic*), ex Aegidii TSCHVDI, Claronenſis (cujus propter celebrem antiquitatis peritiam clara memoria eſt, & qui a. Cti MDXXXV. Badenſis Helvetiorum præfecturæ præfectus ZVRZACHI ipſe præſens utrumque diſciſſi lapidis fruſtrum vidit) *Helvetia antiqua MSC.* p. 70. profluxiſſe mihi compertum eſt. Diffracti ſaxi partem tantum ſiniſteriorem, quæ ſola nunc ſupereſt, ego, Glattfeldæ tribus ſupra Zurzachum leugis Helveticis ſitæ natus, oculis hiſce meis compluries vidi, talemque fidiſſime exſcripſi, qualis extat apud Grut. 571: 10. A Grutero eumdem lapidem hunc bis editum eſſe, in Grut. ed. ſec. adnotari neglectum eſt.

Sed tempus eſt, adſcribendi ipſum lapidem Firmanum a MVRATORIO 705: 6. ſic datum,

M. GAVIO. M. F. PAL
MAXIMO PRAEF. PRAET
CONSVLARIBVS ORNAMENTIS
ORNATO
T. CLAVDIVS FIRMVS P. P
EX CORNICVLAR. IPSIVS. L. D. D. D

& hac MVRATORII nota illuſtratum „Sub Conſtantino Magno occurrit mihi *Ma-„ximus Præfectus Prætorio*, ſed nullo indicio, an idem cum illo fuerit. *Cornicularii* „non raró ſeſe nobis offerunt in lapidibus. Hi Præfecto Prætorio, aliisque Magi-„ſtratibus ad nutum præſto erant. Vide Gothofredum ad Lib. 8. Tit. 4. Leg. X. „Codicis Theodoſiani: qui cenſet a Cornibus Secretarii illos nomen accepiſſe, eos-„que inter Officia Magiſtratuum recenſet.„ Non video, cur non de Gavio Maximo, *præfecto prætorio* ſub Antonino Pio accipere malimus. Omnia ſaxi Averoldiani ſeculum ſecundum præclare ſpirant. De Baſſæo M. F. STEL. Ruſo, *Præfecto Prætorio* Impp. Aurelii, Veri, & Commodi, CONSVLARIBVS ORNAMENTIS HONORATO ex Grut. 375: 1. vidimus pag. cx. *lin.* 11. Siglis verſus quinti P. P. a Mur. neque in nota illuſtratis, neque ex hoc ſaxo in indice uſquam relatis, *PræPoſitus* (militum) aut *PrimiPilaris* indicatur, qui fuit EX CORNICVLAR*iis* IPSIVS Præfecti Prætorio. v. ad Bouh. pag. 32. *lin.* 18. Tandem tribus poſt M. F. ante cognomen

men MAXIMO poſita PAL*atina*, nonne ab ſeculo quarto ad ſecundum nos rectius vocat?

Grut. 128: 5. *Ex Manutii Orthograph.* (p. 138. n. 7.) *& Vrſini autographo.*

C. CALPVRNIO. PISONE. M. VETTIO. BOLANO. COS
Q. RAMMIO. MARTIALE. PR. T. FLAVIO. PRIAMO. TR
T. SAENIO. CLEMENTE. 7. AEDICVLA. FACTA. CVM
GENIO. AGRESIO. FACVNDO. B. TRIB. QVAM
M. CEIONIO. SILVANO. C. SERIO. AVGVRINO. COS
C. TATTIO. MAXIMO. PR. T. FLAVIO. ANTEROTIANO. S. PR
Q. PLOTIENO. SABINO. TR. COH. V. VIG
TI. CLAVDIVS. TI. F. FAB. MESSALLINVS. HERACL. 7 COH. S. S
VETVSTATE. CORRVPTAM. ADAMPLIAVIT *cet.*

„Verſ. 6. pro TATTIO reſtituendum GAVIO. Nam teſte Capitolino in vita T. „Ant. p. 10. *Gavius Maximus* per XX. annos ſub T. Antonino fuit *Prætorio Præf.* i. e. „ad An. uſque Cti CLVIII. atque inſcr. p. 258: 8. haud ante An. Cti CXL. dicati, „cum altero Præf. *Petronio Mamertino* memoratur. Atqui hic *Tattius* iſte *Maximus* poſt „Coſſ. Anni Cti 156. veluti tunc PR. ſignatur. Igitur alius non fuerit, quam *Ga-* „*vius Maximus.* Ad hunc vero Epiſt. 2. lib. III. a Plinio ſcriptam adſerit Cl. Gudius „ad 415: 7. Sed Catanæus, invitis aliis editionibus & M. S. *Gavium* addit." MASSON. in animadv. & Corrig. Holtheni pag. 321. a. *poſt med.* TATTIO in GAVIO contra Aldi & Vrſini fidem mutari minime debet. *Maſſonum* rationis temporum ætate noſtra doctiſſimum fugit heic verum, quantum mibi quidem cernere datur. Qui enim *Gavius Maximus*, *Præfectus Prætorio* ſub Antonino Pio per annos XX. i. e. ad annum uſque Cti 158, qui Antonini Pii fuit viceſimus primus, Silvano & Augurino conſulibus, ſen a. Cti 156. inſcriptus tantum eſſet PR*æfectus*, ſcil. COH*ortis* V. (quintæ) VIG*ilum*? Decepit virum eruditiſſimum, quod ſimplicem ſiglam PR. de PR*æfecto prætorio* male accepit, ac ſi geminata legeretur PR. PR. quod ſi verum eſſet, non modo pro TATTIO *Gavium* Maximum ex Capitolino rite induxiſſet, ſed etiam Q. Rammium Martialem PR*æfectum prætorio* Imperatoris Trajani a. Cti CXI, quippe Piſone & Bolano conſulibus, primum ex Romano hoc ſaxo diſceremus, in quo tamen nullius PR*æfecti* PR*ætorio* memoria extat. Retinendus itaque omnioo eſt C. TATTIVS MAXIMVS, qui a. Cti 156. adhuc *Præfectus Cohortis* in *Præfectura Prætorii* Gavio Maximo mox biennio poſt ſucceſſit, ut ex Capitolini ab MASSONO ipſo citati verbis a nobis pag. CXIIII. *lin.* 8. jam exſcriptis conſtat.

Maximi hujus nomen gentilitium in Capitolino per unum T. legitur *Tatius*, in marmore TATTIO. ut ſæpe eadem gens & ſimplici, & geminata litera quadam occurrit. quod Fabretto p. 596. b. L. gentium diverſitatem feciſſe nimium ſæpe eſt. De *Titia* & *Tittia* gente v. Iul. Maffeium ant. gall. ſel. p. 8. *init.* ubi marmoris græci ΤΙΤΤΙΟΣ pro ΤΙΤΙΟΣ marmorario imputat. Ita TATTIO pro TATIO, cujus prima quoque ſyllaba correpta poëtam magis quam quadratarium rudem impediviſſet. v. Τετραγωνογολογ. pag. 557. *lin.* 36.

In

In Don. VI: 44. p. 236. *Tibure.* M MATRIDIO M. F. CLAVDIA. TATTO SABINO. EQ. ROM. Ind. Gor. 23. voc. *Matridius* vitio operatum *Claudius Facto* pro CLAVDIA (tribu) *Tatto.* Nonniſi *Ex Domo* dans Mur. 834: 2. pro TATIO. SABINO. ſine ullo mutationis indicio habet TATIO. SABINO. Forte non perſpexit? Sed an eadem felicitate incurioſa, nullum dans indicium, ultima Doniani ſaxi planiſſima, PATRi. *Teſtamento. Faciundum. Curavit*, in PATER. T. T. F. immutavit? Quantum notæ Muratorianæ ex lectione Doniana decedat, qui leget, videbit per ſe ipſe.

TATTIVS Gruteri minime in GAVIVM mutandus viſus eſt Gudio, quem de *Tatio Maximo* Capitolini accepiſſe teſtatur ejus in Grut. ed. ſec. notula d. *Praef. Praet. ſucceſſore M. Gavii Maximi, qui ad annum 20. Antonini Pii pervenit.* Agnoſcimus verba Capitolini, tacito ejus nomine. Præterea quid? Rectius eum Capitolini *Tatium Maximum* huc contuliſſe, quam ad Grut. 415: 7. non Plinii, ſed, obſervante Maſſono, Catanæi *Gavium Maximum.* Editio Plinii Elzeviriana, a. 1659. Amſtelædami curata, qua utor, pag. 61. GAVIO eximie caret, non autem Hackiana Veenhuſii a. 1669. pag. 156. cet.

Pulcre memor ſum, *Partem* meam *Tertiam* ſex aut ſummum octo folia eſſe complexuram me TIBI pollicitum eſſe. Sed

*Excedit animus, quem propoſuit, terminum.*

ob quod precibus meis veniam petentis non relinquis locum, proclivis ultro quum ſit ſumma humanitas TVA. Neque admodum miror, me non potuiſſe contineri, ut intra promiſſas paginas maneam. Quum enim abſolutis paginis LXXXVI. ultra paginam CX. aut ſummum CXVIII. me non proceſſurum putarem, ne cogitabam quidem, theſin XXXX. de *Præfectis Prætorio ſub Antonino Pio* ſcriptum, multo minus ſaxi Gruteriani 128: 5. ſyntaxin & ſenſum vindicaturum me eſſe contra Scaligeri & Holtheni indicem 23. in quo talia inſunt, quæ ſaxo ipſi meras tenebras inducant. Quibus Holtheni nomen non addo, Scaligeri ſunt, ab Holtheno retenta.

*Genius Agreſius Facundus.* 128: 5.

*A. Greſius Facundus.* 128: 5. Holthenus: qui debebat dare 128: 5. *not.* nam hic A. Greſius ei prodiit ex Grut. ed. ſec. notula b. „An A. GRESIO. Rein.„

*Ti. Claudius T. F. FAB. Meſſalinus Heracla.* 128: 5. Scaligeri T. F. Holthenus non correxit in TI. F. Neque *Meſſalinus* in *Meſſallinus.* Unde &

*Meſſalinus Heracla.* 128: 5. Holthenus. Pro *Meſſallinus.*

*C. Cornelius C. F. FAB. Longinus Heracla.* 538: 7.

*Heracla.* ex 128: 5. & ex 538: 7. Holthenus.

Ipſius autem lapidis verba ſic accipienda mihi videntur. *Piſone & Bolano conſulibus* a. Cti CXI. (Ryckium enim male alio retuliſſe v. ad Bouh. pag. 232. *lin.* 18.) *Martiale Præfecto, Priamo Tribuno, Clemente Centurione, Aedicula facta cum genio.*

SIGNVM. GENII. CENTVRIAE. CVM. AEDE. MARMORIBVS. EXORNATA. ET. ARA. SVA. PECVNIA. FECERVNT qui leguntur in Fabr. pag. 340. n. 514.

n. 514. cum quo Fabretti monomento dignum eſt conferri aliud, in plurimis tamen ſimile, in Grut. 108: 4. ex cujus verſu 3. *extr.* ſiglas L. R. Scaliger ind. 20. quia interpretari non poterat, ſine explicatione dare ſatis habuit „L. R. 108: 4.„ quas tento emendare D. R. ut 7. i. e. *centurio* C. VETVRIVS. C. F. POL. RVFINVS. D*omo* (ſeu patria) R*oma* fuiſſe iotelligatur, quo modo Fabrettinus 7. i. e. *centurio* Q. SOCCONIVS. Q. F. CRV. PRIMVS. TVDER patriam babuit. Haud multo poſt & centurioni in Grut. 128: 5. patriam adhuc ignoratam reſtituemus. V. Scal. ind. 20. D eſſe *domo*, ablativum de loco. item ind. 19. voc. DOMO.

Inl. Marchio MAFFEIVS ant. gall. ſel. p. 23. lin. 15. de ſaxi Lugdunenſis DOMOROM, ut eſt marmoribus antiquis peritiſſime exſcribendis & eruditiſſime explicandis natus & factus, optime docet, patriam ſolenni enunciari lapidaria ſurmula DOMO ROM*a*, quamvis in marmore conjunctim exaratæ dictiones ſint. Ita bonis Lugdunenſibus, quidnam officii eſſet SENIOR DOMORVM (ita SENIOR DOMOROM accipiebant) ex MAFFEIO percunctantibus error omnis eſt exemtus. Crederes in borum Lugdunenſium percunctatorum, MAFFEIO, qui ad lapidem nondum acceſſerat, non muleſtorum gratiam Muratorium 195: 3. v. 3. SENIORIS DOMORVM pro DOMOROM *Ex Scipione Marchione Maffeio* dediſſe, in notaque ſcripſiſſe, DOMORVM etiam retento, „Recte adnotavit Clariſſ. Maſſeius, DO„MORVM nihil aliud heic eſſe niſi DOMO ROMA: qua phraſi in uſu ſuit pa„triam ſuam deſignare„ niſi verſu ſtatim 4. eadem oſcitantia LVGDVNI male dediſſet, pro MAFFEII vero & genuino LVGVDVN. De LVGVD. pro LVGD. io marmoribus obvio v. ſupra pag. L. *lin.* 29.

In Mur. 468: 6. v. pen.

P. ACILIO. P. FIL. DOMORO

monſtroſum DOMORO neque in nota tentatum, neque in indicibus uſquam relatum a Muratorio, oum dubitas notare DOMO. RO*ma*? ut D. R. feci ex L. R. in Grut. 108: 4. a quo ad Grut. 128: 5. remeandum mibi eſt.

*Aedicula facta cum genio* a quo? *A* [præpoſitio beic eſt *a*, *ab*, non prænomen Aul.] *Greſio Facundo beneficiario Tribuni: quam* (ædiculam) quadrageſimo quinto puſt anno, *Silvano & Augurino conſulibus* a. Cti 156. *Maximo Præfecto, Anterotiano Subpræfecto, Sabino Tribuno Cobortis* V. (*quintæ*) *Vigilum*, TI*berius* CLAVDIVS. TI*berii Filius* FAB*ia tribu* MESSALLINVS HERACL*ea* (hæc Meſſallini bujus patria, ex qua cognomen alterum male fecerunt ind. 23. eumdemque errorem de 538: 7. ind. eod. admiſerunt Scaliger & Holthenus) *Centurio Cobortis Supra Scriptæ* (ſcilicet V. ſeu quintæ Vigilum) *vetuſtate corruptam adampliavit* cet. Quia hoc in ſaxo nullus prænomine ſuo non gaudet, forte GRESIO adhuc ſemel dividendum C. RESIO. Ita non modo præpoſitio A, ſed etiam prænomen C*aio*, vel G*aio*, in AGRESIO cohæſit. Vel hujus paginæ *lin.* 9. ex Inl. MAFFEIO de DOMOROM audivimus, & ſupra theſin XXV. pag. LII. inſcripſimus, *De vocibus cohærentibus male diremtis.*

Grut.

Grut. 258: 8. v. 1. M. AVR. CAESARI
v. 6. NERVAE. ABNEP. COS
v. 7. PETRONIVS. MAMERTINVS. ET
v. 8. GAVIVS. MAXIMVS. PR. PR
v. 9. TRIBVNI. COHORTIVM. PRAETORIA
v. 10. RVM. DECEM. ET. VRBANARVM. TRIVM
v. 11. CENTVRIONES. COHORTIVM
v. 12. PRAETORIARVM. ET. VRBANARVM *cet.*

Ad v. 8. in ed. ſec. adnotatum eſt: *M. Gavius Maximus Pr. Pr. Illyr.* 415: 7. Qoam non quadret Antonini Pii temporibus ſaxum Gruteri 415: 7. pag. CXIIII. *lin.* 20. monuimus.

Ad vocem verſus ſexti extremam COS recte in ed. ſec. notatur A. V. 892. i. e. Cti 140. quo anno referri omnino potuiſſet *Gavius Maximus*, quem *præfectum prætorii uſque ad annum XX. ſub Antonino Pio perveniſſe* ex Capitolino ſupra cognovimus: & MASSONI ſententia, quam ab eo ad Grut. 128: 5. prolatam ſupra pag. CXVI. *lin.* 15. adtuli, heic in 258: 8. eum ipſum *Gavium Maximum* legi, veriſſima eſſet, ſi verſus ſeptimus

PETRONIVS. MAMERTINVS. ET

in ſaxo noo adeſſet. Tunc enim haud dubie legi deberet verſus octavus

GAVIVS. MAXIMVS. PR*æfectus* PR*ætorio.*

Quod autem Chronologorum ſidus præclariſſimum verſum 7. cum octavo ita accepit, ut

PETRONIVS. MAMERTINVS. ET
GAVIVS. MAXIMVS. PR*æfecti* PR*ætorio*

referri ei ſint viſi, duo quam maxime huic ejus opinioni reclamant & repugnant, cum teſtimonium Capitolini, tum ſiglæ lapidis PR. PR. Capitolinus enim *Gavium Maximum* prodit unum atque ſolum fuiſſe *Præfectum Prætorio* Imperatoris Ant. Pii. Qui igitur ei collega non tantum daretur, ſed ceu majoris dignationis præponeretur PETRONIVS MAMERTINVS PR*æfectus* PR*ætorio*, æque ac GAVIVS MAXIMVS?

Nonne vel hoc argumeoto graviſſimo movemur, ne v. 8. ſiglas PR. PR. πληθυντικῶς PR*æfecti* (duo) PR*ætorio* interpretemur? Simpliciſſimum eſt, ſiglam PR. PR. geminatam, quia de duobus ſermo eſt (v. pag. XXXV. *lin.* 7.) idem ſibi velle, quod de uno ſimplex PR. Scilicet PR. PR. ſunt PR*æfectus* PR*æfectus*, i. e. PRAEFECTI *duo.* At cui rei? An *prætorio?* Ita *Boëthium*, Boëthii in diptycho Brixiano expreſſi patrem, ἁπλῶς PRAEFECTVM dictum, PRAEFECTVM PRAETORIO fuiſſe ipſe exiſtimavi pag. XXXII. *lin.* 3. & pag. LXXXII. *init.* Sed de *Petronio Mamertino* vetat Capitolinus. Cujus ergo rei? Puto *Cohortis* alicujus. quia eos ſtatim inſequuntur TRIBVNI COHORTIVM. Prorſus ut in Grut. 128: 5. Martialis PR*æfectus* ante Priamum TR*ibu-*

*num*, nec non C. Tattius Maximus PR*æfectus*, & Anterotianus S*ub*PR*æfectus* ante Sabinum TR*ibunum* COH*ortis* leguntur: & eodem ordine in Grut. 269: 3. PR*æfectus* VIG*ilum* & S*ub*PR*æfectus* ante TR*ibunum*. *BeneFiciario* PRAEF*ecti* COH*ortis* VIII. PR*ætoriæ* eſt in Fabr. p. 138. n. 135. cujus verſum tertium ſuppleo MIL*itavit* IN LEG*ione* V. ALAV-D*æ*. De *Alauda* quintæ legionis epitheto aliis ex ſaxis patet.

Nihil igitur reſtat, niſi ut GAVIVM MAXIMVM in Grut. 258: 8. minime *Præfectum Prætorii ſub Antonino Pio* pronuntiemus, ſed ejus forte filium fuiſſe modeſte ſuſpicemur.

Reineſius ad VIII: 5. pag. 511. ſaxi Dacici, ad quod ibi commentatur, verſus ſexti ſaniſſime exſcripti SVPER. (quod mihi omnino mariti cognomen videtur, æque ac in alio ſaxo itidem Dacico apud Grut. 371: 5. legitur

P. ANTONIVS. SVPER. INFELIX. PATER)

in SVBPR*æfectus* corrigere auſus, temeritati ſuæ colorem illiturus & fucum, in Grut. 128: 5. *poſt Tribunum Legionis* ſcribit nominari S*ub*PR*æfectum*. Immo *ante Tribunum Cohortis*. Rectius pag. 338. ad III: 89. (quod monumentum longe auctius dederunt Sponius p. 247. & Fabr. p. 260. num. 91.) ex ſaxo Grut. 269: 3. a. V. C. 962. (non ut in Reineſ. peccatum 762.) erecto enumerat *Præfectum*, *Subpræfectum*, *Tribunum*. Sponius p. 252. *med.* citat Reineſium, ſed ſimile ſaxum in Grut. 269: 3. Cohortis II. Vigilum legi ita notat, ac ſi de Gruteri ſaxo Reineſius nil haberet: ſic & Fabrettus p. 266. b. D. ad Grut. 269: 3. provocat, Reineſium & Sponium eodem jam provocaſſe reticens.

A Caſaubono ad locum Capitolini toties jam citatum de *Gavio Maximo* pag. 267. b. not. 5. ed. Hack. adfertur *Vetus lapis*. C. GAVIVS. C. F. STRABO. MAXIMVS. COS. Legitur in Grut. 1083: 2. *Ex Panvinii faſtis*, ut auctius ſubſcriptum eſt in Grut. ed. priore, quam in poſteriore tantum *Ex Panvinio*, ubi hæc notula editorum Gruteri, *Vid. ſupra* 415: 7. *Capitol. Ant. Pio.* 8. Ab Holtheno ind. 23. male eſt omiſſus C. *Gavius* C. F. Strabo Maximus, quem tamen Grut. ind. 22. in conſulibus ſingularibus recte dederat, voc. *Gavius*. Ab eod. Holtheno ind. 23.

„ Strabo Maximus Cos. (C. Gavius C. F.) 1083: 2. ſed v. not. „

item „ Maximus Cos. 1083: 2. ſed vide 415: 7. „

datur. Ubique fere ingerunt male 415: 7. in quo alium referri nimis patet. Neque Capitolini *Gavius Maximus* in Grut. 1083: 2. poteſt intelligi, quia in Mor. 705: 6. *M. Gavius M. F.* non C. *Gavius C. F.* dicitur. quo prænominis argumento obviam quoque itur C. GAVIO, quem pro C. TATTIO in Grut. 128: 5. MASSONVM obtrudere p. CXVI. *lin.* 13. vidimus.

In Grut. 186: 4. legitur C. GAVIO C. F. STRABONI, quumque nullus GAVIVS extra Panvinianum duplici cognomine STRABO MAXIMVS occurrat, PANVINIVM, quem ſæpe lapidum tantum particulas adtuliſſe notum eſt, ſuſpicor

deceptum

deceptum eſſe, quum dandi caſu in lapide quodam inveniſſet C. GAVIO. C. F. STRABONI cum adpoſita nota chronologica MAXIMO COS. Conſules autem MAXIMI nomine quamplures leguntur.

Ut theſis XXXX. nobis finiat, unde eam cœpimus, ex Grut. 1078 : 6. v. 10. Gruterum potius quam Scaligerum ind. 5. poſuiſſe

„ P P. II. 1078 : 6. „

jam pag. CXIII. diximus. quæ Holthenus ſine indicio ſic immutavit

„ P P. Coh. II. 1178: 6. „

Primum corrupit numeros, centenario numero abundanter & male intruſo. Deinde *Coh.* male immiſit ante II. nam *Coh. II.* eſſet *Cohortis ſecundæ.* in monumento tamen ipſo τὸ COH. inter PP. & II. abeſt planiſſime. Poſtremo P P. Coh. II. rectius ex ind. 5. honorum civilium ablatum in ind. 6. militarium transtuliſſet.

τὸ PP. II. ad militaria pertinere ſatis ſeſe mihi probat. Referri enim puto *PræPoſitum* ſeu *PrimuPilum* II. i. e. *bis*, ſeu *iterum* vel *ſecundo.* quo modo P. P. in Mur. 705 : 6. ſupra pag. CXV. *fin.* iis nixus, quæ de P. P. in militaribus th. XXVI. pag. LXV. lit. *s.* dixeram, ſum interpretatus. P. P. BIS. LEG. II. AVG. ET. LEG. X. FRETENS. eſt in Fabr. pag. 128. n. 47. & paullo ante pag. 127. n. 44. PRIMIPILARI. LEG. VIII. AVG. Alterum hoc ſaxum Academiæ Cortonenſis, quæ *Etruſca* dicitur, LVCVMON, N. Marcellus VENVTVS, de armillis agens ex Fabretto adfert in ep. a GORIO edita Inſc. Etr. T. II. p. 372.

MVRATORIVS vero, quod dederat Fabr. p. 128. n. 47. inutiliter ut ineditum dat *E ſchedis Ptolomeis* 735 : 4. Scilicet tot inſcriptionum jam editarum editorem ad inſcriptiones Fabretti ſibi paraviſſe *indiculum*, ut modeſte vocat in novi Theſ. ſui præfatione, non *indicem.* v. ad Iul. Blaur. pag. (87.) & quæ de *M. Nonii Balbi* inſcriptione *Herculanenſium* a. d. X. Kal. Apr. a. 1748. ad TE exaravi.

Ne nihil ad 735 : 4. commentaretur vir celeberrimus, vide quid commentus ſit. „LVGDVN*enſis* ſcriptum puto pro LVGVD. „ Vanitatem hujus opinionis, veriſſimam & antiquiſſimam marmoris ſcripturam LVGVD*unenſis* in LVGDVN*enſis* corrumpentis, amplius non accuſo, quia condemnabis ipſe, poſt ea quæ modo pag. CXVIII. *lin.* 20. caſtiganda nobis fuerunt.

In Grut. 375 : 1. (de quo ſaxo th. XXXIX. nobis agendum fuit) ed. ſec. ad v. 18. not. f. monemur, pro VIG. VRB. alteras Cittadini ſchedas habere VIGVL. P. P. BIS. Pro VRB. quo epitheto *Cohortes Vigilum* non ornatæ ſunt, interdum tamen ROMANORVM, non diſplicet P. P. BIS.

An plenior lectio VIGVL. pro VIG. verior ſit, neſcio. Ind. Grut. 19. voc. *V pro I* nullum exemplum habet *τῶν Vigulum* pro *Vigilum.* Obſervavi tamen VIGVL. pro VIGIL. in Grut. 1028 : 2. de quo ſaxo dixi pag. LXII. lit. A. & pag. LXIIII. *lin.* 20. & de ejus VIGVL. doctiſſimus GORIVS Inſc. Etr. T. II. p. 194. *med.*

 Militaris

Militaris ſenſus τῷ PP. II. in Grut. 1078: 6. firmari videtur ex eo, quod ſequitur de MILite. COHortis. VI. PRætoriæ. (unde Holthenus ſuum *Coh.* inter PP. & II. introdere auſus eſt) eodemque MESORE AGRARIO TRaℭus ARDEATiNi. In Grut. ind. 19. voc. *N abundat* in exemplis τῷ *Meſor* pro *Menſor* non citatur 1078: 6. Vid. Τετραπλ. pag. 570.

*De Præfeℭis Prætorio ſub Antonino Pio*, in qoibus TVSCENIVM FELICEM PP. II. oon fuiſſe vidimus, hæc ſatis ſunt, ſuperqoe.

*- - - - - - - - - - - - - Amphora cæpit*
*Inſtitui, currente rota, cur urceus exit?*

quia epiſtolam ſcribo Philologus & *Philo*Ponus. quia ad QVIRINVM ſcribo, quem PP fieri, & PerPetuo valere cupio.

IX. Kal. Auguſtas. 1748.

## XXXXI.

### PVSEC *i. e. Præfeℭus Vrbi SECundum.*

Præfecturas, Prætorii & Vrbis, olim fere gradus ad conſulatum fuiſſe, theſ. XXXVIII. indicavimus. Auſonius in Gratiarum actiooe pro conſulatu pag. 174. *Unica mihi ampleℭenda eſt Frontonis imitatio: quem tamen Auguſti magiſtrum ſic conſulatus ornavit, ut* PRAEFECTVRA *non cingeret. Sed conſulatus ille cujusmodi? ordinario ſuffeℭus, bimeſtri ſpatio interpoſitus, in ſexta anni parte conſumtus: quærendum ut reliquerit tantus orator, quibus conſulibus geſſerit conſulatum.* Id dicit, Frontonem, magiſtrum Imperatorum Lucii & Antonini, PRAEFECTVM PRAETORIO oumquam fuiſſe, & conſulatum geſſiſſe non ordinarium ſeu anouum, ſed ſuffectum, duorum tantum menſium: Contra ea ſe, Gratiaoi Aoguſti præceptorem, PRAEFECTVM PRAETORIO, & conſulem ordinarium fuiſſe, ut in fine ejusdem Gratiarum actionis pag. 736. de ſe ipſe prædicat.

Auſonius conſul a. Cti 379. collegam habuit Olybrium, *Præfeℭuris, Prætorii & Vrbis*, exornatum, teſte eximio lapide antiquo, qnem pag. cvi. *lin.* 16. col. b. dedi ex Salmaſio. Ita & Boëthius conſul a. Cti 487. otraqoe *præfeℭura, prætorii, & urbis*, inſignis fuit teſte diptycho Brixiano. a cujus EX *Præfeℭo Prætorii* pergendum nuoc nobia eſt ad PVSEC.

Poſt *præfeℭuram prætorii* alteram legi in diptycho BOETHII Brixiano *præfeℭuram urbis* BOVHIERIVS & LEICHIVS & ego pridem conſenſimus. Ab LEICHIO autem, qui SEC*undum* a *Præfeℭus* V*rbi* divulſit, & cum CONS*ul* ORD*inarius* conjunxit, BOVHIERIVS & ego pridem diſſenſimus. v. th. XXX. pag. lxxxiii. *Præfeℭus* V*rbi* oooinandi caſu ab LEICHIO elatus mihi placuit, non BOVHIERIO, doctiſſime opinato, τὸ EX ante PP expreſſum ἀπὸ κοινοῦ ante PV repetendum eſſe, ut exeat (*ex*) *Præfeℭo* V*rbi* SEC*undum*. quæ Bouhieriana ellipſis ſi cui arrideat, eum BOVHIERII & ſuo judicio gaudere quam non nolim th. XXVIIII. pag. lxxx. teſta-

teſtatum dedi : ita tamen , ut ibidem dixerim , etiam ſine repetitione τῦ (*ex*) ſenſum integerrimum eſſe , ſi nominativi caſu legatur *Præfectus* V*rbi* SEC*undo*. id quod hac theſi potiſſimum mihi urgendum puto.

In diptychis Stiliconis EXC*omite* SAC*ri* STA*buli* (vel STAB*uli*) ET (*ex*) M*agiſtro Militum* Per OR*ientem* EXC*onſul Conſul* OR*dinarius* legit BOVHIERIVS, viam vulgarem ET M*agiſter Militum* Per OR*ientem* interpretatorum ſequi non auſus. qua tamen cur nos commeare, quam ab ea in deſertam exemplorumque inopem a BOVHIERIO abduci maluerimus, ſuo loco oſtendimus. v. ſupra pag. LXXVIII.

Ab conſtituendis regulis negativis ſalubriter & ſapienter dehortatus BOVHIERIVS pag. 236. *lin.* 22. & 29. cum ſuo (*ex*) *Præfecto* id paſſus videtur , quod pag. 263. *not.* (12.) cautoribus maximis evenire poſt Plautum diximus. Negarat enim, quantum ex ejus ratiocinatione colligo, conſulem ordinarium ſimul præfectum urbi fuiſſe, v. pag. 101. *lin.* 20. & 35. & pag. 103. *lin.* 16. Ego vero repeto mea ad Bouh. verba ex pag. 325. *lin.* 20. *Cur non credam , Boethium & conſulatum ordinarium, & præfecturam urbis iteratam, uno eodemque anno ſustinuiſſe ?*

Vix imperfectius quidquam prodiiſſe, quam Felicis CONTELORII *de Præfectis Vrbi* librum non feliciſſimum in confeſſo eſt. v. quæ ſcripſimus Bouh. p. 103. *lin.* 14. p. 112. *lin.* 22. & ego p. 229. *lin.* 31. Neque TV a nobis diſſentis, erudituſſime QVIRINE, in diſſ. Romana, ad BOZIVM pag. (XXVIII.) *med.* Vide & MVRATORIVM 748: 6. ubi *Contelorii* eodem jure meminiſſe potuiſſet, ac ad 734: 1. & ad 507: 5. quod ultimo heic loco adjeci, quia curſum nobis ſiſtit, nos ſuſſlaminans, & operam noſtram poſt Muratorianam exigens.

Mur. 507: 5. *Ibidem*, (Extra Romam, in Sancti Pauli.) *Ex eodem* (Margarino.)

E V S E V I V S

$\overline{\text{V C}}$ E T $\overline{\text{I N L}}$

$\overline{\text{P V}}$ $\overline{\text{V C S I}}$ R E

P A R A V I T

„*Præfectus Vrbi* hic fuit. Quid ſit $\overline{\text{VCSI}}$, divinare neſcio. Sphalma fortaſſe deſcri„ptoris , & pro SI ſcriptum fortaſſe fuit SP. ideſt *Sui Pecunia. Euſebium* iſtum in „ſerie Præfectorum Vrbis omiſit Contelorius. „ Hæc MVR.

EVSEVIVS pro EVSEBIVS eadem orthographia, qua PROVS (q. PROVVS) SAVINIANVS pro PROBVS SABINIANVS in diptycho Anaſtaſii conſulis. v. th. XIIII. pag. XX. XXI. EVSEVIORVM , in ind. Mur. tacitorum , mentio in Mur. 1716: 14. *extr.*

V*ir* C*lariſſimus* ET INL*uſtris* P*ræfectus* V*rbi* nonne iisdem ſiglis inciſus eſt, quibus Boëthius in diptycho Brixiano ? in quo hanc ſiglarum PV poteſtatem agnoverunt vel duo vel tres, BOVHIERIVS & LEICHIVS & ego. reliqua interpretum cohors ὡς ἀποδιδράσκοντες καὶ λειποτακτοῦντες ad alia ſigna perfugit.

*τὸν* VCSI Oedipum quærit Muratorius, cui ænigma hoc Davus ego expediam non diu me torquens. Qui SI pro *Sua Pecunia* exſcriptori vitio vertit, cur non animadvertit, eadem mala opera ineptam ſe *ταυτολογίαν τῶν* VC bis poſitorum innocentiſſimo quadratario tribuere? VCSI mihi eſt V*i*C*e* *Sacra Iudicans.* V*i*C*e* ad eum voces contrahendi morem, quo literam quamque diximus ſyllabam ſignificare, th. XXVIII. pag. XXXXVIIII.

Ne quis ſcrupulus relinquatur, adſcribo ſaxum Grut. 193: 6.

FL. EVGENIVS. ASELLVS
V. C. PRAEF. VRB
V̄, S̄. Ī. REPARAVIT

Ex uno hoc ſaxo adeſt in Scal. ind. 20. „V. S. I. vice ſacra judicans. 193: 6." ubi addere potuiſſet *Expreſſum ibid.* 9. & 10. nam in 193: 9. V. C. PRAEF. VRBIS. VICE. SACRA. IVDICANS legitur, & in 193: 10. V. C. PRAEF. VRBI. ITERVM. VICE. SACRA. IVDICANS. De hoc *Aſello* v. Cod. Theodoſ. lib. VI. tit. XXX. leg. 1. T. II. edit. Ritter. p. 206. not. (b)

In Aldi Notarum explanatione voc. *V. S. I. vice ſacra judicans* p. 162. *init.* ipſum Fl. Eugenii Aſelli monumentum adeſt, & ſequitur ibidem ſtatim,

„V. S. IC. vice ſacra judicans."

ubi I*udi*C*ans* eadem contrahendi ratione, qua in Euſebii titulo Muratoriano eſt V*i*C*e*, Aldus accepit. Sed quonam in ſaxo V. S. IC. Aldus invenit? Hoc opus, hic labor eſt, quæ refugit Vrſatus de Not. Rom. T. XI. Græv. pag. 1002. F. Leguntur ſiglæ V. S. I. C. in lapide Romano, quem habet Aldus Orthogr. voc. *Epiſtola*, pag. 300. n. 2.

Siglæ Aldinæ V. S. I. C. in Grut. 28: 2. v. 13. leguntur VICE. S. I. C. quæ ind. 20. voc. VICE, *Vice ſacra judex cognitionum.* 28: 2. & eod. ind. lit. I. *poſt init.* *Iudex cognitionum.* 28: 2. explicantur a Scaligero, qui in ſaxis noverat frequenter legi *Iudices Sacrarum Cognitionum* cum expanſe, tum per ſiglas I. S. C. Ita VCSI Muratorianum quoque poſſet legi V*ice* C*eſaris* S*acra* I*udicans.* Sed *Iudices Sacrarum Cognitionum*, & *Vice Sacra Iudicantes*, ſolemnibus admodum formulis ſunt dicti, ut ſiglas V. S. I. C. forte præſtet agnoſcere ex poſteriore ſola compendioſe, V*ice* S*acra* I*udi*C*ans*, ſcriptas, quam ex utraque mixtas eſſe. unde & in VCSI interpretando ab altera formula V*i*C*e* S*acra* I*udicans* minus abire volui.

De VCSI Muratorius, qui in CONTELORIO Euſebium *præfectum urbi* ſaxi poſt Contelorii tempora eruti quæſivit, & non invenit, potuiſſet verum facile videre, ſi cum Margariniano lapide *Euſebii*, contuliſſet Contelorianum Epiphanii, a ſe datum 701: 2. nonniſi *Ex Contelorio.*

FL.

FL. ANNIVS. EVCHARIVS. EPI
PHANIVS. V. C. PRAEF. VRB. VI
CE SACRA IVD. REPARAVIT

*Hic Anno Chriſti* 381. *Præfecturam Vrbanam geſſit.* MVR.

In novo MVRATORII theſauro quid opus erat ut integram inſcriptionem dari, quæ pars eſt tantum ejus, quæ integra pridem in vetere GRVTERI theſauro 170: 5. legebatur? Panvinianum morem particulas lapidum tantum adducendi notavimus pag. cxx. *extr.* neque id de Epiphanio Panviniano non ſuboluit CONTELORIO, cui Theſ. Sallengr. T. I. p. 550. F. inſcriptio Epiphanii Panviniana viſa eſt eadem majori, quam ibidem ſtatim ſubjicit, v. antep. V. C. PRAEF. VICE SACRA IVD. habentem, quo modo & Grut. ed. prior habet: in poſteriore autem inter PRAEF. & VICE bene addiderunt VRB. in notula *c.* ex Gudii *auto ſie*, & ex Fauno, male VRB. in Grutero deſiderari monentes.

MVRATORIVS non modo CONTELORIVM defunctorie legit, abjecta cura inveſtigandæ in Grutero inſcriptionis integræ a Contelorio ſubjectæ, ſed Panvinium & Contelorium male eſt ſecutus, *Epiphanium* fuiſſe Præfectum Vrbi a. Cti 381. quo anno initium inſcriptionis *Epiphanii* nondum potuiſſet incidi, SALVIS. DOMINIS. NOSTRIS. HONORIO. ET. THEODOSIO. VICTORIOSISSIMIS. PRINCIPIBVS. In ed. Grut. ſec. ad vocem EPIFANIVS nota Gudiana ſic incipit *b*, *Epifanius Pr. V. A.* 414. *Coſſ. Conſtantio & Conſtante l.* 5. *C. Theod. de domeſt. & Protectoribus.* Pro *l.* 5. legendum eſt *l.* 7. videndusque ibi Gothofredus, quem Gudius eſt ſecutus. Pagius ad eumdem Epiphanium P. V. a. Cti 412. retulit, fontemque erroris Panvinii, qui ad a. Cti 381. retulerat, aperuit, quantum video ex his Relandi verbis Faſt. Conſul. pag. 473. *init.* „Diverſum eſſe hunc (Eucherium conſulem Syagrii collegam a. Cti „381.) ab Euchario qui Præfectus urbi fuit a. Cti 412. & FLAVIVS. ANNIVS. „EVCARIVS. EPIPHANIVS. dicitur (vid. *Boiſſard. ant. p.* III. & *Contelor. de pr. urb.* „*pag.* 67.) monet Pagius.„

*Muratorius* errorem, quo *Epiphanium* a. Cti 381. *Præfecturam urbanam* geſſiſſe in *Contelorii* libro *de Præfecto urbis* ſcriptum invenit, & ſine examine admiſit credulus, dedidiciſſet cum ex Relando l. c. tum ex *Præfectis Vrbis*, qui acceſſerunt Faſtis Conſularibus Almeloveenii, a quo T. II. pag. 318. 319. *Epiphanius Præfectus urbi Romanæ* ſic refertur:

„ Poſt C. N. 412. R. Flav. Ann. Eucharius Epiphanius.
„ Pagius Prolegom. §. 27. Diſſert. Hypatic. „
„ — — — 414. R. Flavius Annius Eucharius Epiphanius.
„ Cod. Theod. L. VI, t. 24, l. 7. „

Hæc nunc mihi ſufficiunt, cui neque Gothofredi Proſopographia Codici Theodoſiano addita, & ab Rittero, ut ex librorum catalogis didici, recuſa, at Turi-

cum nondum adlata (v. ad Bouh. p. 226. *lin.* 17. proxime adlatum iri ſpero) neque Pagii diſſertatio Hypatica, olim apud amicos Neocomi & Baſileæ mihi viſa, ad manus ſuot.

Utioam Reineſii *Index Præſ. Prætorio & Vrbi*, cujus memioit ad Rup. ep. 19. p. 43. *lin.* 23. ad votum Ruperti ad Reio. ep. 21. p. 64. *lin.* 17. lucem aſpexiſſeot. Utinam noſtrorum nos votorum damnaremur, & favente Lucina ederetur doctus labor diligeotiſſimi GORII noſtri, qui Cootelorianis plures *Vrbi Præfectos* addendos eſſe Ioſc. Etr. T. I. pag. 387. *init.* pridem moouerat. Sed quam ejusdem præclari operis ſui Tomo III. pag. XLVI. b. *fin.* promiſit *Præfectorum Vrbi Nomenclaturam*, ea, quam vir eruditiſſimus Felix CONTELORIVS protulerit, & pleoiorem & emendatiorem, ope antiquorum marmorum, quæ poſt ejus egregias curas prodierint, eam nimis vereor ne oimis dio expectemus, quia mox poſtea pag. XLVIII. *init.* ab alio anteverti cupit & præoccupari.

Nobis in tanto veterum ſileotio, quibus BOETHIVS conſul a. Cti 487. aote, quam conſul fieret, aut eo ipſo anno, quo cooſul eſſet, honoribus ſit ſunctus, ignorantibus taoto carius eſſe debet diptychum Brixianum, ex quo uno addiſcimus, eum aote conſulatum utramque *præfecturam*, *prætorii & urbis*, cum conſulatu autem ſimul *præfecturam urbis ſecundo* ſeu *iteratam* adminiſtraſſe. id quod ſiglæ diptychi EXPPPVSEC manifeſto docent, ſi EX *Præfecto Prætorio*, *Præfectus* V*rbi* SEC*undo* legantur. quam earum lectionem cum more aotiqoitatis belliſſime convenire th. XXXVIII. ita teſtati ſumus, ut Boëthio noſtro has *utriusque præfecturæ*, alteriusque etiam *iteratæ*, dignitates, a quibus fere ad conſulatum olim eſceodebatur, minime invideodas putemus. Neque neceſſariom eſſe duco, lapidum proferre exempla, quorum magna copia ſupereſt, in quibus *Præfecti urbi* (quidam *iterum*) *conſules ordinarii* occurrant.

Scrupolus aotem BOVHIERII, *Præfecturam urbis* aote *conſulatum* & poſt *conſulatum* adminiſtratam a plurimis eſſe optime gnari, at uno quem eo·lemque anno & *præfectum urbi* & *conſulem ordinarium* ſimul fuiſſe ambigentis, quin negantis, hiocque ad ellipticum (*ex*) confugientis, certiſſime eximi poteſt ex *Anonymo de Præfectis Vrbi*, quem a Cuſpiniano inveotum ex Aegidii Bucherii editione recudi juſſit Grævius Ant. Rom. T. XI. unde non modo quosdam ſimul *Præfectos Prætorio* & *Vrbi*, ſed præterea quosdam *conſules ordinarios* ſimul aut *Præfectos Vrbi*, aot *Præfectos Prætorio & Vrbi*, fuiſſe cognoſcimus. Ita enim in Aoonymo Bucheriauo ſcriptum eſt pagg. 387. 388. 389. 390. ed. Græv. ad annos Cti

260. *Seculari II. & Donato. Cornelius Secularis P. V.*

270. *Antiochiano & Orfito. Flavius Antiochianus P. V.*

286. *Maximo II. & Aquilino. Iunius Maximus P. V.*

288. *Maximiano II. & Ianuario. III. Kalendas Martii, Pomponius Ianuarius P. V.*

291. *Tiberiano II. & Dione. XII. Kalendas Martii, Iunius Tiberianus P. V.*

314. *Volu-*

314. *Voluſiano & Anniano. Rufius Voluſianus P. V.*
334. *Optato & Paulino. V. Kalendas Maji, Anicius Paulinus P. V.*
349. *Limenio & Catulino. Limenius Præfectus Prætorio & Vrbi. Ceſſaverunt Præfectura dies XLI. a die VI. Idus Aprilis uſque in XV. Kalendas Iunii. XIV. Kalendas Iunii, Hermogenes Præfectus Prætorio & Vrbi.*

Si, qualis *Anonymi de Præfectis Vrbi* ab a. Cti 254. ad a. Cti 354. Bucherianus eſt laterculus, de *Præfectis Vrbi* ſeculi poſt C. N. quinti extaret, in eo, puto, ſic legeremus ad a. Cti 487.

*Boëthio ſolo. Manlius Boëthius P. V.*

neque hoc tantum, ſed ſorte ex eodem cognoſceremus, qoo anno *Manlius Boëthius* primum *Præfectus Vrbi* fuiſſet. quod in tanto antiquitatis naufragio in incerto relinquendum eſt, non item, quo anno P*ræfectus* V*rbi* SEC*undo* fuerit, licet BOVHIERIVS pag. 103. *lin.* 16. *præfectura urbana*, a Boëthio *bis* geſtæ, annum utrumqne æque incertum habuerit.

Si vel maxime prodiret laterculus *Præfectorum Vrbi*, ex quo *Boëthium* a. Cti 487. *conſulem ordinarium*, & *præfectum urbi ſecundo* ſimol noo fuiſſe conſtaret, ne tonc quidem BOVHIERII ellipſin τῦ (*ex*) ſine metu omni reciperemus. Poſſet enim tunc cogitari, Boëthium EX P*ræfecto* P*rætorio*, i. e. codicillarem tantum ſeu honorarium fuiſſe *prætorio præfectum*: contra ea *præfecturam urbis* re vera bis eum ante conſulatum geſſiſſe. v. ad Bouh. pag. 290. *lin.* 29.

Tandem hoc (*ex*) ellipticum hoc etiam incommodo laborat, ut difficillimom ſit depungere, ubi ſiſtamus. Si (*ex*) P*ræfecto* V*rbi* SEC*undum* legi debet, cur non continuabimus (*ex*) CONS*ule* ORD*inario*, ut *præfectorius* iterum, idemqne *conſularis*, ſeu *præfectura urbis* bis, & *conſulatu ordinario perfunctus* intelligatur? An poſt (*ex*) *Præfecto* V*rbi* SEC*undum* ſtatim, ante CONS*ul* ORD*inarius*, gradum ſiſtentes propterea, quia DIPTYCHON eſt, a CONS*ule* ORD*inario*, annnm aperiente ſeu referante, donatum, (*ex*) CONS*ule* ORD*inario* non legemus? Fac non in ebore conſulari, ſed in marmore legi EXPRAEF. PRAET. PRAEF. VRBI. II. CONS. ORD. qua tunc arte definies, ante PRAEF. VRBI. II. ellipſin τῦ (*ex*) neceſſariam eſſe, ante CONS. ORD. eadem non amplius opus eſſe? Non ſine cauſſa vereri videmur, ne (*ex*) ingenioſe rebus expediendis excogitatum, pluries nodos nobis nectat vix ſolvendos. In Diptycho certe Boëthii Brixiano, meo quidem judicio, nulla neceſſitas adeſt, ut (*ex*) παρ' ὑπόνοιαν & ſuſpicioſe magis, quam κατ' ἔννοιαν & ἰδιωτικῶς admittamus.

Conſnlibus, iisdemqne ipſo conſulatus ſui anno Præfectis Vrbi, paullo ante ex Anonymi libello oſtenſis, addo *Rufium Albinum*, qui a. Cti 335. conſul, biduo ante, quam conſulatu abiret, Præfecturam Vrbis adhuc conſul gerere cœpit, teſte certiſſimo ſcriptore eodem de Præfectis Vrbi anonymo: in quo quod editum eſt, a. Cti

335. *Conſtantio & Paulino. III. Kalendas Ianuarii, Rufius Albinus P. V.* librarii corruperunt; auctorem enim ipſum pro *Paulino* ſcripſiſſe *Albino* mihi, ſcio, non negabis, quoscunque Faſtorum libros conſulueris. Taceo lapidem, quem habent Grut. 387 : 3. Rel. Faſt. pag. 337. poſt Gruterum Mur. 375 : 3. Pagius Crit. Ann. Bar. ad a. Cti 314. aliique : in cujus initio

CEIONIVM. RVFIVM. ALBINVM
V. C. CONS. PHILOSOPHVM
RVFI. VOLVSIANI. BIS. ORDINARI. CONS. FILIVM

legimus. Nobis nunc brevibus eſſe incumbit, ſufficitque, *Rufium Voluſianum* patrem, & ejus filium *Rufium Albinum*, ambo & conſules & præfectos urbi fuiſſe, patrem a. Cti 314. filium a. Cti 335. quod utrumque Anonymus de præfectis urbi teſtatur.

Videamus & hæc Anonymi, ad a. Cti

316. *Sabino & Rufino. Pridie Nonas Auguſti, Ovinius Gallicanus P. V.*

317. *Conſules quos juſſerint DD. NN. Auguſti. ex die XIII. Kalendas Martii, Gallicano & Baſſo. Idibus Maji, Septiminus Baſſus P. V.*

318. *Licinio V. & Criſpo Cæſare. ex die III. Idus Iulii in Idus Auguſti, vice illius cognovit Iulius Caſſius, eo quod ad Auguſtum profectus eſt. Septiminus Baſſus regreſſus P. V.*

319. *Conſtantino V. & Licinio Cæſare. Kalendis Septembris, Valerius Maximus Baſilius P. V.*

Ita duo ejusdem anni conſules, Gallicanus & Baſſus, ipſo conſulatus ſui anno in *præfectura urbis* ſucceſſores fuiſſe deprehenduntur. Nam Gallicanus, nondum conſul, Pridie Nonas Auguſti a. Cti 316. *Præfectus Vrbi* factus, usque ad Idus Majas a. Cti 317. *Præfecturam Vrbanam* adminiſtravit, quum XIII. Kal. Mart. ejusdem anni Cti 317. conſul jam eſſet factus, adeoque & conſul & *præfectus urbi* eodem conſulatus ſui anno ſimul fuit. Sic & collega ejus Baſſus, XIII. Kal. Martii a. Cti 317. cum Gallicano conſul factus, Idibus Majis ejusdem anni *Præfecturam Vrbanam* accepit, & usque ad Kalendas Septembres a. Cti 319. *Præfectus Vrbi* ita fuit, ut ex die III. Idus Iulias a. Cti 318. vice ejus, ad Auguſtum profecti, quoad rediit, i. e. in Idus Auguſtas a. Cti 318. Iulius Caſſius cognoverit. Quare non dubitandum videtur, etiam Baſſum a. Cti 317. ſimul conſulem & *præfectum urbi* fuiſſe: ut hic alter conſul, qui ab noviſſimis Faſtorum editoribus a. Cti 317. ἁπλῶς *Baſſus* dicitur, nomine quoque gentilitio auctius *Septiminus Baſſus* vocari debeat, quo modo collega ejus non nudo cognomine *Gallicanus*, ſed plenius *Ovinius Gallicanus* ab iisdem recte vocatur.

Mur. 359 : 2. ad a. Cti 237. quo Perpetuus & Cornelianus conſules fuere, agri Præneſtini inſcriptionem refert, quam ob ultima verba

*Dedit :* OTVINIO. COS

ad *Ovinium* conſulem nos ducere arbitratus, in dubioque poſitus, in medio relinquit, rectiusne ad L. *Ovinium* Cornelianum conſulem a. Cti 237. an ad *Ovinium* Gallica-

Gallicanum conſulem a. Cti 317. ſpectet. *Gallicanum* gentis *Ovinia* fuiſſe certius conſtare, quam *Cornelianum*, Muratoriumque eodem jore demum pag. 372. ad a. Cti 317. inſcriptionem daturum fuiſſe, omitto dicere: quia oobis ſufficit aperire, eam ad neutrum annum pertioere. Quum enim mecum cogitarem, legenda eſſe verba extrema

DO*navit*: T. VINIO. COS

ut, prænomioe a nomine, cui male coaluerat, ſeparato, intelligatur *T. Vinius* Rufinus conſul a. Cti 69. quid inveni? Ad a. Cti 69. accedens magno inſcriptionum repetitori magnæ fraudi fuiſſe vidi, male eum oblitum eſſe, ſe ad a. Cti 69. pag. 307. loc. 5. ipſum iſtud ſaxum jam dediſſe verius & emendatius

D*edit*, D*icavit*: T. VINIO. COS

Vt coalitio vocum OTVINIO egregie ſefellit Muratorium, a quo ind. 5. ſeu conſulum *Otvinius conſul* ex 359: 2. eſt datus: ſic non minus deceptus eſt, in iod. 17. ſeu nominum admiſſa *Salpetina* ex 307: 5. in quo oomine aures Romanæ peregrinantur. Nemo autem non videt, extrema verſus quioti PRO. SAL*ute*, ab ioitio verſus ſexti PETINAE eſſe ſejungenda. Similem errorem Fabretti de gente SINPETTIA caſtigavimus Bouhierius & ego, pag. 120. *lin.* 15. pag. 149. *fin.* 150. *init.* pag. 235. *lin.* 21. vicinitasque erroris me movet, ut moneam de expuogenda ex Muratoriaoo indice

*Sentatinia Q. F. Fulvianina.* 1058: 7

En ipſum lapidem cum nota Muratorii. *In Luſitania*, *ad* Santiago de Caſſera. *Ex Hiſtoria Academiæ Regiæ Oliſipponenſis.*

C. NVMISIO. C. F. FVSCO
VI. VIRO. SEN
TATINIA. Q. F.
FVLVIANILLA
VXOR
PERMITTENTE ORD.
MERORIG.

„*Merobrica* oppidum Luſitaniæ memoratur Plinio, ſitum ad oram Oceani, ubi nunc „*Santiago de Caſſera.* Si recte deſcriptum habemus honc lapidem, *Meroriga* reſtituen„dum eſt in Codicibus Plinii. Duo quippe diverſa Oppida excogitare, ut alii fa„ciont, non audeo. *Numiſius* iſte *Fuſcus* dicitur *Sevir. Sen.* ideſt *Senior*, oiſi velis „*Senticæ* in Vrbe Hiſpaniæ Tarraconenſis, nunc *Zamora.*„ MVR. Quia male deſcriptum lapidem habemus, Plinius non eſt ſollicitandus, ſed ex Plinio lapidis typus Muratorianus MERORIG. io MEROBRIG. corrigendus. Sexviri in SEN*iores* & IVN*iores* diſtincti ex lapidibus adeo ooti ſunt, ut VIVIRO SEN*iori*, ubi? domi ſuæ, *Merobricæ* ſeu *Merobrigæ*, factum monomentum longe præferamus VI. VIRO. SEN*ticenſi.* Lapidem hunc jam prodiiſſe in Grut. 442: 9. qui ignoraſſet

 MV-

MVRATORIVS, niſi in Grutero quærendi labor ei viſus eſſet potius, quam voluptas. De hoc certe lapide alium colorem, Em. QVIRINE, pro Muratorio num mihi dices?

## XXXXII.

### SEC. *iteratum notat honorem.*

De Brixiani Diptychi SEC. non eſt, cur multa commeoter, poſtquam eo facientia larga manu jam dedi cum in magna ad BOVHIERIVM de Diptychis epiſtola, tum in hujus etiam majoris, quam ad TE nunc ſcribo, partibus ſuperioribus & παρασκευαστικῇ & ἀνασκευαστικῇ.

Siglas EXPPPVSECCONSORD legimus EX *Præfecto Prætorio*, *Præfectus Vrbi* SEC*und.* CONS*ul* ORD*inarius*, ſed ita ut SEC ad priora PV adpertinere, minime ad poſteriora CONSORD, ot a LEICHIO factum eſt, promoveri poſſe, cum BOVHIERIO exiſtimemus: quia nllus BOETHIORVM numquam SEC*undum* CONS*ul* ORD*inarius* fuit. v. Part. ἀνασκευας. th. XXVIII. pag. LXXIIII. *lin.* 14. & th. XXX. pag. LXXXIII. *med.*

Magiſtratus & honores iteratos quatuor fere modis in antiquis monumentis notari ſolitos eſſe, aut numeri nota II. aut hujus numeri loco voculis ITERVM vel BIS vel SECVND. ſcripſi ad Bouh. p. 329. *lin.* 23. & pag. 330. *lin.* 16.

SEC. vel SECVND. & auferendi & accuſandi caſo legi poſſe, vel SEC*undo* vel SEC*undum*, Part. I. παρασκευας. th. III. & IIII. ita disputavi, ut theſin V. non dubitaverim ſic iochoare. „Si in diptycho Boëthiano tantum de SEC. quæreretur, „utrum a *Bouhiero* rectius SEC*undo*, quam SEC*undum* a *Leichio* eſſet lectum, cum „bona utriusque gratia Plautinum dicerem, *ciccum non interduim.*„

Hæc theſi huic XXXXII. jam ſufficere facile poſſunt. quam tamen ne præter conſuetudinem noſtram nimis ſterilem cauſſeris, & vitio des, de repetitorum munerum nota olim & varie ſcripta, & varie poſita, ex infinitis exemplis paucula dabo, incertus, quo evadam.

*Quo me cunque rapit tempeſtas, deferor hoſpes.*

A.

In Grut. 369: 2. mentio eſt AVFIDI*i* VICTORINI
PRAEFECTI. VRBIS. II. COS

Pro II. Boiſſardum BIS. habere in ed. Grut. ſec. notatum eſt. Si Boiſſardus VRBI. non VRBIS. exſcripſiſſet, finalem literam S. & II. ex BIS male natum crederem.

Almel. Faſt. T. II. pag. 285. ad a. Cti 183. de L. Aurelii Commodi Aug. IV. coofulis collega M. Aufidio Victorino II. conſule hæc notat: *Obſervat vir eruditiſſimus Guil. Fleetwood in notis ad Inſcription. Syllog. pag.* 19. *Faſtos Conſulares quidem mentionem*

*nem facere primi Conſulatus Victorini, non autem ſecundi. Verum Inſcriptiones apud Gruter. pag. 35. n. 1. & pag. 129. nec non alia quæ exſtat apud Phil. a Turre in Monument. Veter. Antii pag. 388. plane contrarium docent, quippe quæ omnes numerum II. exhibent, ſic ut forte prima vice fuerit ſuffectus.* Quam ſui Faſtorum conſularium indicis utilitatem eſſe dixerit Almeloveenius v. ad clariſſ. GOR. p. 372. *lin.* 17. at quas putavit eſſe inſcriptiones duas in Grut. 35: 1. & 129: 6. ſunt nonniſi una, ut in Grut. ed. ſec. monitum eſt. Quam ex Ph. a Turre memoravit, habet Mur. 340: 2.

Mentem Fleetwoodi, cujus librum necdum habeo, an rite ceperit Almeloveenius, hæreo. Ille enim hoc videtur voluiſſe tantum, in Faſtorum Conſularium libris antiquis editis *Victorinus* conſulem a. Cti 183. ſine iterati conſulatus nota memoratum eſſe. id quod revera ita ſeſe habere, ex ſex auctoribus Faſtorum ab Rel. Faſt. pag. 58. adductis videmus. Noluiſſe autem Fleetwoodum negare, *Victorinum* conſulem a. Cti 183. in lapidibus *iterum conſulem* legi, neque exiſtimaſſe, iteratum hunc ejus conſulatum potius, quam primum ceu ſuffecti tantum conſulis, ignorari, probabilis mihi conjectura eſt, quia apud Rel. pag. 59. lego, Fleetwoodo *Aufidium Victorinum conſ. II. in a. D.* 183. ex ipſo ſaxo Gruteriano 369: 2. agnitum eſſe, miror que, ab Relando Fleetwoodum & Rybiſchium citari, Gruterum taceri.

Etſi autem τὸ II. ſeu BIS. inter PRAEFECTI VRBIS & COS interjectum poſſet accipi PRAEFECTI VRBIS *iterum* ſeu BIS, & CO*nSulis*, ut prioris conſulatus in Faſtis non reperiendi, ſed ignoto anno quodam ſuffecti tantum, ratio non magis ſit habita in hoc lapide, ac in Faſtorum ſcriptoribus antiquis: non repugno tamen jungentibus II. ſeu BIS COS. & de iterato conſulatu, non de iterata urbis præfectura accipientibus. quia in aliis lapidibus indubiis idem *Victorini* conſulatus cum nota II. occurrit. Ponendum autem eſt in exemplis minus frequentibus, in monumento hoc ſeculi poſt C. N. ſecundi τῷ COS. notam numeralem II. ſeu τὸ BIS ſic præpoſitum eſſe: tunc enim poſtponi magis conſuevit. Non loqui me de paribus conſulum, quorum ambobus aut alteri tantum numerales notæ ante COS. de more adponuntur, ne monendum quidem eſt. v. ad Bouh. pag. 330. *lin.* 20. & pag. 331. *lin.* 14.

*Victorinum* hunc Caſaubonus Aelio Lampridio in Commod. cap. 4. pag. 485. ed. Hack. pro *Vitruvio* inſerre voluit, cui connivente ad id Salmaſio vehementer reclamavit Reineſius Var. Lect. lib. 3. cap. 2. pag. 340. *med.* inſcriptionis Gruterianæ ſic ibi memor, ut de M. Aufidio *Victorino*, qui fuerat *Præfectus urbi*, optime ſcripſerit, eundem fuiſſe *bis conſulem*, *M. Corn. Frontonis Oratoris*, magiſtri Imperatorum Luci & Antonini, *generum*, *fide lapidis inſcripti apud Grut*, 2. *ſ.* 369.

Vel ſola *generi* voce uſus REINESIVS, ſaxorum plurimorum Oedipus, dilucide explicat, qui in ſaxo Gruteriano *Aufidiæ* gentis hominibus interpoſitus ſit *Corneliæ* gentis vir laudatiſſimus, Fronto Orator, de quo Gatakerus ad M. Antonin. lib. 1.

*Ἰῶν ἰς ἰαυλὸν* §. XI. p. m. 14. a. multorum præconia collegit, in eis & Panegyrici veteris hoc, *Fronto Romanæ eloquentiæ, non ſecundum, ſed alterum decus*, ut Ciceroui, quem primum omnes agnoſcant, non ſecundum, ſed parem velit. quæ legenti mihi in mentem venit loci Nepotis 16: 4: 3. ad quem curam doctorum ipſis Panegyrici veteris verba pulcre contuliſſe video.

B.

In tribus ejusdem hominis, Memmii Vitraſii Orfiti, inſcriptionibus Gruterianis inciſum eſt, BIS. PRAEF. VRBI. 38: 6. ITERVM. PRAEF. VRB. IVDEX. SACRAR. COGNITION. TERTIVM. 284: 8. PRAEFECTO. VRBI. -- AC. TERTIO. SACRARVM. COGNITIONVM. IVDICI. -- LEGATO. SECVNDO. DIFFICILLIMIS. TEMPORIBVS. PETITV. SENATVS. ET. *Populi Romani.* 438: 1. ſeu Smet. 68: 7.

Peſſime Smetius in ſuo honorum iodice, *Legatus ſecundus.* 68: 7. Quanto melius Scaliger ind. 5. *Legatus ſecundo difficillimis temporibus petitu Senatus & Po. Ro.* 438: 1. conf. Mur. 720: 2. 721: 1. Theſi XXXVIII. pag. cv. *lin.* 36. ex Trebellio Pollione relatus eſt Cenſorinus, *legatus prætorius ſecundo*, ædilitius quarto, quæſtorius tertio, *extra ordinem quoque legatione Perſica functus, etiam Sarmatica.*

In edit. Grut. ſec. 438: 1 ad voces PRAEFECTO VRBI adeſt notula *A. Cti* 353. *& ſequ.* Recte: nam Anooymus de Præfectis Vrbi T. XI. Græv. pag. 390. ſic definit, a. Cti

353. *Conſtantio VI. & Conſtantio II. Varatius Cerealis P. V. VI. Idus Decembris, Vitraſius Orfitus P. V.*

354. *Conſtantio VII. & Conſtantio III. Vitraſius Orfitus Præfectus Vrbis.*

Satis conſtat, annis etiam ſequentibus Præfectum Vrbi fuiſſe *Orfitum.* Vid. Gothofr. Chronol. Codic. Thedoſ. ad annos Cti 353 —— 360.

Num ergo parvus error eſt Contelorii? T. I. Sallengr. pag. 535. *Orfitum* hunc peſſime eumdem opinatur Orphito Præfecto Vrbi, cui viventi, ſed petenti, ſucceſſorem dediſſe Antoninum Pium narravit nobis Capitolinus ſupra th. XXXX. pag. CXIIII. *lin.* 7. Ut alia multa taceam, cur vel ex lapide, quem ipſe adduxit, & cujus nos ex Grut. 284: 8. jam meminimus, noo ſapuit Cootelorius? Imperatorum Antonini Pii & Cl. Iuliani tempora quantum diſtant!

C.

Grut. 160: 4. CONS. PRIMVM. 1082: 13. COS. PRIMVM. & 159: 7. COS. IIII. PRIM. ubi infeliciter intruſa eſt quaternarii numeri nota, IIII. quam expunxit Maſſonus in Anim. Holth. & ante eum Seldeous de Syuedriis 1: 10. p. m. 182. Plura non deſideras.

XXXXIIII.

# XXXXIII.

## CONS*ul* ORD*inarius.*

Quod toties ſine N occurrit COS. pro *Conſul*, haud raro illis maxime temporibus, quibus diptycha, quæ reſtant, conſularia ſunt fabricata ebore, in monumentis CONS. ſcriptum invenitur. v. Fabr. pag. 542. b. G. nam de vocis *Conſul* orthographia olim variata nunc ſcribere conſilium non eſt.

Nequeo vero mihi temperare, quo minus unum exemplum antiquitatis afferam, ex quo intelligi poſſit, ſiglam CONS. ſiniſtre a doctiſſimis viris interdum acceptam eſſe. Marm. Piſaur. pag. 59. num. CXL.

D
TIG    *pareta*    RIDI      leg. *patera*
*perforata*
APER
CONS

*Ex Oliverio* dat Mur. 1603: 13. in media inſcriptione pro *patera perforata* figuram habens, cujus generis plures in unum contulit locum Fabrettus initio capitis ſecundi ſic inſcripti pag. 63. DE. OPERCVLIS. AD. LACHRYMAS. ET. LIBATIONES. EXCIPIENDAS. *deque. Geniis. ac. Manibus.* Si MVRATORIVS notam OLIVERII pag. 191. legiſſet, eam ſecutus textum accuratius ita dediſſet, ut ne vocem APER verſus tertii initio, & vocem CONS verſus quarti fine poneret, ſed, omiſſo intervallo, uno verſu tertio ambas voces

APER CONS

concluſiſſet: nam doctiſſimus Marmorum Piſaurenſium editor & inluſtrator OLIVERIVS hæc commentatur pag. 191.

„Veſtigia literæ M e regione D, quibus formula D. M. deſignabatur, in mar„more apparent.

„APER CONS. Ita ut edidimus exhibent hanc Inſcriptionem MSS. Collectio„nes; Verum repurgato marmore plane conſtitit memorata verba recta linea ſcribi, „ac proinde non Apri alicujus Conſulatum denotari, ſed Aprum ſervum fortaſſe ali„quem Tigridi contubernali ſuæ, quam *conſortem* appellat, monumentum poſuiſſe. „Verbum *conſors* poſt omnes dumtaxat barbarorum incurſiones pro *conjuge* uſurpa„tum colligi poteſt ex Cangii Gloſſario. V. *Conſors*; tamen apud antiquos etiam „aliquando in uſu ſuiſſe Inſcriptio noſtra evincit. Inde fortaſſe ea vox conjugibus „aptari cœpit, quod non ſolum thalami conſortes eſſent, ut ait Ovidius lib. X. „metam. (verſ. 246.)

„ *Thalami conſorte carebat.*

„verum etiam individuam vitæ conſuetudinem haberent. Profecto plurimæ voces, „quæ commoni, vernaculoque ſermone celebrabantur, in antiquis Scriptoribus, qui „ſedulo illas fugiebant, fruſtra requiruntur.„

Ex uno lapide Piſaurenſi veterum latinorum linguam novo vocis *Conſors* ſignificatu locupletari, quo *conjugem* vel *uxorem* denotat, non eſt neceſſe. Legi enim poteſt, quin debet, APER CONS*ervus*, vel CONS*erva*. Vocabula *conſervus*, *conſerva*, optimæ & caſtiſſimæ latinitatis ſunt, quæ docentibus vel Lexicis in Terentio & Cicerone ipſo leguntur, nec non in ſexcentis marmoribus occurrunt, quorum aliquot eodem modo breviate ſcriptum CONS. i. e. CONS*erv.* exhibent. Vide, quæ de ſigla hac CONS. ſcripſi ad Inl. BLAVRERVM noſtrum pag. (12.) *fin.* (13.) *init.*

*Le bon Livre que* MARMORA PISAVRENSIA! Emta illa quidem mihi, at quia, quod qui me norunt, mecum dolent, maxima temporis penuria laboro, ſpeque maxima, melius fore, quam in manibus habebam, ſubito ictu nuperrime decidi, nondum lecta, in loculo repoſiturus, optimo quodam fato incido in paginam notarum 155. monumentique, in quo icon *ciſti* reperiretur, cognoſcendi ſtudio abreptus, vidi OLIVERIVM num. LXIX. ipſam inſcriptionem a Grut. 369: 2. prolatam, de qua hodie ad TE, Oliverianorum plane inſcius, ſcripſeram tb. XXXXII. lit. A, ex ipſo lapide αὐτόπτην dediſſe, ut non poſſim non quædam ſuperaddere, a theſi XXXXIII. a qua eram abiturus, non abhorrentia: ad verba enim diptychi conſularis CONS. ORD. commentor.

NEPOTIS, quod & Aldi (cujus orthographiam p. 642. num. 15. citat Oliverius, de ſaxi quoque loco admodum diverſe & perverſe ab aliis tradito docens) typus habet, pro NEPOTI marmorarium dediſſe me non magis turbat, atque OLIVERIVM. De hac caſuum diſcordia, qua in titulis maxime ſepulcralibus poſt D. M. dativi & genitivi permixti ſunt, memini in epiſtolis epigraphicis a me ſcriptum eſſe, & alibi latius diſſeram ad ſaxum Helveticum Imperiale, in quo genitivus PII pro PIO, ut in Piſaurenſi NEPOTIS pro NEPOTI, in media inſcriptione interjectus valde exercuit τὸν μακαρίτην Baſilienſium Theologum Iac. Chriſtoph. ISELIVM, cujus ad lapidem iſtum commentationem ex ejus chirographo, faventibus magni HOTTINGERI noſtri, ad quem ISELIVS miſerat, heredibus, pridem deſcripſi, publici eam juris aliquando facturus.

Verſum, quem unum ſupra adduci e re noſtra fuit, OLIVERIVS ſic dat,

PRAEFECTI VRBI BIS CONSVLIS

& commentario tam egregie illoſtrat, ut ἐξ ὄνυχος λέοντα metiens tam videam animo, quam quæ oculis cernuntur, fore ut inſigni fructu notæ OLIVERII a me legantur, quarum rationem dignam MVRATORIVM in ſuo Theſauro rarius habuiſſe, metuo ne verum ſit. Si ſaxorum exſcriptores & editores tanta peritia, eruditione tanta, antiquitatem tractaſſent, qua OLIVERIVS, certius atque conſtantius Inſcriptionum antiquarum ſtudium ſeſe haberet, neque opus fuiſſet, in averſa tituli *Marmorum Piſaurenſium* pagina triſte Perſii initium poni. Laudavit mihi OLIVERIVM in literis ad me datis Inl. Marchio MAFFEIVS, qui quantum & in hoc literarum optimarum genere excellat, notiſſimus eſt.

De

De indicibus inſcriptionum commentarium admittentibus ſupra pag. CXIII. *fin.* CXIIII. *init.* locutus citavi epiſtolam epigraphicam primam p. (4.) ubi *lin.* 9. in doctiſſimis viris, qui inſigni literarum antiquarum commodo indices epigraphicos examini ſubjecerint, OLIVERIVS a me commemoratus eſt. quæ quum ſcriberem, *Marmoribus* ejus *Piſaurenſibus* nondum viſis, memineram, quemdam GORII, de re antiquaria optime meriti (quo eum elogio ornat merito OLIVERIVS pag. IX. præf. ſuæ ad Marm. Piſaur.) Indicum Donianorum locum ab OLIVERIO eſſe correctum, in ipſo GORIO me legiſſe. quæ dum jam relego Inſcr. Etr. T. III. pag. 156. *med.* & cum Oliveriana notarum pagina 146. num. LV. compono, OLIVERIVM video ſiglas P. P. LEG. a GORIO ind. Don. 6. lit. P. ante fin. *ProPrætor* legionis male expoſitas, maluiſſe *PræPoſitus* explicare, quæ doctiſſimus GORIVS, quo nemo bono minus aſper eſt monitoribus, facile & gratus admiſit: easdem tamen ſiglas etiam *PrimiPilus* vel *PrimiPilaris* LEG*ionis* ſignificare poſſe. quæ gemina agnoſcis illis, quæ in ſuperioribus ſemel atque iterum de ſiglis P. P. militari ſenſu occurrentibus nos ſumus commentati. neque de P. P. dicendi campum nunc emetiemur. amplior locus requiritur. v. Τετραξ. p. 500. *lin.* 15.

OLIVERIVS ad ſaxum a Grut. 369: 2. datum commentans pag. 158. *Quo tempore*, inquit, *Conſulatum hunc ſuffectum geſſerit M. Cornelius Fronto Orator*, *haudquaquam facile eſt ſtatuere. Scaliger in Indice Gruteriano Cap. XXIII. pag. CLXI. anno V. C. DCCCLII. Conſulem ſuffectum fuiſſe Frontonem arbitratur; ſed hoc falſum eſt: conſtat enim ex Auſonio Frontoni a M. Antonino Conſulatum delatum, quem tamen anno V. C. CMXV.* (al. 913. Cti 161.) *imperare cœpiſſe ſcimus.* Recte caſtigat locum indicis Gruteriani. eſtque ita, ut dicit, in Grut. ed. ſec. ind. 23. pag. 161. col. a. voc. M. *Cornelius* editum,

„ M. Cornelius Fronto Orator. Cos. 369: 2. ſuff. A. V. C. 852. poſt C. N. 100. „ addo, quod in eod. ind. inferius pag. 182. col. a. extr. voc. *Fronto* ſic ſcriptum eſt, ut annus unus ſit imminutus,

„ Fronto Orator. Cos. (M. Cornelius) 369: 2. A. V. C. 851. poſt C. N. 99. „ Sed hæc HOLTHENI ſunt. SCALIGERI non ſunt, & SCALIGERO indigna eſſent.

SCALIGER, conſules ind. 22. dare contentus, ind. 23. ed. prior. nonniſi hoc dederat,

„ M. Cornelios Fronto Orator. 369: 2. „

HOLTHENVS autem indicem maxime 23. locupletaturus, at ſua a Scaligeranis diſtinguere male oblitus maximam partem, inſeruit Auguſtos, Auguſtas, Cæſares, & tam in Faſtis quam alibi deſcriptos Conſules, tempus adnotans, quo hi functi ſunt Conſulatu, ſecundum Faſtos Almeloveenianos, ut in ſua ad lectorem præfatiooe Tomo IV. ſeu Indicibus Gruterianis præmiſſa ſcribit.

Num ergo errorem de Frontone Oratore, conſule a. Cti 100, HOLTHENVS ex Alm. Faſt. T. II. p. 108. hauſit? Quum optime ibi Almeloveenius M. Cornelium

Frontonem in binos menſes ab Antonino philoſopho, teſte Auſonio, ſuffectum conſulem anno certo non adſignaſſet, ſtatim ſubjecit,

„ A. V. C. 853. (al. 852.) Cti 100,

„ *M. Cornelio* Frontone * III.

„ *Vlpio* Trajano A. III.

„ * An hic? de quo Gruter. Inſcr. p. 369. n. 2. „

Non modo interrogatiuncula Almeloveenii κακίστου κόμματος eſt, ſed etiam M. Cornelius Fronto tertium Conſul, collega datus Trajano Imp. tertium conſuli, οὔτ' ἐν λόγῳ οὔτ' ἐν ἀριθμῷ babendus. Io neutro moramur, qoia utramque Panvinianam fabulam Noriſius in ep. Conſulari ab Oliverio laudatus exploſit.

SCALIGER ind. ſuo Gruteriano 22. ſeu conſulum hæc habet in conſulibus ſingularibus, litera C.

„ M. Cornelius Fronto Coſ. 369: 2. „

& litera F. „ Fronto Coſ. 369: 2. „

Poſterius hoc Scaligero, qui unum eumdemque conſulem bis, primo ſub gentilitio nomine, deinde ſub cognomine, minime ponere ſolet, minime deſignat eumdem M. Cornelium Frootonem, ſed omnino Frootonis oratoris ex filia nepotem, qui in 369: 2. ſolo cognomine dictus FRONTO COS, vel CONSVL, Scaligero optime intellectus eſt *M. Aufidius* FRONTO, P. Cornelii Anullini (iterum conſulis) collega a. Cti 199. id quod ipſe nos docet Scaliger: nam ind. 22. in paribus conſulum voc. *Cornelius* relati ab eo ſunt

„ P. Cornelius Anollinus } 313: 5. 369: 1. 673: 12. „
„ M. Aufidius Frooto }

HOLTHENVS, qui ibi poſt *Anullinus* recte addidit iterati conſulatus notam II. ex numeris Scaligeri ſine ullo indicio omiſit medium 369: 1. quem fallentem facile reſtitoimus 369: 2.

Neque hanc τῶν 369: 2. omiſſionem vitio verterem HOLTHENO, quia in 369: 2. non par conſulum, *P. Cornelius Anullinus II. & M. Aufidius Fronto*, leguntur, ſed uous *Fronto:* oiſi a Scaligero optime, ut vidimus, ind. 22. datus *Fronto Conſul* a. Cti 199. ex 369: 2. prorſus ab Holtheno ind. 23. eſſet neglectus. Holthenianus enim index 23. pag. 182. col. a. voc. *Fronto* ſic babet:

„ Frooto Cos. (M. Aofidius) 171: 7. 263: 1. 313: 5. 673: 12. A. V. C. 951. (poſt C. N. 199. „

Holtheni indicem 23. auctori ratio omnino poſtolaſſet poſt 313: 5. nomeros 369: 2. ne oobis hanc cooſulem, ex 369: 2. ab Scal. ind. 22. pulcre oſtenſum, & ab avo ejus materno, Frontone oratore, diſtinctum, ind. ſuo 23. ex oculis male ſubductum tolleret totum.

SCALIGER ad Auſon. ed. Toll. p. 714. a. ipſam Gruteri inſcriptionem adtulit, quo aotem anno Frooto Orator conſul ſuffectus fuiſſe videatur, oeque adfirmavit qoid-

quidquam, neque conjecit: absterritus, credo, ipſis Auſonii verbis, feſtiviſſime dicentis, *quærendum reliquiſſe tantum oratorem, quibus conſulibus geſſerit conſulatum.* At magnus OLIVERII animus, quum Panvinium & eum ſecutos de a. Cti 100. miſere deceptos & a Noriſio confutatos docuiſſet, non putans, quia aliis minime proceſſerat,

*Non jam ad ſalutem poſſe converti hoc malum,*

alia rem adgreſſus via, ſedulo fecit & advigilavit, ut, quod Fronto, orator ætatis ſuæ maximus, quærendum reliquerat, inveniret, quibus ille conſulibus geſſiſſet conſulatum bimeſtrem. Diligenter enim inter ſe collatis inſcriptione Gruteriana 968: 17. (leg. 13.) & Chronico Caſſiodoriano ad a. Cti 164. conſulibus *Macrino & Celſo*, verum ingenioſe & ſubtiliter limans, in hanc mentem eſt impulſus, a. Cti 164. conſulibus illis, Frontonem (oratorem) & Candidum ſuffectos conſules fuiſſe, menſibus Majo & Junio. De menſibus a me additum eſſe a ſe implicite dictum non ægre patitur OLIVERIUS.

Tantum abeſt, ſi quid de Frontonis oratoris conſulatu inveniendo præter ſpem evenit, ut OLIVERIO non ignoſcam: laudo vehementer ejus ſagacitatem inveſtigandi. Verum autem ipſum ab eu nobis excitatum eſſe non auſim dicere. Obſtat lapis apud Fabrettum p. 333. n. 496.

## SEX. OCTAVIO. FRONT
## TI. IVLIO. CANDIDO

Opportune hunc Fabretti lapidem contulit Holthenus in ſuis animadvertendis (ad Grut. 968: 13.) pag. 351. a. addens, Fabrettini marmoris conſules a. Cti 105. ſuffectos ſuſpicari Almeloveenium; haud dubie in notis MSC. ad Gruterum, quas Holtheno Almeloveenium ultro obtuliſſe in præfatione legimus Holtheniana, quam paullo ante memoravimus p. CXXXV. *ante fin.* Rectius autem Almeloveenium ſcriptum fuiſſe, anno incerto, at ante a. Cti 105. mox dicemus.

Ind. 23. Grut. ed. ſec. voc. *Candidus*, pag. 144. col. c. *extr.* & pag. 145. col. a. *init.* hæc Holtheniana leguntur:

„ Candidus Cos. 968: 13. A. V. C.... ubi tamen legendum Ti. Iul. &c. uti
„ eſt 184: 5. ubi Cos. II. legitur.
„ Candidus Cos. (T. Inlius) 389.: 2. not. A. V. C. 857. poſt C. N. 105.
„ Candidus Cos. II. (Ti. Iulius) 184: 5. A. V. C. 857. poſt C. N. 105. „

quæ luxata ſic in locum reponenda ſunt:

Candidus Cos. 968: 13. A. V. C....
Candidus Cos. (T. Iulius) 389: 2. not. A. V. C. 857. poſt C. N. 105. ubi tamen legendum Ti. Iul. &c. uti eſt 184: 5. ubi Cos. II. legitur.
Candidus Cos. II. (Ti. Iulius) 184: 5. A. V. C. 857. poſt C. N. 105.

Ita edi voluiſſe ipſum Holthenum, facile vidi ex iis, quæ Holthenus in Variorum animadvertendis p. 333. a. ad Grut. 389: 2. de ſuo adtulit: in quibus ei *Candidus*

 iterum

iterum conſul Qnadrati iterum conſulis collega a. Cti 105. ab V. C. 857. alius plane videtur *Candido*, qui cooſulatum geſſit cum Frontone, cujus meminerit inſcriptio pag. 964: (leg. 968:) 13. Nobis eumdem omoino videri, mox dicendum erit.

Noo dubium eſt, iisdem cooſulibus factum eſſe mooumentum Fabrettinom, quibus Gruterianum 968: 13.

FRONTONE ET CANDIDO COS

Almeloveeniua ex Fabrettina inſcriptione, quam Fabretti libro oon inſtructus ineditam credidit, & ex Ciampini bibliotheca protulit Faſt. Conſ. T. II. p. 335. *init.* iotegra nomina cooſulum ſolo cognomioe io Grut. 968: 13. notatorum ſe didiciſſe profitetur. Hæ inſcriptiooes ambæ erectæ aote a. Cti 105. quo certum eſt conſules fuiſſe

*Ti. Iulium Candidum II.*
*A. Iulium Quadratum II.*

qoo autem antea anno idem *Ti. Iulius Candidus* ſuffectus taotum conſul fuerit, neſcire cogimur. Quum ante a. Cti 105. conſul eſſet ſuffectua, collegam habuit *Frontonem.* at quem *Frontonem?* minime *Frontonem Oratorem*, *Magiſtrum Impp. Lucii & Antonini*, quippe, OLIVERIO ipſo doceote, ab *M. Antonino* demum conſulem factum.

Inſcriptionem Fabrettinam ſeu Almeloveenianam MVRATORIVS ſibi *a V. C. Ioanne Ciampinio* miſſam, quaſi numquam typis publicata fuiſſet, vulgavit 316: 3. minus accurate. Verſu 3. VAERIVS. quod oe typograpbo imputemus, in ind. Mur. 17. ſeu oominum retentus eſt M. *Vaerius* Epaphra. 316: 3. eique comes datus M. *Vaerius* Italus. 1757: 12. At Fabr. & Alm. notiſſimum nomen gentilitium habent VALERIVS: quo modo & in 1757: 12. emendandum videtur. Verſu 4. Mur. ABRVCIVS. at Fabr. & Alm. ABVRCIVS, obque gentem *Aburciam* ad ſaxum hoc provocavit poſtea Fabr. p. 597. a. K. Quæ ad Ciampinianum lapidem Moratotius ootavit oon modo ἐσθλά τε καὶ καλὰ, ſed etiam λυγρά τε καὶ κακὰ, miſſa facimus, quia in OLIVERIO libentius pergimus, viſuri, quoniam de Candido Frontonis in conſulatu collega ex Grut. 968: 13. non procedere videtur, an Caſſiodori locus ſolus taotam oobis rem, quam de Frootooe oratore ſcire expetimus, conficiat.

„Quod ſi, ioquit OLIVERIVS pag. 158. annum quoque divinare licet, pro„fecto annum V. C. DCCCCXVII. (al. 916.) quo Cooſulatum geſſerunt ordinarium „Q. Noriſiua Macrinus, & Celſua, inouere videtur Caſſiodorius io Chronico; ſcri„bit eoim ad eum annum: *His Coſſ. Fronto Orator inſignis habetur, qui M. Antoninum* „*latinis literis erudivit*, quæ verba, niſi de Cooſulatu Frontoni ab Antonino delato „intelligantur, quid ſigoificare poſſiot, oon video.„ Caſſiodorus, ſive Caſſiodorius (ut Inl. MAFFEIVM ex MS. eruiſſe io quorumdam libris legi, quorum, non amplius rite memor, & ſupra th. XVIII. pag. XXXII. *lin.* 32. tetigi) verbis iſtis ao dici debeat *Frontonis oratoris* conſulatum bioieſſiem anno Cti 164. adligaſſe dubitare poſſumus. Oratoris ſummi, quem Pauegyrici veteris auctorem cum Ciceroōe ipſo exæqua-

exæquaviſſe præcedentis theſeos lit. A. p. CXXXII. *init.* diximus, tanta fuit commendatio, & laus tam inluſtri poſita loco, ut in Chronicis poni meruerit. Mos autem Chronicorum eſt, & homines & res ἀξιομνημονεύτους ſæpe ita memoriæ poſteris prodere, ut quæ annis aliquot ſive prioribus ſive poſterioribus eodem jure potuiſſent narrari, certo cuidam anno, nullo conſilio certo, aut nobis certe non cognito, ratione Chronicorum ſcribendorum id ipſum poſtulante, adfixa ſint. quæ haud aliter accipi poſſunt, quam ſi *hac tempeſtate*, aut *his temporibus*, aut *hisce annis*, præfixum legeremus. Ita in Euſebii Chronicorum libro poſteriore pag. 151. edit. Amſt. num. 1953. Olymp. 179: 1. legitur: *Apollodorus Pergamenus Græcus Orator præceptor Callidii & Auguſti clarus habetur.* Nondum tunc Apollodorus præceptor Auguſti, Olymp. 179: 2. demum nati. Alter Apollodori diſcipulus ſeptimo poſt magiſtrum anno memoratur in eodem Chronico num. 1960. Olymp. 180: 4. *M. Callidius orator clarus habetur: qui bello poſtea civili Cæſarianas partes ſecutus, quum togatam Galliam regeret, Placentiæ obiit.* Cur oratores, Apollodorus & Callidius, illis potiſſimum annis, non aliis ejusdem γενεᾶς ἀνθρώπων, in Euſebiano Chronico relati ſint, nemo quærit. Ne quæramus, cur in Caſſiodoriano de Frontone, qui M. Antoninum literis latinis erudivit, ad a. Cti 164. non ad alium potius aunum relatum legamus. Quidquam inde certi, quibus conſulibus conſulatum ſuum Fronto Orator geſſerit, nobis promittere non auſim.

Neque quidquam nos movere debet Caſſiodorianum *His Coſſ.* qua hic formula uti ſolet, quamque ceu abundantem ſeu per ſe patentem omittere potuiſſet. Chron. Euſeb. p. 166. ſub Hadriano Imp. ad a. Cti 120. *Plutarchus Chæroneus, & Sextus*, (Sextus nimirum & ipſe Chæroneus Plutarchi nepos, quo uſus præceptore M. Aurelius, ut eſt in Animadverſionibus SCALIGERI pag. 211. a.) *& Agathobulus, & Oenomaus Philoſophus inſignes habentur.* Brevius ad eumdem annum Caſſiod. *His Coſſ. Plutarchus philoſophus inſignis habetur.*

Ita Chron. Euſeb. pag. 169. ſub M. Antonino & L. Vero Impp. ad a. Cti 164. *Fronte* (leg. *Fronto*) *Orator inſignis habetur, qui M. Antoninum Verum Latinis literis erudivit.* Vides quo fonte hauſta ſint, ab OLIVERIO data Caſſiodori ad eumdem annum verba. Num ergo Caſſiodori Chronicon nobis annum ſuffecti conſulis *Frontonis Oratoris* magis, quam Hieronymi Euſebianum, oſtendere credemus? Neutrum, me judice, ſuffecti hujus conſulatus rationem habuit ullam, quia *Fronto* non illis tantum conſulibus, quibus conſul erat bimeſtris, *orator inſignis* habitus eſt.

Horum Chronicorum verba, *Frontonis* diſcipulum unum, *M. Antoninum* philoſophum, referentia, faciunt, ut magni Scaligeri conjecturam, quia in lapide vetere *Frontonis. Oratoris. Conſulis. Magiſtri. Imperatorum. Luci. et. Antonini.* mentionem videbat, fortaſſe apud Auſon. Grat. Act. p. 714. *Aug.* vel *Auguſti* pro *Augg.* vel *Auguſtorum* irrepſiſſe, minoris faciam, & incertiorem putem.

Ab OLIVERIO conſules ordinarii a. Cti 164. *Q. Noriſius Macrinus*, & *Celſus*, vocati ſunt. *Q. Noriſius*, prænomen & nomen *Macrini*, non optime irrepſerunt. Credo eom, *Noriſii* epiſtolam conſularem in oculis habentem, *M. Nonium* Macrinum & Celſum ſcribere voluiſſe. Sed & hoc *M. Nonio* valere juſſo Fabrettus Inſc. p. 507. b. *M. Pompeium Macrinum* & *P. Iuventium Celſum* ita demonſtravit, ut contra iri non poſſit. Merito ergo nil tergiverſati hæc horum conſulum nomina receperont Rel. Faſt. p. 37. & Mur. pag. 335. ante num. 4.

Fabrettus Noriſianum *M. Nonium Macrinum conſulem* Pagio male probatum ſcribit. Male etiam probavit *N. Nonium Macrinum conſulem* Gruterus in ſuis Corrigendis ad 19: 2. ſcribens: „Vix eſt, ut non præferam, quod exceperat verſu poſtre„mo Pighius. MACRIN. CONS. quæ vox ultima *Conſulem* deſignabit nobis, non „*conſecrationem.*„ unde io Grut. ed. ſec. 19: 2. notula ultima eſt nata. „COS. An. „V. 910. Pigh.„ Pro 910. legendum 916. i. e. a. Cti 164. Ob ſiglas v. 1. N. N. a Scaligero, quia prænomen N*umerius* verſu penultimo aderat, ind. 20. acute explicatas, *Duorum Numeriorum*, de hoc ſaxo poſt Scaligerum egit Vrſatus T. XI. Græv. p. 878. *extr.* 879. *init.* ubi non modo p. 878. *F.* pro 19. 19. corrigi debet 19: 2. ſed etiam p. 879. *lin.* 5. inter Vrſati verba *quippe* & *illud* excidit I. litera finalis vocis MACRINI, Vrſato abundare merito viſa. Hic lapis in Grut. 19: 2. legitur eſſe *in agro Brixiano*, adeoque in TVA, Eminentiſſ. QVIRINE, dioeceſi.

## XXXXIIII.

### ET ·PATRIC*ius.*

Hæc verba minime indigere explicatione in diſſ. Romana pag. (xxv.) *med.* dixiſti: neque de ultimis his Diptychi verbis verbum ego adderem, niſi æs TVVM ab ære Veneto diſſideret. quod enim in tabula ænea, quæ cum Diarii Veneti Tomo XXVIII. (quem, ut ad TE DOMINVM rediret, quod TVVM ante fuerat, gratus Brixiam ad TE remiſi) edita eſt, PATRIC legimus: id in ea imagine, quam in TVA ad FEVERLINVM epiſtola pag. (xxxv.) ſcripſiſti, recens ærea tabella PERFECTE exprimendam TE curaviſſe, expreſſum manifeſto eſt·PAIRIC, ut non dubitem, Brixiæ in ebore ipſo prius I pro T conſpici fabrili eborarii errato; aut temporis omnia attenuantis & deterentis vitio ex T arroſo nonniſi I reſtare.

De I. ſeu *i*, corrupto in MSS. ex T. ſeu *t*, Critici præſtantiſſimi ſæpe monuerunt, & plurima veterum loca reſtituerunt feliciſſime obſervationis illius beneficio, ex qua non minor utilitas in rem epigraphicam redundat. De CALLISIO. IRAECI. pro CALLISTO. TRAECI. v. ad inl. *Blaurerum* p. (12.) *lin.* 10. de BOIRIO pro BOTRIO ad ampliſſ. *Bouhierium* p. 183. *lin.* 3. de ΓΑΡ & ΠΙΣΙ ΕΥΣΑΤΕ pro ΓΑΡ & ΠΙΣΤΕΥΣΑΤΕ ad celeberr. *Gorium* p. 407. *lin.* 24. de KARIACENI pro KARTAGENI ad Eminentiſſ. *Quirinum* hac ep. pag. c. *lin.* 20.

Inprimis diptychi Brixiani PAIRIC pro PATRIC me admonet eorum, quæ de aliis diptychis duobus ſic ſcripſi pag. 301. *lin.* 30. *Aenea tabella Mabilonii & Bandurii pro* FL. *habent* FI. *ſive in ipſo monumento litera* L *detrita vetuſtate ſit, ſive ſcalptores erraverint: quo modo in eorumdem diptycho Filoxeni* DOMESI & MAGISIRO, *pro quibus* DOMEST. & MAGISTRO *aliorum typi ære quoque expreſſi habent, ſculpta ſunt.* Scilicet in antiquis quibusdam monumentis, qualia diptycha ſuot conſularia, literas ſæpe cnnſpici non, ut ratio literarum quadratarum poſtulabat, exporrectas, habitiores, pingues, craſſas; ſed in altum nimis levatas, graciles, tenuiculas, junceas. recordnr enrum, quæ de tabulæ Audreiniani antea, nunc Medicei muſei, L & E ab I vix diſtinguendis ad GORIVM meum ſcripſi pag. 357.

Ex exemplis ſexcentis, quæ ex T truncato ſuperne, ſeu antenoa ejus ablata, exiiſſe I docent, quædam in unum heic locum conducere haud abſurdum erit.

*α.*

Grut. 364: 3. Nnvariæ, ex Apiano, qui bis prntulerat pag. 166. *extr.* & pag. 167. *extr.* D. M. C. ARBVSIONI. VICTORINI. qui Scaligero ind. 23. dictus eſt C. *Arbuſio Victorinus.* 364: 3. ac ſi poſt *Diis Manibus* dativus ARBVSIONI, & genitivus VICTORINI, mixti eſſent: quam caſuom discnrdiam non neſcio lapidum quorumdam teſtimonio niti, v. ſupra p. cxxxiiii. *lin.* 19. de NEPOTIS pro NEPOTI in inſcr. Piſaurenſi: ex illo tamen lapidum numero exemerim Nnvarienſem, in quo C*aji* ARBVSTONI*i* VICTORINI tanto cnnfidentius emendandum putn, quia in alin itidem Nnvarienſi gens *Arbuſtonia* legitur, apud Mur. 126n: 6. ARBVSTONIVS CANDIDVS, *ex Paulo Galerato*, ex qun ante Muratnrium dederat in præclarn npere ſuo Dooiaoo GORIVS, in ind. 23. * *Arbuſtonius Candidus* XI: 35. pnnens, aſteriſco ineditam ab antiquariis gentem indicaturus, (conf. paulln inferius pag. cxxxxiii. *lin.* 21.)quam oos jam in Grutern invenimus.

*β.*

Mur. 1677: 12. in ſaxo, ot putabat, inedito. D. M. FONIFIAE PELAGIAE. Ad gentem *Foniſiam* totus ſtupens, ἄφωνος γενόμενος φωνῇ mihi cœpi emendare FONTEIAE. nec mora. emendato nomine inveni ita olim editum in Grut. 668: 14. *ex Mazochio* ſol. 63. b. *init.* hocque αὐτόπτης, ot Mazuchiana teſtantur Addenda, ſeu Cnrrigenda, ipſo librn præſtantiora. Eadem opera vidi, in ſchedis Ambroſianis, quibus Muratorius eſt uſus, mancum haberi epigramma, & ſepultam legi, quæ filium ſepeliverat *M. Antonium Fontejanum*, a matris oomine geotilitio inflexo cognomen ſuum habeotem.

*γ.*

Laudn MVRATORIVM, cui P. AELIVS EVTACTVS in 1430: 6. placuit *ex Donio.* Laudarem magis, ſi in Don. XII: 32. p. 400. moouiſſet male legi EVTACIVS.

CIVS. quam ſcripturam retinuit GORIVS noſter in ind. Don. 23. *P. Aelius Eutacius.* XII: 32. Idem GORIVS, cui tot monumenta primum edita orbis eruditus debet, judicet velim, an male aberrem, qui in ejus Inſcr. Etr. T. III. p. 177. n. 271. CASIRICI & CASIRICIA vitioſa putem pro CASTRICI & CASTRICIA, haud ſecus ac in Gud. 294: 9. PEIRONIVS & PEIRONIO pro PETRONIVS & PETRONIO. nec non ſuperius io Gud. 261: 9. b. verſu 3. THR. I. PIVS pro THREPTVS. Qui Muratorio 1347: 4. *e Spreto* ſatisfecit P. VEDIVS APIVS, mihi diſplicet, & aptius cognomen videtur APTVS: quo modo neſcit Muratorius ſemet *e ſchedis Valerii* edidiſſe, repetentem idem ſaxum inferius 1411: 8.

δ.

In Grut. non modo CHRESIA 672: 7. in CHRESTA, & ANICEIVS 838: 2. in ANICETVS; ſed etiam AIIMEIVS mutandus videtur in ATIMETVS in lapide Ageduoenſi, quem *a Scaligero* acceptum io Grut. 900: 16. ſic editum

AIIMEIVS. D. M
IIB. SVMENV

tento legere & intelligere ATIMETVS *Decimi* & *Marci* LIB*ertus* SVMENV*s*. Ex lapide Gebesdorſenſi Comitatus Helvetici Badenſis, toties a me viſo, olim a Grut. 551: 10. edito, Helvetiæ noſtræ Plinius ſecundus, filii pietate mihi ſemper cultus, I. Iac. SCHEVCHZERVS Itin. Alpin. pag. 327. EXIESI. AMENIO. corruptiſſime exſcripſit, pro EX. TESTAMENTO. Singulare eſt in ſaxo Saſſinate, quod Gruterus 322: 4. retulit, teſte Philippo Antonino Antiq. Saſſ. cap. V. Theſ. Antiq. Ital. Tom. VII. Part. II. p. 20. propter loci anguſtias I pro T expreſſa ſemper cerni io ipſo marmore. CAPVI. EX. IESIAMENIO. CEIRANIAE. cet. pro CAPVT. EX. TESTAMENTO. CETRANIAE. cet.

Grut. 900: 14. AIEDIVS, qui mox 902: 13. eſt ATEDIVS. ut neſciam, annon in 666: 8. pro AIEDIO in lapide fuerit ſculptum ATEDIO. In ind. 23. Scaligeri duo *Ajedios*, Holtheni editio corrupit in *Aicidios*.

In eod. ind. a Scal. & Holth. *Flavius Chariſius* numeris fallentibus 777: 7. & præterea ab Holtheno non modo retentis numeris vitioſis, ſed cognomine quoque operarum imprudentia corrupto, *Chariſtus.* 777: 7. datus, in Grut. 767: 7. FL. CHARISIVS legitur, & omnibus utrumque nomen ſaniſſimum habere exiſtimabitur. Is vero EVCHARISTVS mihi dicendus videtur uno nomine: quia in Chriſtoph. SAXII, A. M. ſupra pag. LXVIIII. *lin.* 7. mihi laudati, *Periculo Animadverſionum in Gruteri Theſaurum*, pag 43. *extr.* animadverſum lego, Cluſium αὐτόπτην EVCHARISIVS pro FL. CHARISIVS habere.

ε.

Geotilitia olim oomina fuerunt AVCIVS, AVCIA; AVCTIVS, AVCTIA: Cognomen autem AVCTVS, AVCTA. Vid. omnino, quæ initio Epiſtolarum Epigra-

Epigraphicarum pag. 7. *fin.* 8. *init.* edidi ab Inl. BOVHIERIO doctiſſime obſervata ad lapidem a Fontanino primnm in lucem datum. FORT*unæ* AVG*uſtæ* SAC*rum.* *Cujus* AVC*ius* PVL*cer* V*otum* S*olvit* L*ibens* M*erito.*

AVCIOS ibi oſtendit BOVHIERIVS ex lapide Lugdnnenſi, quem Sponius primus edidit Miſc. p. 172. n. 1. Addo, Fabrettum *ex Sponio* repetiviſſe ob ipſam geotem AVCIAM, Inſc. p. 608. n. 63. immemorem, ſe de *Seviris* vel *Sexviris* agentem *ex Sponio* jam dediſſe pag. 409. num. 336. quum paullo ante pag. 406. a: H. Sponium notaſſet *Sextumviros* ſemper dicentem. In margine Sponianæ paginæ 172. adlitum eſt *Gallia tribu*, vitioſe pro GAL*eria tribu.*

AVCTIAM gentem BOVHIERIVS monuit in Donio legi VIII: 79. *Ex Donio* dat Mur. 939: 6. ac ſi initio fractus eſſet lapis, cujus rei in Doniano libro nullum erat veſtigium. In notis ſaltem debuiſſet monere Muratorius, ob verba ultima VOT. SOL. ſibi principium ſaxi deeſſe viſum: quod tamen ſuſpicari minus neceſſarium eſt, ſi titulus votivus in loco fuit ſtatutus, ubi, cui Deo Deæve votum ſit ſolutum, ab omnibus qui eo venerant, & legebant, poterat nullo magiſtro addiſci.

Diligentiſſimus GORIVS, quem hoc titulo honeſto, quod *diligentiam* in maxima γνησίων ANTIQVARII, qui GORIVS eſt, laude ponendam puto, in laborioſiſſimo indice Doniano, quo in modum Scaligerani & Reineſiani conficiendo Muratorianam rationem lunge eſt antegreſſus, ind. 23. ſeu *Nominum* babet *P. Anctius P. L. Lyſander.* VIII: 79. ſed omiſit præfigere aſteriſcum, quo gentes ineditas ſignare conſilio laudando inſtituerat. An ſuſpicabimur pro AVCTIVS legi AVCILIVS debere? Notiſſima gens fuit AVCILIA, ab AVCIA ut videtur ioflexa, & AVCILIVS LYSANDER in Don. VIII: 22. relatus poſſet videri idem, qui P. AVCTIVS P. L. LYSANDER in VIII: 79. errore exſcribentis datus ſit. Sed ut in Don. VIII: 22. C. AVCILIVS P. L. EXPECTATVS male in CAICILIVS P. L. EXPECTATVS mutaretur, quia in Don. VIII: 11. P. CAICILIVS CALLIPPI L. EXPECTATVS occurrit: ſic in Don. VIII: 79. AVCTIVS temere in AVCILIVS mutari non debet. Omiſſus eſt ind. 23. Dooiano *P. Caicilius Callippi L. Expectatus.* VIII: 11. & datus tantum *Expectatus.* VIII: 11. cui, qnia gentilitium habet nomen, locus dari non debebat. Mur. 942: 8. vitioſe dat CALLIPPE, pro CALLIPPI, verſu ſexto, qui in Donio eſt ſeptimus: nam Donianus verſus ſextus

SALVIVS. ARGENTARIVS DE FORO VINARIO

in Mur. turpiter excidit, qui in altero ſchedarum Muratorii typo eſt verſus decimus.

Mur. 787: 7. qnum videret AVCTIO fratri fratrem feciſſe ACVTIVM, *Vereor,* inquit, *ut ſatis accurate deſcripta fuerit. Vtrobique ſcribendum puto* AVCTIVS, *aut* ACVTIVS. Habet lapidem & Gud. 152: 8. ut ineditum, ſed ita, ut, utrum AVCTIO verſus ſecundi, an ACVTIVS verſus ſeptimi inquinatum ſit, non decernas. Gudii autem editores æque ac Muratorium fugit, jam extare in Fabr. p. 716.

n. 374. & quidem ita , ut v. 2. habeat ACVTIO. non AVCTIO. De hoc ſaxo paucis verbis a me alia heic agente dici non poteſt. dicam alibi , maxime ob verſum tertium δυσερμήνευτον , qui Muratorio , verſu primo D. M. carenti , eſt ſecuodus. In ind. Gud. 23. ambo *Acutii* leguntur ex 152: 8. oullus *Auctius*. De prænomine *Acutii Romani* prodigialiter diſſnnant editores tres. Mur. *Aulus*. Gud. *Cajus*. Fabr. *Lucius*. Marmor ex villa Cæſarina , Boſii olim hnrtis , in Muſeum Eminentiſſ. Cardinalis Alexandri ALBANI translatum , neſcio an io Muſen Capitolino nunc adſervetur. Si Romæ eſſes , QVIRINE Eminentiſſime , hoc TE beneficium auderem rngare , ut inſcriptinnem ipſam oculis TVIS i. e. ἐξυδειγματῶτους ipſe contemplatus typum oobis fideliſſimum facieodum cures , qui editores tres in nrdinem cogat.

Ex iis , quæ ſcripſi ad Bnnh. pag. 17. *init.* facile intelligis , me a BOVHIERIO illuſtratum Fnntanini lapidem inveniſſe in Mnr. 8n: 11. qui una literula auctius, quam BOVHIERIVS, neque tamen niſi *ex Fontaninio Archiepiſcopo Ancyrano* , *V. Clariſſ.* C. AVCT. PVL. quæ nomina neque nota aliqua illuſtravit , neque in ind. nnm. *C. Auct. Pul.* 80 : 11. pnnens lucem ullam accendit. *Muratorium* credidiſſem AVCT. pro AVC. quod *Boubierius* ex Fontanino habet , male auxiſſe , niſi in Antiquitatibus Aquilejenſibus BERTOLI , qui lapidis ipſius inſpiciendi negntium a *Fontanno* ſibi datum oarrat , & ænea tabella expreſſum ſiſtit pag. 69. viderem C. AVCT. PVL. quod *Bertolius* noo ſelicius quam *Fontaninus* ſuus AVCT*us* ibi legit , cum AVCT*ius* legi debeat , ne cngnomen pro gentilitio nnmine nobis obtrudatur , qund BOVHIERIVS quondam ooſter erudite cavit.

Qoid hæc ad I pro T ſi quæras , tacitus citius audies. *Aucius* & *Auctius* gentilitia nnmina ſuerunt : neque ignorn , interdum dunbus gentilitiis nnminibus nnum hominem ita dictum eſſe , ot poſterius vice cognominis eſſet. An antem uſquam cognnminis locnm ſuſtineat vel AVCIVS , AVCIA ; vel AVCTIVS , AVCTIA ; ego quidem ambigo. oam qui in Grut. 418: 11. proditus eſt SEX. HERIVS. SEX. LIB. AVCTIVS. ejus cognnmen luxurians, vncali tertia I ſubtracta , AVCTVS ſcribendom puto. Hnlthenus ind. 23. oon modo *Auctius* , ſed etiam *Auctus lib.* ex 418 : 11. dedit , quod caſu magis , quam conſilio accidit.

Reio. XVII : 82. LVCIA Ɔ. L. AVCIA. Pro AVCIA leg. HYGIA in margioe Reineſius ádſcripſit , tanti factum , ut in ind. Rein. 23. nmiſſa *Lucia Ɔ. L. Aucia* nonniſi *Lucia Ɔ. L. Hygia.* XVII : 82. compareat. Subit Terentianum , *Aſperum hoc eſt ; aliud lenius ſodes vide.* χρυσολογῶν ἴσω , I reſingere in T , ut AVCIA credatur AVCTA.

Gud. 342 : 3. L. CAESIO. AVCIO. Num & pro AVCIO Reineſius HYGIO locum daret ? Niſi τὸ *ſic* a Gudin αὐτόπτῃ adpnſitum eſſet , ſine mora AVCTO cnrrigerem. Vel ſic putn , in Herculis Rnnconii lapide palmari idem eveniſſe , quod in diptycho Boëthii Brixiano , PAIRIC pro PATRIC habente.

Neque

Neque mitius ſentio de monumento ſepulcrali FOLIAE AVCIAE, ut a FICORONIO exſcriptum dedit VIGNOLIVS Inſcr. ſel. pag. 270. quem librum a me diu deſideratum nuper mihi donavit vir a condiſcipulatu mihi carus, in rep. noſtra clarus, & extra patriæ fines longe clarior, in Τετραγωνος. pag. 579. *lin.* 15. a me quoque memoratus, qui, ut & poëtices laude floret, quum in mea ad Inl. BLAVRERVM epiſtola pag. (86.) *lin.* 22. heptametrum pro hexametro ſe obſervaſſe, in auditorio publico πάρεδρος mihi diceret, & *Tò ſimul* amice ejiceret, ſtatim ego ei, ob ἐν ἐνὶ, de quo in ead. ep. pag. (79.) *lin.* 31. *Tò ſimul* me malle retinere, ſimulque oſtendi, qua via ex duplici, quam in MS. paraveram, verſione, *Tò ſimul* me volente ſit retentum, at pro *ſacrum cor* me nolente *Phœbeum pectus* male irrepſerit. de quo quia in erratis corrigendis munere neglexi, ne Muſa TVA offendatur, Eminentiſſime QVIRINE, qui Apolline tam dextro carmina latina pangis, venaque tam divite uteris, ut Inl. BLAVRERVM noſtrum, quantum artis poëticæ judicem, ad unguem factum virum,

*Ipſa Minerva ſuo quem pollice finxit,*

Decadis TVAE IV. epiſtolæ, ſecunda & quinta, *Volteriani poëmatis verſionem* complexæ, mira voluptate affecerint, meæ ad Inl. hunc hominem epiſtolæ qua dixi pagina (86.) *lin.* 22. pro *Phœbeum pectus* reſcribe, quæſo, *ſacrum cor*, ne opus ſit *Tò ſimul* ibi deleri. FOLIAE AVCIAE ſaxum *Ex Vignolio* habet Mur. 1167: 9. cognomen *Aucia* juxta cum Vignolio ferens, nobis inviſitatum, inviſumque. Fert idem Mur. 1284: 5. SEX. VALERII AVCII, ubi malim AVCTI.

5.

Mur. 1398: 3. *Romæ, apud Franciſcum Mazzentum. E ſchedis Ptolomeis.*

D . M
SABINAE CONI
CARISSIMAE
ET VALENTINAE
FILIAE SVAE
FORTVNATVS
B. M. F

Schedarum, ex quibus Muratorius protulit, auctor, Franciſcus PTOLOMEVS, Patricius Senenſis, iiſdem fere ſuperioris ſeculi annis Romæ ſaxa deſcripſit, quibus GVDIVS. hinc tot ſaxa *ex ſchedis Ptolomeis* a Mur. data in Gudiano Inſcriptionum Syntagmate jam prodiiſſe, ſi eo uti voluiſſet Muratorius, comperiſſet, & ſimul expertus eſſet, GVDIVM haud paullo doctiorem peritioremque lapidum exſcriptorem fuiſſe, quam PTOLOMEVM illum.

Ptol. v. 2. CONI. i. e. CONI*ugi*. at Gud. 285 : 1. CONS.[sic] de quo ne dubitaremus, τῷ S finali *ſic* ſuperſcripſit. Legendum ergo CONS*ervæ*. Sic in Fabr. p. 52. num. 298. eſt CONS*ervi*, & num. 301. CONT*ubernali Bene Merenti* CONS*ervo* vel CONS*ervæ*. De ſigla CONS. ad lapidis Piſaurenſis APER CONS*ervus* vel CONS*ervæ* in Mur. 1603 : 13. ſupra pag. cxxxiiii. *init.* contra doctiſſ. OLIVERIVM diſputavi.

Ptol. v. 5. FILIAE SVAE. quæ ſi in lapide ſine hæſitatione legere potuit, cur ea non ita legit Gudius? Ptolemæum heic credo ingenii ſui lectionem nobis pro antiqua lapidis obtruſiſſe. nam Gudius ductus literarum, ut ſolebat, accurate ſecutus ſcrutatusque FILIAS. IRAE. exſcripſit magis quam intellexit. unde mihi, poſt literarum a Gudio exſcriptarum veſtigia eunti, I ultimo in T reſtituto, ut temo ſuperne additus ambas voces ejecto puncto liget, FILIASTRAE exit. *Filiaſtros* aliquot lapides habent. *Filiaſtras* num pejoris monetæ officinatores dederunt?

ζ.

In Mur. 198 : 5. I pro T male exſcriptum eſſe non omittam monere : ſaxum enim eſt Brixianum, & ad ANTISTITEM Brixianorum ſumme venerandum QVIRINVM hæc ſcribo. *In Sancta Maria de Aurago Brixiani agri. E ſchedis Farneſiis.*

HODOIVS
VI VIR AVG
SIBI ET
LIBERTIS
LIBERTABVSQ
SVIS

Muratorius in notula monet, *Vinaceſium habere* HODOTVS, at in ind. nom. Mur. *Hodojus VI. Vir.* 198 : 5. datus, & Vinaceſii *Hodotus* eſt omiſſus. Præſtat longe Vinaceſii HODOTVS. Sed hoc hominis nomen integrum fuiſſe minime credo. Potius trium nominum homo fuerit de more hic VIVIR AVG*uſtalis*. Rectius itaque MVRATORIVS in hujus lapidis initio, quam quod paullo ante p. cxxxxiiii. *lin.* 11. eum in 939 : 6. de Doniano lapide auſum fuiſſe deprehendimus, fracti marmoris ſigna præfixiſſet. Nam cum principio lapidis, quod deeſt, deciderunt quoque nomina Sexviri hujus: cui cognomen, ni fallor, fuit *Nymp*HODOTVS. Hujus me conjecturæ minime piguit, quum fractum initio ſuo hunc Muratorii lapidem pulcre datum viderem a Grut. 491 : 8. quod Muratorius facile neſcivit. nam Gruteri lapis 491 : 8. a Scaligero in indicibus Gruterianis nuſquam eſt adductus, quia vir ſummus, quid nominis eſſet HODOTVS in incerto relinquere maluit, quam ineptum incertumque *Hodotus* ponere. Si Gruteri editione ſecunda eſſet uſus Muratorius, *Hodotum* hunc in Grutero inveniſſet : nam Holthenus ind. 23. de ſuo addidit, *Hodotus VI. Vir.* 491 : 8.

Alius

Alius eſt alius Sexviri Auguſtalis titulus ejusdem Galliæ Transpadanæ, in quo ſuperne fracto, atque adeo prioribus hominis nominibus deciſis, verſu primo nonniſi cognomen legitur FAVSTVS, apud Grut. 409: 5. & poſt Gruterum apud Mur. 700: 5. Neuter tamen theſaurus de rupto lapidis initio quidquam docet. Quod ſi Begerus animadvertiſſet, nonniſi cognomen ex Sexviri nominibus reſtare, in conjecturam numquam veniſſet, FAVSTVM lapidis Gruteriani eumdem eſſe, qui ΦΑΥΣΤΟΣ dicatur in græco marmore, quod *ex Pighii MS.* edidit in Antiq. Spicileg. num. XXVII. pag. 104. ineditum ratus, quum jam extaret in Grut. 1036: 11. Idem marmor græcum bis ceu ἀνέκδοτον in Theſaurum ſuum invexit Muratorius, primum *ex Ligorio* 1163: 6. deinde *ex Begero* 2058: 2. Qui ἐκδόσεις varias locis indicatis inveniendas inter ſe contulerit, næ is ſine aliorum adminiculis, ſuo ut dicitur Marte, veras marmoris ipſius ſcripturas ab exſcriptorum & editorum erratis internoſcet.

η.

Mur. 2090: 4. M. AVRELIO COMAZONII. Nil heic opus discordia caſuum, qua gentilitium nomen dandi, cognomen gignendi caſu efferatur: v. ſupra pag. CXXXIIII. *lin.* 22. Legendum enim COMAZONTI. Eodem cognomine alius ejusdem gentis *Aureliæ* homo, forte noſtri pater, uſus in Mur. 1310: 7. In indice nominum Muratoriano voc. M. *Aurelius*, ex 1310: 7. *Comazon*, at ex 2090: 4. male *Comazonius* eſt datus.

In eod. ind. legitur M. *Anio* Theodotus ex 1434: 2. ac ſi in titulo ſepulcrali M. ANIONI THEODOTI gentis nomen & cognomen caſu non convenirent. Immo optime concordant. Pro ANIONI enim legendum eſt ANTONI*i*. quo modo, inſcius paullo ante datum eſſe, dedit ipſe Mur. 1435: 3. *e ſchedis Ptolomeis*, neque aliter Gud. 314: 22. Scilicet Ptolemæum & Gudium αὐτόπτας Romæ rectius exſcripſiſſe ANTONI, quam poſtea GHERARDIVM Bononiæ ANIONI.

Frequentius ignotiora in notiora corrumpuntur: contra ea gens clariſſima ANTONIA in ANIONIAM alibi quoque abiit, ut mirer, MVRATORIO in 1434: 2. ANIONI dandi potius caſum eſſe viſum ab recto *Anio*, quam genitivum cum cognomine THEODOTI convenientem ab nominativo *Anionius*. In ſaxo Laziano *Sextus* ANIONIVS *Verus* pro ANTONIVS eſt in Grut. 520: 4. & in Spuriis Gruterianis p. 3. n. 6. T. ANIONIVS FELICIANVS pro ANTONIVS videtur irrepſiſſe. citant ibi in ed. Grut. ſec. Reineſium I: 269. pag. 236. in texto ANONIVS habentem. ANONIVS autem in ind. Rein. fruſtra quæritur: datus enim eſt T. *Avonius* Felicianus ex I: 269.

Indiligenter inſcriptionem Florentinam curavit Mur. 1511: 9. *ex Gorio*, P. FVFICTVS FELIX. unde & ind. Mur. nom. *P. Fufictus Felix.* 1511: 9. quum tamen gens Romana *Fuficta* explodi debeat, & *Fuficia* admitti. Optime in Gor. Etr. T. I. p. 95. n. 46. & in Rein. XVI: 45. p. 806. (quem a GORIO pulcre citatum MVRATORIVS nominare operæ non putavit) FVFICIVS, ut Muratorii FVFICTVS totus evaneſcat.

9.

Mur. 1582: 8. *Romæ, in ædibus Matthæjorum. E ſchedis Ptolomeis.*

D · M
FELICI
SERBONAI
GERMANVS V
IX ANN XXXXV
VERVS CONSER
VVS B. M. F

*Germanus* ex 1582: 8. nuſquam in Muratorii indicibus eſt datus. Dati ſunt in ejus indice Nominum *Felix Serbonai*, & *Verus.* SERBONAVMne *Felicis* berum fuiſſe credis? Supra pag. LII. th. XXV. de vocibus, quæ in marmoribus antiquis cohæreant, egimus. Heic verſu tertio SERBONAI dirimendum, & I in T emendandum, SERBO. NAT*ione.* ex quibus vocabulis duobus appellativis male proprium *Serbonai* Nomen conflatum eſt. FELICI. SERBO. i. e. *Servo.* De B pro V v. ſupra pag. XX. XXI. NAT*ione* GERMANVS potuiſſet etiam NAT*ione* GERMANO incidi. Nam in titulis ſepulcralibus poſt dativos demortuorum τὸ ἐθνικὸν poſt NATione utrovis caſu, non modo dativo, τῷ ὄντι NAT. GERMANO, NAT. RAETO cet. ſed etiam nominativo, *qui fuit* NAT. GERMANVS, NAT. RAETVS cet. ſæpe occurrit.

De vera ſaxi hujus Romani lectione potuiſſet Muratorius erudiri, niſi in Grutero inveſtigare noluiſſet. Habet enim Grut. 975: 2. & in indicibus Gruterianis hæc inſunt

ind. 23. *Felix ſervus* (Holth. brevius *ſer.* Voluit, credo, *ſerb.* vel *ſerv.*) *natione Germanus.* 975: 2.

ind. 19. *B pro V. Serbus. Conſerbus.* 975: 2. Scilicet in Gruteri typo verſu extr. CONSERBVS, non ut in Mur. textu CONSERVVS legitur.

ind. 19. *Natione Hiſpanus.* 975: 2. Ita Scal. ſed *Germanum* recte Holthenus, numeris Scaligeri loco vero reſtitutis.

ind. 10. *Germanus.* 975: 2.

ind. 23. *Severus.* 975: 2. Omiſſum a Scal. ſupplevit Holthenus. In Grut. textu SEVERVS eſt, pro VERVS Muratoriani typi.

Ob ea, quæ addito *Gutenſten.* nomine in ed. Grut. ſec. adpoſita ſunt, vide Burmanniariam Epiſtolarum Syllogen Tom. II. pag. 345. 346. Epiſt. CII. quam GVTENSTENIVS Roma a. 1601. ad Joſ. SCALIGERVM Leidam miſit, cum celeberrimi editoris P. Burmanni notula.

* Mur.

I.

Mur. 1610: 1611: 1612. inſcriptiones dat XXXXII. inventas *in ſepulcreto Libertorum, & Familiæ Lucii Abucci. E ſchedis Franciſci Ptolomei Senenſis*, priores editores, Sponium & Gudium, de quibus ex ind. Gud. 23. p. LXXII. & LXXIII. abunde conſtare poterat, tacens. Nos nunc nonniſi adſcribimus, quæ in Gud. notis ad Phædr. IV: 24. v. 11. p. m. 299. leguntur. *Iſtius familiæ Abucciæ, ut hoc obiter dicam, detecta eſt cum Romæ eſſem, ad viam Appiam, Camera ſepulchralis, in qua erant Inſcriptiunculæ in diſpoſitis ollis numero XLIX, in totidem tabellis marmoreis.*

In Gud. 261: 2. in adſectu conjugum, pro cognomine luctifero LVGITERA, quo etiam modo ind. Gud. 23. *Abuccia Lugitera.* 261: 2. mihi emendavi LVCIFERA, ante editum Muratorii Theſaurum: in quo poſtea 1611: 17. lucidum hoc cognomen LVCIFERA me deprehendiſſe ſum gaviſus. Contra ea, ut dicam, cujus rei gratia hæc heic a me adjecta ſunt, ſimulque de I pro T ut finiam, in Mur. 1611: 10. pro inornato & corrupto IVIAXIA, in ind. Mur. retento *Abuccia Iviaxia* 1611: 10. bene ordinatum, beneque compoſitum EVTAXIA nemini non placebit ex Gud. 339: 1.

## XXXXV.

### *Peroratio ad Eminentiſſ.* QVIRINVM, *& Gratiarum actio ad inluſtris* ACADEMIAE CORTONENSIS SODALES.

Exegi tandem opus, quod TV, Eminentiſſime QVIRINE, Divæ etiam Critices ceremoniarum & ſacrorum ANTISTES ſapientiſſime, publice in epiſtola ad Cl. FEVERLINVM mihi imperaſti: ſenſique, quum modo huc modo illuc ad aliquot centenos lapides antiquos, ad quos me ſeu res eædem, ſeu eædem literæ, quæ in Diptycho BOETHII Barbiſoniano aut legi dicebantur, aut legebantur, commodum deducebant, digrederer, laborem, quem ceperam, non graviorem, quod male metuebam, ſed, quod minus ſperaram, leviorem mihi factum eſſe. Viſus mihi es aliquoties inſtar matris Terentianæ, filio morem patri ut gereret perſuaſuræ, ſic adclamare:

*- - - - - - - - - hæc dum incipias, gravia ſunt:*
*Dumque ignores: ubi cognoris, facilia. - - - - -*

Animum autem mihi maxime addidit, quod iſtanc etiam luxuriem meam TE non averſaturum, aut nauſeaturum eſſe conjiciebam ex eadem ad Cl. FEVERLINVM Epiſtola TVA, in qua de BOETHII DIPTYCHO verba facere deſiturus pag. (XXXV.) *Hac autem*, Inquis, *ſi cui appellanda videretur luxuries, id per me licet, dummodo pretioſa exiſtimetur, aeque ac Tagi tempeſtas, de qua Claudianus Poeta.* Quam gaudeo TE, magne PATRONE & MAECENAS, in tantis dignitatibus conſtitutum, cum illis ſentire, qui de vero monumentorum antiquorum ſenſu laborare, id eſt, ut ego qui-

dem interpretor, de nitore ipſo eruditæ & venerandæ antiquitati reſtituendo ſollicitum eſſe, majoris faciendum putant, quam aureos in arca nummos recondere.

*Cedat & auriferi ripa beata Tagi.*

TE tantum literatum quoque humaniorum Vindicem, & HERCVLEM MVSAGETEN, Societatum Italiæ literariarum celeberrima, ACADEMIA ETRVSCA CORTONENSIS, abhinc triennium, uti hujus epiſtolæ th. I. dixi, heicque th. ultima iterum dicendum duco, ut unde epiſtola initium recte ſumſit, inde & finem merito accipiat, non modo in Collegium ſuum cooptavit, ſed ejusdem etiam Principatum TIBI contulit. quos TIBI meritisque TVIS delatos honores ita tunc temporis accepiſti, ut cum gratiarum actione Brixia trans Apenninum ad CLARISSIMOS ACADEMIAE CORTONENSIS SODALES mitteres Clariſſimi Patavienſium doctoris, Jo. Antonii VVLPII, in dias luminis auras typorum beneficio a TE elatam *Divinationem in Diptychum* TVVM, vere antiquum, *amatorium*, ut lucubratio VVLPIANA luce digniſſima ne in ſanctiſſimo quidem ſcrinio TVO, in quo eas ſchedas, præ quibus vel aurum TIBI ſordeſcat, TE reponere ſcripſiſti, diutius deliteſceret. Nunc autem TVO inluſtris ACADEMIAE CORTONENSIS principatu abiturus TEcum ſtatuiſti, & publice oſtendiſti, ad eosdem SODALES doctiſſimos *Diatribam* TE miſſurum eſſe *de Diptycho Brixiano Boëthii conſulis* [quod absque TE fuiſſet, quaſi lucem numquam vidiſſet, nulla interpretum luce fuiſſe radiaturum veriſſime th. VII. extr. ſcripſi] a me conſcribendam. Quid? num VVLPIO ego comparandus? Minime. Meam ego *ἀφασίαν* & *ἀπειρίαν*, infantiam & ruditatem, ſupra aliquoties confeſſus ſum, & heic confiteor, confiteborque ſemper. De literis antiquis, quarum amore uſque flagravi, bene merendi facultatem in me nullam ſentio: ſentio voluntatem non modicam, vixque cuiquam conceſſerim, in cujus pectore ma or conſiſtat. VVLPIVM ipſum non dubitaſti ceu Oraculum, ex Clarii Dei adytis emiſſum, habiturum eſſe, quicquid de ejus *interpretatione Diptychi* TVI *amatorii* CORTONENSIS COETVS TVVS pronuuciaviſſet. Num dubitabis, PRINCEPS Cortonenſis etiam Academiæ EMINENTISSIME, *Hagenbuchium* TVVM, cui curtiſſima ſupellex ſua antiquaria notiſſima eſt, tam Suffenum non eſſe, ut de ſua *Diptychi Boethiani interpretatione* ſententiam ab inclyta Societate CORTONAE ferendam alio loco habeat, quam PHOEBI CORTINAM?

Jam finiebam epiſtolam, & TIBI dicebam VALE, Eminentiſſime QVIRINE, niſi gaudium inſperatum mihi accideret, quod apud TE non erumpere nefas mihi duco. Literas has ad umbilicum jam jam eram perducturus, quum mihi literæ adlatæ ſunt a doctiſſimo & humaniſſimo GORIO uoſtro Florentiæ XIII. Kal. Aug. exaratæ, quibus in primis erat ſcriptum, adnitente clariſſimo Marchione & Equite, N. Marcello VENVTI, Patricio Cortonenſi, & adnuentibus atque faventibus CLARISSIMIS ACADEMIAE CORTONENSIS SODALIBVS, ad diem IIII. Nonas Julias MDCCXXXXVIII. in eorum cœtum me receptum eſſe. Ornatiſſimum & ſplendidiſſimum Ordinis D. Stephani Equitem VENVTVM, cujus, ut & duorum

VENV-

VENVTORVM, Philippi & Rodulpbini, priſcarum omnium elegantiarum cultorum inſignium, præclara in GORII libris mentio facta jam eſt, & porro fiet, magni jam diu feci, ut & univerſum cœtum doctiſſimum, quorum Acta Romæ edita mihi citaverat Boubierius pag. 43. *init.* pag. 79. *lin.* 22. pag. 118. *lin.* 5. pag. 138. *lin.* 33. Sed ab ACADEMIA tam illuſtri, quæ plurimos clariſſimos Europæ viros in ſociis ſuis numerari exoptaviſſe lætatur, me homunculum humilem, transalpinum, in Helvetiæ angulo abjectum domique meæ latentem in tantam extractum iri lucem, ne ſomniavi quidem, tantum abeſt, ut cogitaverim umquam. Tantone honore, quo viri tantum magna literarum & laudum gloria florentes digni habentur, me indigniſſimum ultro ab univerſo cœtu doctiſſimo honeſtatum eſſe? Quem propter magna merita claris viris dare ſolent honorem, eum mihi delatum interpretor propter ſpem futuri beneficii. Utinam is fiam, qui expectationem eorum non penitus fallam!

Pergit in literis ſuis Cl. GORIVS, eumdem honorem mihi decretum eſſe ab inclyta ſocietate COLVMBARIA Florentina, cujus illuſtribus ſociis Tabulam XLVII. ſacraverat, Inſcript. Etr. T. III. pag. CL. legendus. In Novellis reip. Literariæ, quæ Venetiis prodeunt, N. I. ad d. 6. Jan. 1748. pag. 3. incipiunt recenſeri *Memorie di varia erudizione della* Società Colombaria *Fiorentina.* Volume I. In Firenze 1747. in 4. pag. 284. oltre la Dedica a S. M. I. Franceſco I. Imperadore ec. oltre la Prefazione del Sig. Propoſto *Gori*, e Notizie premeſſe intorno la *Società Colombaria*, e Tavole VIII. in rame. Pag. 6. tandem hæc ſunt: Non tralaſceremo in fine accennar le 14. Iſcrizioni de' *Marmi antichi poco anzi discoperti nel regno di Napoli*, e che communicati al dottiſſimo Sig. *Gori* formano la più gentil corona alle ſopraccennate Memorie. De inſcriptione M. Nonio ab Herculanenſibus poſita, ut ibi ab auctoribus Venetis ex libro MEMORIARVM SOCIETATIS COLVMB. FLOR. eſt repetita, in meis ad Em. QVIRINVM literis X. Kal. Apr. Brixiam miſſis quantum potui accurate diſſerui. Simul ac Venetiis accepero faſciculum librorum, quem GORIVS ſe mihi dono ſcribit mittere, in iis *Memorias*, quantum SOCIETATIS COLVMBARIAE ſtudia inluſtrandæ Antiquitati conferant, me docturas, inclyto COLLEGIO COLVMBARIO per GORIVM ſuum meumque faciam ſatis.

Inluſtri autem CORTONENSI ACADEMIAE cur non vel his ſtatim literis, quantum debeam, gratus teſter? Tanta eſt opportunitas, ut illud neſcio quod non fortuitum ſed divinum eſſe videatur. Dum enim ad TE, Eminentiſſime QVIRINE, quem literatus iſte cœtus CORTONENSIS ſibi PRINCIPEM poſuerat, TVIS auſpiciis, TVO juſſu, has literas ſcripſi, quas cum inluſtri cœtu TVO abdicaturus ETRVSCAE ACADEMIAE PRINCIPATVM communices, quid adtemperatius, quid ad animi mei lætitiam majus eveniſſet, quam clariſſimam ACADEMIAM in ſuum me ordinem, TE adhuc ejus PRINCIPE, adlegiſſe. Pateris ergo, immo, ni fallor, jubes, cogis atque imperas, Academiæ Etruſcæ PRINCEPS Eminentiſſime, ut in extrema epiſtola & TE & SODALES noſtros clariſſimos ſimul adloquar,

 gratiſſi-

gratiſſimam VOBIS mentem ſignificaturus. quod verborum blandorum, quibus aures VESTRAE me ſibi inſidiari nolunt, leoocinio ne præſtem, excito ex media ACADEMIA veſtra argumentum, VOBIS meque, ita me Muſæ VESTRAE meæque ament, haud indignnm.

VOS nullis impenſis parcentes CORTONAE Muſeum inſtructiſſimum comparaſſe, publicæqne utilitati expooi juſſiſſe, ot non modo veterum Etruſcorum colligerentur monumenta, ſed etiam aliarum rerum vetuſtarum ſopellex, numiſmata, Romani lapides, excultæ gemmæ, pondera, anaglypha, ſigna, & ectypa, iconiſmi, unde facile poſſent eroditi SOCII haurire antiquitatis notitiam, in præclariſſimi Nic. Marcelli VENVTI Epiſtola Cortonæ Id. Novembr. 1730. ad Academiæ Veſtræ tunc LVCVMONEM, Catholici Hiſpaniarum Regis apod Magnum Etruriæ Ducem Ablegatum data, pridem legi in GORII mei Inſcr. Etr. T. II. pag. 375. 376. Ex iſto tempore, quænam VESTRVM *omnium egregia laus eſt? Aſſidue ac diligentiſſime vacare optimæ frugis lucubrationibus ad doctæ antiquitatis latebras detegendas in lucem proferendis*, vere id ita prædicante EMINENTISSIMO PRINCIPE noſtro QVIRINO Dec. IV. Epiſt. III. pag. (VI.) *init.* Ut igitur eum VOBIS me probem, qni ſtudio certe & labore, quia ingenio & doctrina minus licet, VESTRVM in me collatum honorem VOBIS jucundum reddam, & VESTRAM Cortonenſium ACADEMIAM demerear officio quodam & cultu,

*- - - - - - - - fungar vice cotis, acutum*
*Reddere quæ ferrum valet, exſors ipſa ſecandi.*

Celeberr. Ant. Franc. GORIVS noſter, qui ſe in Academiæ VESTRAE ſociis locum tenere ſibi ipſe gratulatus eſt Inſcr. Etr. T. II. p. 398. paullo ante in Inſcriptionibus antiquis, quæ exſtant in Muſeo VESTRO Academiæ Etruſcæ Cortonenſis pag. 386. loc. 19. hanc publicavit.

D . M
SACRVM
OSCIA. IRENE
PIA. VIXIT. AN
XXX. D. XX. POR
TVMIVS. POIT
TIMVS. VXORI
PIENTISSIMAE
FECIT. H. S. E
OEBQ. III. S

Quia typum non accuratiſſime exſcriptum accepit, nil notarum dedit, niſi pro POITIMVS ſe legendum arbitrari POLITIMVS. quæ quum primum legerem, notavi, pro POITTIMVS videri legendum POLYTIMVS. I enim prius pro L exſcriptum, & T prius, ſeu verſum ſextum claudens, a GORIO in nota omiſſum, ex Y corruptum videbatur.

POR-

PORTVMIVS in notiſſimum gentis Romanæ nomen POSTVMIVS reformandom an GORIO poſtea ſuerit viſum, neſcio. In ejus enim nominum indice, quem Tomu tertio ſubjunxit, *Portumius* non datus eſt, ſed *Poſtumius Politimus.* II: 386. Credo, non typographi incuria, ſed ipſius GORII noſtri, cui nomina indicis a ſe ante conſcripti, poſtea ad alphabeti literas digerenti, *Portumius*, quaſi *Poſtumus* eſſet, ob adfinitatem literularum *r* & *ſ* impoſuerit. *Portumii* longe rariores ſunt, quam *Poſtumii.* Sed & PORTVMIA gens olim Romana ex aliis lapidibus priſcis nota eſt, ut eam in Cortonenſi in POSTVMIAM ex ingenio laſciviente mutare non debeamus.

Habet lapidem VESTRVM Mor. 1384: 6. *Cortonæ, in Muſeo Academiæ Etruſcæ. Ex Gorio.* hancque notam ſubjicit: *In ſexta linea fortaſſe legendum* POLYTIMVS. *Poſtremæ lineæ literas exeſas, & corruptas puto.*

Ex Gor. Inſcr. Etr. T. II. p. 382. *init.* at non ex Mur. 1384: 6. intelligo lapidem non CORTONAE erutum, ſed in Muſeum VESTRVM aliunde advectum eſſe. Unde terrarum? Roma, ſecundiſſima matre illa lapidum inſcriptorum, quos ἀρτιγόνους & ex terræ viſceribus vix protractos noſtra maxime ætate, qua ſtudium inſcriptionum antiquarum fervere, & Muſea earum in celebrioribus Italiæ & Europæ locis inſtitui cœperunt, Vrbs regina dimittit, an amittit? immo velut ver ſacrum ad ſedes novas quærendas emittit. De Roma, lapidis VESTRI patria terra, mihi conſtitit ex alio MVRATORII loco. Saxum enim VESTRVM ſe jam dediſſe oblitus, repetit 1414: 1. parte ſiniſteriore, *Romæ*, *Ex Vignolio*, dans verſu ſexto planiſſime POLYTIMVS, extremo autem

O I B Q. T L I S

cum hac nota ſua: *Id eſt* HEIC SITA EST, OMNIBVSQVE TITVLIS. Quæ poſtrema quid ſibi vellent, ſi intelligerem, ſiglæque

OmnIBusQue TituLIS

a Moratorio vere expoſitæ eſſent, augerent exempla vocum contracte ſcriptarum, de quibus de induſtria in Parte II. agens theſin XXIIII. ſic inſcripſi, *De ſiglis vocum contractarum.*

Quod ſi in eodem cippo duo tituli ſepulcrales inciſi ſunt, cur alterum modo dedit GORIVS? qoid de altero, quem MVRATORIVS *ex Vignolio* habet dexteriorem,

D . M
V A L E R I A E
S A B B A T H I D I
P. A E L I V S
H E R O N

eſt factum? An, qui in GORII gratiam apud VOS Cortonæ exſcripſit, alterum latus circumſpicere neglexit? An damnum lapis eſt paſſus tantum, ut, quæ Vignolios Romæ legi ſcripſit, Cortonæ legi non amplius quita ſiot? An ut ſaxum levius

adveheretur Cortonam, Romæ diſſectum, ejusque pars altera, VALERIAE SABBATHIDI inſcripta, Romæ remanſit, aut alio quam Cortonam exportata eſt? Hunc mihi nodum quis citius certiusque ſolvat, quam VOS, SODALES cariſſimi atque amantiſſimi, lapidis nunc-poſſeſſores?

VIGNOLII libro ab amico & in Gymnaſio noſtro collega conjunctiſſimo, quem ſupra p. CXXXXV. *init.* laudavi, donatus inveni titulum a Muratorio *ex Vignolio* datum in Vignol. Inſcr. ſel. p. 238. addita hac nota: „HSEOIBQ. TLIS, nempe: *Hic ſita* „*eſt omnibus titulis.*„ In libri Vignoliani pagina penultima col. a. corrigere jubemur *omnibusque.* ne ſcilicet non conſtet, quo modo ſiglam Q. interpretatus ſit VIGNOLIVS.

Harum ſiglarum interpretationem, niſi Vignolium evolviſſem, Muratorium inveniſſe crediderim. Eam vero mihi minime probari, quia jam intellexiſtis; ne velut ænigma circumferatur verſus ultimus, *Hagenbuchius* ego VESTER, non Oedipus, quid mihi videatur ad ſacra VESTRA, VIRI APOLLINARES, adfero. Singulæ literæ vocis integræ initium habent, ut formulæ duæ ſepulcrales, adclamari maxime ſolitæ, ſignificentur.

*Oſſa Ejus* (vel *Illius*) *Bene Quieſcant. Terra Levis Illi Sit.*

niſi in lapide ipſo pro E & I pronomina, poſſeſſivum T*ua*, & primitivum T*ibi* legantur, ut adlocutio fiat ad ipſos defunctos notis formulis *Oſſa tua bene quieſcant. Sit tibi terra levis.* De I pro T exſcripto multus fui th. XXXXIIII. ob diptychi Brixiani PAIRIC. pro PATRIC.

Crucem & alibi lapidum interpretibus eædem aut pariles ſiglæ fixerunt, non uno verſu, ut in VESTRO, concluſæ, ſed ad utrumque inſcriptionis ipſius latus a ſummo ad imum deſcendentes, ſeu acroſtichorum inſtar in ſingulorum verſuum initio & fine ſparſæ. Mur. 1527: 9. *Romæ. Ex Vignolio.*

| | | |
|---|---|---|
| | D. M. S | |
| O | CINCIO. IANVARIO | T |
| T | B. M. FECIT | T |
| B | CINCIVS. PROCVLVS | I |
| C | PATRONVS | S |

De ſiglis ad dextram & ſiniſtram poſitis tacet altiſſime MVRATORIVS; non VIGNOLIVS ipſe, qui Inſcr. ſel. p. 227. *med.* quod eas interpretari non poterat, *Quid literæ*, inquit, *ſingulares denotent in hoc lapide hinc inde poſitæ, eruditi viderint.* Video ego ſemipaganus, non eruditus, ſiglis corruptis medicinam eſſe faciendam minime periculoſam, aut incertam.

| | |
|---|---|
| O*ſſa* | T*erra* |
| T*ua* | T*ibi* |
| B*ene* | L*evis* |
| Q*uieſcant* | S*it* |

Poſſet τὸ C dextræ partis infimum retineri, & legi C*onquieſcant.* Sed pro Q vitioſe C exſcriptum eſt in aliis etiam ſaxis compluribus.

Mur.

Mur. 1225: 8. *Florentiæ, apud Marchiones Guadagnios. Ex Gorio.*

O. D. M. C. VALERI. T
T. SVCCESSI. HIERO. T
B. ET ROMANA. FILIOL
O. CARISSIMO. V. A. XI. S
M. VI. D. XIII

*Alibi is eamdem Inſcriptionem repetens, legit:* L. SVCCESSI HIEROT. B. ET. ROMANA. FILI. L. Q. CA. *&c.* MVR. cujus nota voces cum ſiglis continuas, verſibus ſuis non diſtinctas exhibens rem incertam facit longe incertiorem. Quid verbis opus eſt? En VOBIS, quæ ante editum Theſaurum Muratorianum jam duodecimo abhinc anno ad Sodalem VESTRVM digniſſimum, GORIVM meum, ſcripſi XVII. Kal. Octob. MDCCXXXVI. „Tom. I. Inſcr. Etr. pag. 286. num. 12. initiale „O legis *Omnipotentibus*, quod minus placet. alias ſingularias literas in verſuum ini„tiis & fine non tentaſti legere. Repetis deinde hoc idem ſaxum T. II. pag. 441. „num. 24. cum nonnullis *διττογραφίαις*, oblitus jam antea TE dediſſe. Collato utro„que exemplo lapidem ſic ordino.

„ O D. M. C. VALERI. T
„ T SVCCESSI. HIERO. T
„ B ET. ROMANA. FILIO. L
„ Q CARISSIMO. V. A. XI. S
„ M. XI. D. XIII

„Literas quatuor initiales verſuum ita lego, *Oſſa Tua Bene Quieſcant.* Finales vero „ad hunc modum, *Tibi Terra Levis Sit.* „

T illud, quod *Tua* legi, dandi caſu pronominis perſonalis, TIBI, eſt expreſſum in ſaxo Strozziano *Florentiæ* apud Mur. 1714: 10. *ex Gorio.*

L. MVRDIVS
CHRESIMVS
ANNOS. NATVS. XIIX
OSSA. TIBI. QVESCANT
BENE

Habet Gud. 326: 6. loci mentione omni omiſſa, ut ſæpe in Gudiano Syntagmate, maxime de Florentinis lapidibus, factum.

Eximius doctor, SALVINIVS, in nota ab ejus diſcipulo GORIO ad ſaxum hoc Strozzianum edita Inſc. Etr. T. I. pag. 403. num. 200. opportune adduxit ultimum diſtichon Ovidianum, Amor. lib. III. eleg. IX.

*Oſſa quieta precor tuta requieſcite in urna:*
*Et ſit humus cineri non oneroſa tuo.*

Nonne cultiſſimus poëta, pro cujus *requieſcito* apud Salvinium eſt *requieſcere*, formulam ſolemnem utramque, *Oſſa tua bene quieſcant*, & *Sit tibi terra levis*, ſuaviſſime una effert, canitque?

Horum ſi meminiſſet MVRATORIVS 2090: 10. in lapide Ficoronii Romano (quem & GORIVS dedit Inſc. Etr. T. III. p. 242. n. 239.) ſiglas verſus ultimi

H. S. E. O. I. B. QVIESC.

recte interpretatus, *Heic Sita Eſt. Oſſa Ipſius Bene* QVIESC*ant.* formulam poſteriorem non dixiſſet *utique raram*, & tantum non *peregrinam*. Contra notam Muratorianam, cui ſimiles & aliis in locis dedit, dicam in commentario ad lapides Helveticos. Nunc enim abunde nobis ſufficere poſſunt, quæ hactenus diximus. Bene quoque eſt, Scaligeri indicem Gruterianum 20. MVRATORIO ſuppeditaviſſe

„O. E. B. Q. C. *Oſſa ejus bene quieſcant condita.* 696: 5.„

Ficoronianum ſaxum deſinit in QVIESC*ant*: ſic & Gruteriani ſiglæ modo datæ exponi quoque poſſunt,

*Oſſa. Ejus. Bene. QuiesCant.*

ad rationem voces contractas ſcribendi, de qua VOBIS theſin XXIIII. voluminis hujus jam citavi ſupra pag. CLIII. *lin.* 28.

A Muratorio ad Gruterum deductus felici errore pro 696: 5. evolvo in Grut. 669: 5. ita ut non potuerint non oculis ſeſe meis ſiſtere literæ in 669: 5. ad utrumque latus incluſæ, ut acroſticha deſcendentes. Hinc VLTOR... illinc ETVTOR.. Quæ quid ſibi velint, qui me doceat, neminem inveniu. Αὐτόπτης MAZOCHIVS Epigr. ant. Vrbis fol. 125. loc. 3. ad dextram VLTOR, ad ſiniſtram ETTVVAI. Siniſtra hæc ſiniſtre nonnihil excepta, rectius tamen, quam Gruteriana, viam veri neſcio an monſtrent mihi lecturo ET. TV. VALE. unde ad dextram conjicio non VLTOR ſed VIATOR fuiſſe. Notum eſt, hujuscemodi adclamationes dialogi forma in veterum titulis ſepulcralibus interdum adpoſitas eſſe. Vel Fabrettus videatur Inſcr. pag. 669. b. 670. a. Nam mihi modus faciendus, & manus de tabula tollenda eſt, ne ſermone nimis obſtrepero vel primo aditu VOBIS odio ſim. Quare VALETE. CORTONENSIS. ACADEMIAE. SODALES. CLARISSIMI. ERVDITISSIMI. & *Hagenbuchium* veſtrum, qui vos colit & ſuſpicit, ſi non indignum judicatis, fovete.

VALE inprimis PRINCEPS noſter EMINENTISSIME, & quia CORTONENSIS noſtræ ACADEMIAE PRINCIPATV TE abdicabis, reliqua quæ ſuſtines negotia maxima & ampliſſima ex animi ſententia gere & perfice. TVRICI Helvetiorum. Pridie Kalendas Auguſtas. MDCCXXXXVII.

PRIN-

Digitized by Google

# PRINCIPI . EMINENTISSIMO
## ANGELO . MARIAE . CARDINALI
# QVIRINO

Jo. Gaspar Hagenbvchivs

εὐοδοῦσθαι. *Brixiam.*

VT gratulatio ſera eorum, qui longe abſunt, qui audiunt ſero, culpari non ſolet: ſic & ſera gratiarum actio reprehendi non meretur, ſi nulla negligentis prætermiſſa eſt. Quo æquiorem, TE, Mæcenas ampliſſime, mihi fore confido, quas par eſt gratias nunc demum agenti. In mittendo enim ad me munere egregio, TE, tanto datore, digniſſimo, præter voluntatem TVAM evenit, ut epiſtola ad Revv. Salisburgenſes TVOS menſe Auguſto exarata ipſam decadem quartam menſe Martio jam abſolutam aliquot anteverteret hebdomadibus. quod πρωθύστερον tantum abeſt ut me lecturum impediverit; potius juvit. ita namque epiſtolarum, quas in decade quarta compegeras, ſynopſin miro a TE artificio conflatam, maturius legere contigit, ut poſtea manu veluti ductus ad legendam decadem ipſam paratior acceſſerim promtiorque.

Hujus largitatis TVAE, qua inter amicos lucubrationum TVARVM fructus eximios, ætatem laturos, dispertiri conſueviſti, compos & ego factus vehementer ſum lætatus cum dono ipſo, tum magis etiam abs QVIRINO ipſo datum eſſe. id vero ſerio triumpho. Simul autem huic gaudio meo id ægritudinis doleo intercedere, me non habere, quo QVIRINI perſona digno munere QVIRINVM remunerer.

Quas enim miſſurus eram epiſtolas epigraphicas, vel hoc nomine TIBI haud ingratas ſuturas, quod ad cariſſima TIBI nomina, ad BOVHIERIVM, cujus nobis eheu! erepti vitam Genevæ publicari his diebus audivi, & ad GORIVM noſtrum ſcriptæ fuerunt: eas in nuperrimo itinere Helvetico TE jam comparaſſe ex Heideggero bibliopola intellexi.

Ne nibil mittam, ſerena, quæſo, fronte accipe Abr. GRONOVII mei *Varia Geographica*, ut, quod commodo TVO fiat, quid de antiquorum geographorum *Oſtionibus* & *Oſtidamniis*, quos Pythean vetuſtiſſimum ſcriptorem Maſſilienſem ab acerba & iniqua veterum criſi vindicans in Galliæ Celticæ *Oſiſmiis* primus quæſivi, TIBI, qui Galliæ quoque provincias tanto cum fructu obiviſti, videatur, mihi exponas.

Dies X. Kal. Octobr. cujus horulas tantum matutinas Turici exegiſti, nobis non tam viſus, quam tantum cœptus videri; *car* VOVS *y paſſaſtes en effet, comme un eſclair*; *ἐν μνήμοσι φρενῶν δέλτοις* inſculptus mihi manebit: quod, quam breviſſime apud nos moraturus, noonihil tamen temporis mihi dederis, ut humaniſſimo colloquio TVO fruerer.

Ex quo colloquio meum erga GORIVM amorem, a me certo olim judicio ſusceptum, & usque adauctum, immo tantum jam factum, ut major fieri poſſe non videretur, in pectore meo magis etiam creviſſe ſubito perſenſi, quum quanto erga eundem amicum, TEcum mihi, præfiſcine dixerim, communem, amore & TV ferreris, mihi ſuaviſſime narrares, ut tunc denique GORIVM amare mihi viderer, antea dilexiſſe.

Id quod minime mirum mihi accidit: nam licet & TE, non purpura magis nitentem, quam multijugarum literarum laude omnium prædicatione condecoratum, *καὶ ὁμοθυμαδὸν ὡς ἀπὸ μιᾶς φωνῆς ἐνφημηθέντα*, maximi merito fecerim ante, quam faciem TVAM intuerer; tamen ex quo *στόμα κατὰ στόμα* TEcum loqui mihi datum eſt, impenſius TE ſuſpicere cœpi, quod literas antiquas TEcum non modo peregrinari & ruſticari, verum etiam, ut TVVM TIBI verbum ioculcem, *epiſcopari* præſens videbam.

Nuncque magnopere moveor, ut ex celeberrimi MVRATORII, quem VERE CELEBERRIMVM vere dixiſti, Novo Inſcriptionum Theſauro excitem quid, quod ſtudium TVVM in legenda hac epiſtola erectum retineat. Quasdam itaque obſervationes ad certam operis Muratoriani paginam oculis TVIS *ὀξυδερκεστάτοις* ſubjicere audeo. quam rem me ad eminentiſſimum QVIRINVM, tam ſacrum Muſis nomen, primum ſcribentem ipſa vox QVIRINA inſcriptionis ab Muratorio male locatæ admonere feſtive videtur.

Pagina octingenteſima quadrageſima ſeptima ſeptem Muratorius concluſit epigrammata, in quibus omnibus, ab uno eoque primo ſi diſceſſeris, *Tribunum* Romanarum

narum quædam adſcripta eſt. De ſingulis *Tribum* adnotatam habentibus carptim ſtrictimque dicam.

Mur. 847 : 2.

Τὸ QVIR. eſſe QVIR*ina tribu* ſi monerem, *γλαῦκ' εἰς Ἀθήνας* ferrem. Præſtat eluere duas mendas, quibus hic titulus fœdatus eſt. Verſ. 2. QVINTILINVS barbarum nomen in Romanum gentilitium QVINTILIVS corrigi, & verſu quarto ex quatuor literis TITI quatuor numeri IIII. refingi debent: quibus ſuperincumbentem lineolam IIII. ſeu duas lineolas ſuperpoſitas IIII. exſcriptori fraudi fuiſſe exiſtimo. Emendato ſic a me Muratorii titulo, memineram ſaxa Cohortium Vrbanarum Prætoriarumque compluria Fabretti diligentiam in unum locum contuliſſe. Nec mora, in ſaxis Cohortis IIII. Prætoriæ apud Fabr. p. 134. n. 97. inveni votivum hunc QVINCTILII titulum, quod Muratorium ſuus index in Fabrettum non docuit. In veteribus monumentis ut QVINCTII & QVINTII, ita & QVINTILII & QVINCTILII, ſic varie ſcripti leguntur. Quid? quod in uno eodemque lapide duas epigraphas habente, cujus Fabrettus ipſe poſſeſſor erat, utraque ſcribendi forma ſimul occurrit, ad ſiniſtram QVINTILIO, ad dextram QVINCTILIO. Vid. Fabrettus p. 199. num. XLV. qui locum inventi lapidis ſui ad aliud ibidem inventum demum p. 299. b. H. expoſuit.

Mur. 847 : 3.

Ex indicibus ſuis claſſem *Tribuum* Romanarum conſilio non laudando abeſſe voluit Muratorius. neque, ſi indicem *Tribuum* more Scaligeri, Reineſii, Gudii, Donii, confeciſſet, in eo 847 : 3. legeretur. nam ind. 17. ſeu nominum legitur *P. Quintius P. F. Publin.* 847 : 3. Prænomina interdum cognomina fieri non neſcio: at heic τὸ QVINTIVS integre exſcriptum, & τὸ PVBLI curtate inciſum, caſu eodem, quaſi PVBLI*us*, concordare tanto minus placet, quod *Quintium* hunc & prænomine *Publium*, & cognomine *Publium* fuiſſe, a vero plane abhorret. Sæpe cognomina, poſt *tribum* ultimo loco poni ſolita, in ſaxis nulla leguntur. ne procul exempla advocem, ſufficiunt qui 847 : 7. cognominibus poſt *tribum* itidem omiſſis habentur L. RICCIVS L. F. VEL*ina* (tribu) & L. ATILIVS L. F. VEL*ina* (tribu.) Ita & P. QVINTIVS P. F. PVBLI*lia* (tribu) cognomine caret. Forte aut plenius PVBLIL*ia*, aut brevius PVBL*ilia*, magis de more in ſaxo ipſo legitur. *Tribus* in ſaxis militaribus potiſſimum ſolitæ ſunt adſcribi.

Mur. 847 : 4.

Tribus QVIR*ina* heic redit bis, in Tomi Muratorii primi pagina extrema vitioſe bis QVR, pro QVR, ſeu QVIR, edita. Idem enim ſaxum a Muratorio bis datum eſt. quam Muratoriani operis pulcerrimi maculam ſaxorum repetitorum ſexcenties, immo millies deprehendimus. Schedarum Muratorii typus Antinoriano longe antiſtat. ita tamen, ut verſu penultimo pro Muratorii FIRMIVS lectio Antinoriana FIRMVS verior, firmiorque habenda ſit vel ex verſu ſexto, ubi ambo typi

recte FIRMO habeot. AED*ilis* eoim PATER, qui duobus filiis titulum P*oſuit*, eodem cognomine eſt uſus, quod & alteri filio FIRMO fuit, ooo FIRMIO. Recte a Moratorio jubemur animadvertere *Collegium Iovis Optimi Maximi* antea nobis ignotum: addo, in 544: 4. in *Collegium* PO. M. corruptum. in qoo ibi explicando inanem Muratorius operam ſumſit. De COLLEGIO I. O. M. minus dubitare debemus, quia alios ordines religioſos, ſeu Collegia Deorum Dearumque, ex aliis ſaxis oovimus, quibus *Collegium Compitalicium* (*Larum Auguſtorum*) addi poteſt, ſi rite conjeci in epp. epigraph. ad GORIVM V. C. p. 376. *lin.* 33.

Verſ. 3. 7 SCAETI Muratorii typus habet: Antinorianus 7. SCAEFI. Index Mur. 17. ſeu Nominum, *Scaſius Centurio.* 544: 4. item *Scetius Centurio.* 847: 4. Male *Scetius* pro *Scatius.* Ut ex genitivo SCAEFI Muratorio nominativus *Scaſius* placuit: ita eidem *Scatus* æque ac *Scatius* potuiſſet placere. Sed quia neque *Scatia* gens, neque *Scatus* cognomeo alibi mihi occurrunt, malim adhærere Antinorii lectiooi 7. SCAEFI, i. e. centuria SCAEFI*i* potius, quam *Scaſi.* *Scaſius* enim cognomen quoque ignotum. Gens vero *Scaſia* jam io Grutero extat.

Mur. 847: 5.

Tribus QVIR. heic exteoſe ſcripta QVIRINA impoſuit Muratorio, ut dormitans lapidem hunc poſt *Quintios* ante *Rexium* inſereret, ac ſi QVIRINA hominis nomeo eſſet. Locari debuiſſet ſupra in titulis *Flavia* geotis, pag. 816. in qua pagina oon ſeptem, ſed ſex taotum lapides video dari: oulla enim ibi adeſt inſcriptio, numero 1. ſignata: unde ſuſpicor, loco ſuo ſeu pag. 816. excluſum titulum T. FL*avio* T. F. QVIRINA (*tribu*) VICTORINO factum io paginam 847: 5. id eſt in locum alieniſſimum quadam incuria eſſe translatum.

Pari ἀβλεψίᾳ Gruterus 518: 10. fractum initio lapidem, in quo AEMILIA (tribu) prima vox legitur,

\- - - - - - - - - - - - - -

A E M I L I A

MAXIMO. DO

BERO. MIL

COH. VIIII. PR

7. VERI *cet.*

in *Aemiliæ* gentis ſaxis ſic retulit, ac ſi io eo *Aemilius Maximus* referretur. a quo errore postea ſibi cavit, eumdem titulum inſcius iterum proſerens 553: 1. voc. *Maximus*, ubi potior locus erat. Gruteri editio poſterior neutrubi quidquam monet de hoc fragmeoto bis dato a Grutero, & in indicibus Gruterianis male accepto a Scaligero & ab Holtheno. Divinus eoim Scaliger ind. 12. de tribo AEMILIA neutrum Gruteri locum adtulit, & in ind. 23. ſeu Nominum poſuit *Maximus Dobirus.*

*birus.* 518 : 10. 553 : 1. tantumque abeſt, ut ab Holtheno indici 12. AEMILIA (*tribus*) ex 518: 10. 553 : 1. ſit addita, ut potius ab eo in indicem 23. ſeu *Nominum* hæc ſint inlata :

„ Aemilia. 518 : 10. „
„ Maximus Doberus. 518 : 10.
„ Maximus Dobirus. 518 : 10. Scal. 553: 1. „
„ Doberus miles. 518 : 10.
„ Dobirus. 518: 10. not. 553 : 1. „

Diligentia Holtheni inſtitutum ſuum in præfatione indicibus Gruterianis præfixâ expoſitum ſecuturi, voc. *Maximus Dobirus* non 518: 10. *Scal.* 553: 1. & voc. *Dobirus* non 518: 10. *not.* 553: 1. ſed utrobique 518: 10. *Scal.* 553: 1. *Scal.* dare debuiſſet: quia Maximus *Dobirus* nititur indice Scaligeri. de quo Holthenus in ſuis animadvertendis ad Grut. 518 : 10. tantum monuit; ad Grut. 553 : 1. monere neglexit. Idem indici Nominum Scaligerano ſine ullo indicio de ſuo addens *Aemilia.* 518: 10. errorem Gruteri alieno ſaxum loco ponentis ſecutus eſt, ac ſi *Aemilia* ibi gens intelligeretur, ſeu hominis ibi nomen eſſet AEMILIA. qui error non minor eſt altero, quo DOBERO ſaxi de hominis cognomine acceperunt & Scaliger & Holthenus. Ut enim AEMILIA ablativo caſu eſt accipiendum de *Tribu*, cognomini ſolita præponi: ita dativum MAXIMO ſequitur alter ablativus DOBERO, *Maximi* ſignificans patriam, quæ poſt cognomen ſuffigi conſuevit. Stephanus Byzantinus: ΔΟΒΗΡΟΣ, πόλις Παιονίας. Cellarius Not. O. A. T. I. p. 1033. utrum in Ptolemæi Δέβορος, an in Thucydidis Δόβηρος (immo Δόβηρος) vocales tranſpoſitæ ſint, in medio reliquit. Sed Thucydidis ſcriptura Δόβηρος minime ſollicitanda eſt, quam optime ſe habere vel ex lapide Maximi, oriundi DOBERO, manifeſto tenemus.

Pro DOBERO in alio Gruteri ſaxo vocali tertia DOBIRO editom eſt 517: 4. quod ſi cum ſaxo Maximi contendo, quæ in initio ſaxi Maximi tempus rerum edax nobis invidit, poſſunt videri ſic reſtituenda.

T. AELIO. T. F.
AEMILIA (*tribu*)
MAXIMO. DO
BERO. *cet.*

Ex Grut. 517: 4. Scaliger non modo ind. 12. ſeu *Tribuum* AEMI. ſed etiam Ind. 10. ſeu Geographico *Dobirum* dedit. quorum illud optime factum; hoc autem θηλυκῶς *Dobirus* verius fuiſſet, quam οὐδετέρως *Dobirum.* quid? quod in 517 : 4. pro DOBIRO malim reſtituta vocali ſecunda DOBERO ex Maximi titulo legere.

His Gruteri ſaxis a me ſic inter ſe collatis, invenio tandem ſaxum Maximi, quod initio fractum ex Grut. 517: 4. redintegrare ſtudui, a Muratorio prima ſui parte illæſum produci, 774 : 8. quaſi antea numquam prodiiſſet. Neqoe tantum

S 2 iguorat

ignorat Muratorius, verſu primo mancum a Grutero his datum eſſe: ſed & in ind. ſuo 13. ſeu Geographico de *Dobero* altiſſime ſilet. Quam vocem ſi patriam militis notare vidiſſet, utrum in Claſſe XI. ſeu ſolita militarium, an in Claſſe XV. ſeu Geographica dare mallet, dubius credo fuiſſet.

Mur. 847: 6.

FAB*ia* Tribus admodum frequentata in Brixianorum ſaxis, inprimis militaribus. Militem Brixianum eadem Tribu cenſitum inveni in lapide Helvetico *ἀνεκδότῳ*, quem adducerem, niſi ad finem Muratorianæ paginæ, ad quam commentor, feſtinarem. Quare ſufficit heic dicere, hoc Rexii ſaxum jam legi in Fabr. p. 370. n. 141. quod Muratorio qui latuerit, miror. Ne Fabrettinum Muratorii indicem MS. iterum incuſem, ipſe Fabrettus cap. IX. p. 642. b. E. ob geotem *Rexiam* citat ſuum Cap. V. num. 141.

Mur. 847: 7.

De VEL*ina* Tribu, a GORIO meo in indice, qoem in tres Inſcriptionum Etruriæ tomos pertinaci labore in modum Scaligerani & Reineſiani adornavit, omiſſa, hominem amiciſſimum monui in epp. epigr. pag. 433. *lin.* 26. In poſtremo hoc Muratorii ſaxo duo legi, qui VEL*ina tribu* fuerint, ad paginæ Muratorianæ ſaxum tertium, de PVBLI*lia tribu* agens, ſupra p. CLVIIII. jam præcepi. Neque aliter accepit Gorius, in indice Doniano 12. ſeu *Tribuum* voce VELINA numeros VI: 128. veriſſime adſcribens. Muratorius ind. Nominum, *L. Riccius L. F.* 847: 7. item *L. Atilius L. F.* 847: 7. neutri nomini τὸ VEL. adponens. Recte in indice Atilio prænomen Lucii dedit, quo eum in nota privaverat, quum ſiglas male junctas H. SS. L. exponere tentaret H*oc Siti Sunt* L*oco*. Ne reliqua notæ Muratorianæ conſodiam, nonniſi huc transfero, quæ ad præſtantiſſimum GORIVM ante editum celeberrimi MVRATORII Theſaurum ſcripſi.

„Paginæ Donianæ 259. ſaxum primum num. 128. VEL*inam* tribom quid, quæ„ſo, repetit verſu ſtatim ſecundo? Etſi non ignorem, lapides antiquos non ea „audacia eſſe corrigendos, qua membranas veteres; Reineſiumque, doctiſſimum „alias lapidum expoſitorem, non raro audaciæ nimiæ notam merito incucurriſſe „agnoſcam: auſim tamen alterum illud VEL. corruptum ab exſcriptore pronun„tiare: ſique patiaris, legam.

„ L. RICCIVS. L. F. VEL. PESSI
„ NVNTE ANN. LXV. ET MAR
„ CIA MAXIMA VXOR *cet.*

„Quæ in lapide, ut ſolent, cohærebant LXVET. deſcriptori facile LX. VEL. viſa „ſunt. Inter mariti & conjugis nomina ET ſexcenties & interponi, & omitti ſolet. „*Marcia Maxima* cur indice 23. a TE ſit omiſſa, miror. Verſu 6. RICCIA L. F. „BVLLA immiſſo F. legendum videtur. H. SS. accipio H*ic Siti Sunt*. Ita L. ver-

„ſum

„ſum ſextum claudens, erit prænomen: L ATILIVS L. F. VEL. a TE ind. 23. „ſinc prænomine datus. „

His ante duodecim abhinc annos jam ſcriptis ſaxum hoc Doniano-Muratorianum diu poſt vidi & in Gud. 309: 10. legi ex Ligorio. Gudianus Ligorii typus inferior eſt Doniano ex ſchedis bibliothecæ Vaticanæ, cui TV, QVIRINE, bono Reip. literariæ nate, tanta cum laude præes. Index Gudianus Nominum, *Atilius L. F. VEL.* 309: 10. ubi prænomen omitti non miror. Ligorianus enim typus verſu 5. extremo poſt H. S. L. lacunæ ſen defectus indicia oſtentat. at ind. Gud. 12. ſeu *Tribuum* voc. VEL. numeros 309: 10. abeſſe, non poſſum non mirari. Quod niſi Muratorius frivolis de cauſſis Gudianam Syllogen contemſiſſet, verſus ſecundi VEL. tantæ ei offenſioni non fuiſſet. Pro LXV. ET, ut ex ingenio olim emendavi, ex diſtinctione Ligorii facile patior LX. VET. legi. in qua lectione homo nobis ſiſtitur ſexagenarius, VET*eranus.* cui, avunculo ſuo, poſuit, & ſibi, L. ATILIVS L. F. VEL*ina* tribu, præterea & ipſe dictus VETER*anus* in Donio, & extenſiſſime VETERANVS in Ligorio, LEG*ionis* $\overline{\text{VII}}$. Cognomen Ricciæ verum adhuc quæro: *Bulla* enim non ſatis placet: BELLA autem vel FABVLLA, quæ modo in mentem veniunt, ab editis abeunt longius. Sed mulierculæ hujus cognomen verum ſcire tanti non refert, ut id neſcire quam anxie quærere non præſtet.

PRIMORDIIS CORCYRAE, opere TVO immortali, Muratorium in comportandis Theſauri ſui epigrammatis (ita Inſcriptiones vocari pag. 186. erudite doces) uſum non eſſe, demiror. Non deerant, quæ de Inſcriptionibus Corcyræis adferrem, niſi longior fieri nollem.

Eſt vero, quod ante, quam finiam, ex TE, eruditiſſime Princeps, quæram. Ubi locorum ſita eſt TILIA? aut in quonam *Gaſparis Schotti* libro inveſtigari poteſt inſcriptio, quam a BRICHERIO ſuo ſuppeditatam Muratorius 1979: 8. prodidit? APOLLINI. GRANNO. T*itus.* IVL*ius.* VICTORINVS. vere legit BRICHERIVS. Addo, verſu penult. pro HVI legendum omnino videri T*ito.* IVL*io.* niſi bis, de patre & de filio, ligatum †, ſeu TI*ber.* præ T*iti* prænomine placeat. Quæ adverſantia ſibi occurrere ſcribit MVRATORIVS, aliis exemplis, ſi ſit opus, docere poſſum pulcerrime convenire. De Bricherii DEC*urio.* *Coloniæ.* A∵G*uſtæ.* PAR. in primis quo modo PAR. intellexerit, legive poſſit, decernere ſatis nequeo, niſi cognito ante loco, ubi ſaxum fuerit erectum aut inventum. Habes cauſſam, cur de *Tilia* doceri velim. cui honeſtiſſimæ cupiditati meæ unum TE omnium optime confido ſatisfacere poſſe. Voles quidem certe, ſi poſſis. Ita opto, ut valeas, & diu lætus interſis populo QVIRINI, id eſt Brixiano, ſed & Romano.

Turici Helvetiorum. V. Idus Decembres. MDCCXXXXVII.

Jam in eo eram, ut literas has Brixiam mitterem, quum mihi alterum munus TVVM adfertur, quo me liberaliter donare, QVIRINE optime, perrexiſti.

 Inſigni

Inſigni hoc beneficio TVO auctus lubeotiſſimus legi, quæ de Diptycho QVIRINIANO mira ingenii fœcunditate adhuc protulerunt ſtudia contrària & certantia hominum ætatis noſtræ doctiſſimorum, qui TIBI gratificaturi, eodem omnes ſtudio, quisque in ſua ſibi navi, æquor hoc eboreum ſulcantes, ventis uſi diverſis, alii alio delati ſunt. Singulorum μελετήματα quod mereantur pretium ſtatnere, non mei eſt arbitrii, ſed unius QVIRINI, qui ebur hoc ſuum Bibliotbecæ Vaticanæ a ſe digniſſime inlatum optime noſſe debet. unde & doctiſſimus LEICHIVS conjecturas ſibi natas non pertinaciter tuiturus, Eminentiſſimi QVIRINI, qui, ut eruditos oculos habet, certiſſimam de illis tabulis ferre ſententiam poteſt, acri gravique judicio permiſit.

Multo minus, ut ingenue fatear, & libere dicam, blandis verbis TVIS inducor, ut idem mare poſt tot egregios viros & ego tentem: primum ne videar

*- - - - - argutos inter ſtrepere anſer olores.*

deinde, quæ nondum lectis eruditorum diſſertationibus mihi ſeſe dare cœperant, ea maximam partem ante me, alia ab aliis, quorum labores perdoctos mihi donaſti, obſervata eſſe cognovi, ut a ſcribenda in Diptychum TVVM divinatione animum mentemque omnem averterim, ipſe me non revocans, ſed totis viribus refugiens. ne collatis pavonum pennis me exornare dicar, maleque mulcatus dimittar. poſtremo, quod caput eſt, ab interpretandis monumentis pictis, fictis, ſculptis, cælatis, effiglatis cet. a quibus literæ abſunt, manum fere abstineo: quod hoc interpretandi genus tantum non omne, quoties literæ adſunt oullæ, quæ viam veri quærendi inveniendique aperiant, ſæpe ſæpius ejusmodi eſt deprehenſum, ut ne veri quidem ſimilia prolata eſſe ab æquis rerum æſtimatoribus ſit judicatum. conf. quæ ad Inl. BOVHIERIVM a me ſcripta ſunt pag. 274. *lin.* 7.

Μία δ' οὐχ ἅπαντας ἄμμε θρέψει
Μελέτα - - - - - - - - - - - -

ad quæ Lyricorum principis verba ſcholiaſtes eruditus erudite notat, ὁ μὴ πέφυκας πρὸς τὸ παγκράτιον, πάλιν ἄσκει, ὁ ἄλλο τι, πρὸς ὃ εὐφυῶς ἔχεις. Itaque ab Diptycho QVIRINIANO, nunc VATICANO, quod licet literis, quibus ab ſe cantet, cujum ſit, careat; quo minus tamen *illiteratum* vocemus, quidquid Muſarum eſt, inprimis Muſæ QVIRINI omnes vetant, curriculo abeo, ut via breviſſima

Ferar ad diptychum BRIXIANVM, ſeu illuſtris Brixianorum gentis BARBISONIAE, *literatum*, id eſt literis Inſcriptum notatumque, quæ *conſulare* id eſſe quam maxime loquuntur & clamant. in quibus Interpretandis Bouhierius, Leichius, & ego multi fuimus, ut non potuerit mihi non eſſe gratiſſimum, a Te donatas eſſe mihi diſſertationes, in quibus non de TVO tantum diptycho præclare diſputetur, ſed etiam de diptycho BRIXIANO Barbiſoniorum multa fiat mentio.

De ſpectatiſſimi BOVHIERII & elegantiſſimi LEICHII explicationibus epiſtolam ſcripſi viceſimam, bene longam, pagg. 272. --- 353. deque BOVHIERII conjectura-

jecturarum, quas TEcum quoque ab ampliſſimo Diviouenſium præſide commuoicatas magui, ut merebantur, feciſti, & publica luce digniſſimas publice prooootiaſti, verſione latina in Belgio curata & edita quædam addidi in ep. ad Nobiliſſ. BLAVRERVM pag. (29.) *extr.* Utinam BOVHIERIVS ſuperſtes mihi reſpondere potuiſſet. Utinam quod hic morte nobis lacrymanda præventus uoo potuit, aut TV, ſapientiſſime QVIRINE, aut GORIVS noſter, aut uterque mihi præſtaretis.

MAZOCHiana de eodem diptycho Conſulari quum mihi primum a Gorio memorarentur epp. epigr. pag. 383. *lin.* 15. quanta eorum coguoſcendorum cupiditate flagraverim vides ex pag. 409. *lin.* 15. neque tamen poſtea quidquam Mazochianæ curæ a Gorio accepi, ἁπλῶς ad Syllogen Calogieræ voluminoſam, in qua Mazochiana Venetiis recuſum iri audiverat, ab eo pag. 429. *lin.* 15. rejectus.

Quantam igitur gratiam a me iniviſti, mittenda ad me celeberrimi MAZOCHII diatriba, ſplendidiſſimo nomini TVO inſcripta! Cojus Sectionem III. de diptycho Brixiano Boëthii Conſulis ἔγγυον, ἀνέγγυον, καλέγγυον. quid enim? adeo contortæ ſunt viri cetera eruditiſſimi & antiquitatum peritiſſimi, explicationes τὸ ECCONS & τὸ EXPPPVS. ut ab omni antiquitatis regula abnormes deilectant, in eum cenſum referendæ, quo voces cohærentes & continuas peſſime diſtinctas prodigioſeque acceptas eſſe, exemplis pluribus Mazochiano ſimillimis alibi Ξ. Θ. oſtendam. Τὸ S. finale & τὰ EC initialia τῶν EXPPPVS. ECCONS. ſic jungenda eſſe, EXPP. PV. SEC. CONS. cur non vidit? Unum eſt, quod doctiſſimum MAZOCHIVM juxta mecum obſervaſſe video. Procopii locum dico, ab Relandi παρεργασίας vindicatum ab Mazochio pag. (XXIV.) not. 31. & a me epp. epigr. pag. 333. *lin.* 6.

Prima diptychi Boëthiani vox NAR. quantopere interpretes torqueat, non neſcis. Doctiſſimum LEICHIVM, auctoritate TVA abreptum, eam ANIC. ſignificare arbitratum, Bouhierio occaſionem præbente, reprehendere debui pag. 317. nuncque video ex TVA ad CL. de BOZE epiſtola, quod pag. (XXVIII.) *extr.* (XXIX.) *init.* non quidem ſerio, ſed jocando, ſumta Oedipi perſona, eras hariolatus, id LEICHIVM ex folio Sibyllæ recitatum, aut ex Jovis diphthera prolatum crediſſe. Nonne ut Jupiter Comicus Alcumenæ, ſic QVIRINVS ſe purgabit LEICHIO?

*- - - - - - Si quid dictum eſt per jocum,*
*Non æquum eſt, id te ſerio prævortier.*

Ego vero ſerio TE etiam atque etiam rogo quæſoque, ut initium literarum diptychi Boëthiani, earumque ductus atque flexus omnes & ſingulos, maximos, medioximos, minimos, viſumque non prudentiſſimum ſugientes, ſerio contemplatus, ſerio reſpondeas ad ea, quæ pag. 322. *lin.* 19. a me poſita ſunt. Cojus enim oculis fidem habebo majorem, quam QVIRINI oculatiſſimi,

*Ambobus mihi qui carior eſt oculis?*
Iterum VALE, QVIRINE oculiſſime,
*Aut aliud ſi quid carius eſt oculis.*

TE *a Breſcia*

*a Breſcia ce* 10. *Mars* 1748.

LE paquet cy joint qu'avec ma Lettre qui ſe trouve là dedans je Vous prie de preſenter à Monſieur *Hagenbuchius*, Vous apprendra de ſoimeme que je viens de recevoir aujourdui celle que Vous m'avés ecrite le deuxieme de ce mois. Je ſuis ſeur qu'à ce tres ſcavant Profeſſeur ne ſera pas inconnu l'honneur que j'ay taché de rendre à ſon nom dans les deux Lettres imprimées c'eſt a dire addreſſées la premiere à Monſieur *Breitingerus*, & la deuxieme à Monſieur *Feuerlinus*, cet.

Le Cardinal Querini.

---

Signor Hagenbuchio ſtimatisſimo.

ALLE proteſte della mia affettuoſisſima riconoſcenza per i tanti, e tanti favori da Voi compartitimi mio riveritiſſimo Sig. Hagenbuchio, le quali v'ho fatte pervenire per mezzo non ſolamente del Sig. Heideggero, ma di due Lettere pubbliche, aggiungo ora i proprj caratteri per confermarvi vie più la medeſima. Vi prego dunque a viver ſicuro della ſomma ſtima ch' io faccio della voſtra erudizione, e della voſtra amicizia ancora.

Reſto ancora debitore di manifeſtarvi ciocch'io penſo della voſtra Critica ſopra la p. 847. di Muratori, e della ſituazione di *Tilia*, ma non per queſto mi manca il coraggio di ricercarvi preventivamente del voſtro giudizio ſopra l' interpretazione da me data ad un' Iſcrizione, che trovarete deſcritta nelle poche quí anneſſe carte, che formano il principio d'una nuova mia Lettera latina. Vi prego dunque del favore, ſenza dimenticarvi dell' altro già richieſtovi, e per cui meglio conſeguire, Vi ſpediſco le carte del Giornale di Venezia. e per fine mi proteſto

Voſtro ſempre affettionatiſſimo

Il Card. Querini.

PRIN-

# PRINCIPI . EMINENTISSIMO
## ANGELO . MARIAE . CARDINALI
# QVIRINO

Jo. Gaspar Hagenbvchivs

εὖ διάγειν.

Brixiam.

LAPILLO mihi meliore non demum notandus, ſed notatus jam pridem eſt dies ille, cujus horulis tantum matutinis Turici ita adfuiſti, ut partem earum præcipuam cum collegæ meo, tum mihi, humaniſſime ad TE evocatis, tribueris. cujus a nobis abitus TVI verius, quam ad nos adventus, quum menſe ſuperiore in literis ad Inl. Marchionem MAFFEIVM facerem mentionem, non dubitavi hos Poëtæ verſus ponere:

> βῆ δ' ἴμεν ἀστεροπῇ ἐναλίγκιος, ἥν τε Κρονίων
> Χειρὶ λαβὼν ἐτίναξεν ἀπ' αἰγλήεντος Ὀλύμπου,
> Δεικνὺς σῆμα βροτοῖσιν, ἀρίζηλοι δέ οἱ αὐγαί.

Virtutum TVARVM præconem non deſideras, QVIRINE MAGNE, me male parvum: qui in iis, qui TE, quanti mereris, id eſt maximi ſaciunt, nomen meum inprimis profiteor. Quod tam cito, tam ſubito, a nobis abieris, non potui non dolere. carui enim ſructu diuturnioris conſuetudinis. at idem lætor, qood abſens toties mei memor eſſe non deſinis. nam cum viris principibus, TVIque ſimilibus, verſari, ſuiqoe apud eos memoriam conſtituere, pauciſſimis datum eſt.

Quot ex fauſto admodum die illo, quantisqne a TE beneficiis uſqoe ſim mactatus, meis in literis primis merito deprædicavi: eodemque grati animi officio me nunc hisce alteris iterum defungi neceſſe eſt. ita bene mihi faciendi finem numqnam facis. nam bene facere ex conſuetudine in naturam TIBI vertit: qood eſt vere ΕΥΕΡΓΕΤΩΝ.

 Neqoe

Neque tantum ad me miſiſti, quæ limatiſſimum ingeniom TVVM alia ex aliis in lucem poblicam dare perrexit : ſed io iisdem, inprimis in epiſtola ad clar. FEVERLINVM tanto me honore dignatus es, ut dum legerem, ex atra veſte, qoam gero, ſtatim perſenſerim tenebras & caliginem illabi oculis meis, quos laudes a TE in me profectas puduit obire. Si luminibos meis ſerenitas reparetur, id eſt, ubi primum ad Diptychon Boëthii Brixianum amplius illuſtrandum tempus mihi vacabit, quæ potero tantopere a TE adjutus, dabo : valde tameo verens, ne expectationi TVAE incredibili, quam gravem mibi adverſariam conſtitutam & paratam eſſe video, nullo ſatisfaciam modo. Sed noles, infelicitatis ipſe me ut prædamnem, aut ſpem, quæ etiam incerta recte foveatur, io certam deſperationem convertam. Potius itaque nunc ago, quod magis ad nos immo unice vel jam pertinere voluiſti.

TVA enim, VIR EMINENTISSIME, epiſtola, ſummæ beoivolentiæ, qua me proſequeris, teſtis certiſſima, quam VI. Idus Martias ad me ipſum ἰδιοχείρως exaraſti, in ſpem me venire jubet, fore, ut & de *Tiliæ* ſitu, cujus mibi adbuc ignoti mira cognoſcendi ardeo cupiditate, & de meis ad Muratorianam paginam DCCCXXXXVII. obſervationibos criticis qoid TIBI videatur, ad me ſtatim ſcribas : ſi, quid de inſcriptionis in limine epiſtolæ ad clar. Jo. Matth. GESNERVM, quæ prælum Brixianum jam cœpit exercere, a TE poſitæ ſiglarum interpretatione TVA ipſe ſentirem, prius TIBI aperuiſſem.

Perbenigne mecum agis, optime QVIRINE, qui hanc mihi conditionem ponas. Absque hac [illegible], quam mihi oſtendis, eſſet, tot nexibus me TIBI jam deviotum cognoſco, ut voluntati TVAE me non obſequi piaculum crederem. Si, qood cuperem maxime, auctoritati TVAE adſurgere, & album ſine mora interpretationi TVAE calculum adjicere poſſem, næ levi opera omni reſpondendi officio jam fere eſſem defunctus. Sed noo eos cognovi QVIRINI noſtri mores, ut ſententias TVAS temere a quoquam velis, multo minus poſtules, probari, cui diſſentiendi cauſſæ ſint graves : aut ut eos, qui cenſoris honeſti animum ſumunt, minus ames. quas virtutes TVAS, promovendis literarum optimarum ſtudiis accommodatiſſimas, ſaluberrimasque, reliquarum omnium, quibus nites, flores, emines, chorum quam maxime & ornare & decere, in TVIque admirationem omnes rapere noo miror, ſed in TE conſpicuas admiror, quo rarius io tanta ſede una morantur eruditio princeps, & princeps modeſtia. Magnorum hominum labores doctiſſimos ſuſpicio quam qui maxime. eosdem ab nævis omnibos immunes, quia homines magni dederunt, homines tamen, nomquam in animum ioduco meum. Nullum enim librum ſine erroribus prodire certum eſt :

*(Ut vitiis nemo ſine naſcitur:) optimus ille eſt,*
*Qui minimis urgetur.* - - - - - - - - - - - -

Quid?

Quid? quod neſcio qua animi divinatione permotus, TVAEque expoſitioni nonnihil diffiſus, alieni judicii adjumentum quoddam quum circumſpiceres, noo ad præclara Italiæ TVAE lumina cauſſam hanc TVAM detuliſti; ſed, qui ſummus eſt TVVS erga me amor, ad me, homuncionem tranſalpinum, decurris, ut non mndo parem principibus, verum etiam infimis communem TE probes, &

*Ut acuat ſeſe diligens induſtria*

mea. Quare ne expectationem TVAM fallam, TVAEque petitioni minus obtemperem, ingredior ad explicandam rem, de qua meam TIBI ſententiam exquiris.

Iuſcriptionem a TE ſic editam

M. NONIO M. F.
BALBO
P. R. PROC.
HERCVLANENSES
P.

PROC*uratori* factam eſſe, non PROC*onſuli*, adeo non babes ambiguum, ut ſiglas, quæ *ἀμέσως* antecedunt, P. R. quadrifariam interpretari tentes, quater tamen ita, ut duo genitivos ſignari credas a dativo PROC*uratori* rectos: ſeu P*ublicæ* R*ei*, ſeu P*rivatæ* R*ei*, ſen P*rincipis* R*ationis* (quod, ni ſallor, de eo accipis, qui *Principis* ſeu Imperatoris ſuerit *Procurator Rationis*, nt uterque genitivns ab eodem ſubſtantivo *Procurator* regatur. aut, quod ad idem recidit, ut genitivns *Principis* ab altero genitivo regatur, qui fuerit *Procurator Rationis Principis*) ſeu tandem P*atrimonii* R*ationis*. Quatuor has interpretationes non ex uno loco in quatuor diverſas vias abire, ſed ex quatuor diverſis viis ad unum locum tendere & pervenire ſatis video: in hocque opinionum TVARVM quadrivium ex Jureconſoltorum libris TE veniſſe plane intelligo: poſſumque, ſi non nolis, addere *Privatæ Rationis Procuratorem* a Gutherio de Off. Dom. Aug. 3: 27. quoque commemoratum; aut, ſubſtantivo *Rei* vel *Rationis* per ellipſin in ICtorum libris tritam omiſſo, PR*ivatæ* PROC*uratorem.* quo modo Maſſiliæ, græcæ originis urbe, in ſaxo græco ΕΠΙΤΡΟΠΩ ΠΡΕΙΟΥΑΤΗΣ, *Procuratori Privatæ* ſcil. rei vel rationis legitur in Grut. 458: 1. ubi notulam Lindenbrogianam *g.* in ed. Grut. ſec. non minuſculis literis græcis Πριβάτης, ſed majuſculis dare debebant; & quidem ΠΡΗΥΑΤΗΣ, non ΠΡΗΤΑΤΗΣ. Scilicet græcorom Υ & Τ vitioſe ſæpe confundi: ut hodieqne typotbetæ præter voluntatem noſtram alterum pro altero interdum ponunt. Vel in meo ad Turicenſe monumentum commentario pag. 533. *lin.* 11. me rolente pro Τετραγωνοσελόγιον male editum eſt Τετρακοσολόγιον, ad quod quum operarum errores corrigerem, ut homo ſum, connixi.

Ad ellipſio ſubſtantivi *rei* ſeu *rationis*, quam dixi, cum genitivo adjectivi foeminini *Privatæ* animum ſi adteodiſſet Muratorius io nota ad 1114: 5. *Procurator privatæ Regionis Ariminenſium* munus ei novum minime eſſet viſum. Neque enim pri-

vata Ariminenſium regio habuit Procuratorem, quod novum omnino eſſet & inauditum; ſed erectus eſt lapis Piſaurenſis SVBPRAEF*ecto.* VIGIL*um.* *Bis.* (non B*ritto-num*: quos *Vigiles Brittones* doctiſſimo Muratorio relinquimus) PROC*uratori.* PRIVATAE. (ſc. *rei* vel *rationis*) REGIONIS. ARIMINENSIVM i. e. per regionem Ariminenſium: quem ad modum modo citatus lapis Maſſilienſis ΕΠΙΤΡΟΠΩ. ΠΡΕΙΟΤΑΤΗΣ. ΔΙΑ. ΦΛΑΜΙΝΙΑΣ. ΑΙΜΙΛΙΑΣ. ΛΙΓΥΡΙΑΣ.

In dubium, credo, non venit, Herculanenſes monimentum ſuum M. Nonio M. F. Balbo poſuiſſe aut ipſis liberæ Rom. Reipublicæ temporibus, aut ſub primis ſaltem Cæſaribus. Si erexerunt ante, quam ſumma rerum ad unum eſſet devoluta, nullus plane tunc locus erit *Procuratori Rei Privatæ* Imperatoris Romani.

PRIVATARVM RERVM PROCVRATIONEM ſub Septimo Severo primum conſtitutam eſſe, Spartianus in ejus vita cap. 12. memoriæ literis prodidit, memoria ipſe falſus ſecundum Salmaſium, quo judice jam ab Auguſti temporibus non modo res hæc, ſed nomen quoque ipſum cognitum fuit. Spartiani tamen cauſſam contra Salmaſium fortiter tuetur Ph. a Turre ad Inſc. M. Aquilii cap. V. p. 74. 75. Quam nos nunc litem noſtram non facimus, fori eam Jureconſultorum eſſe ſatis gnari. Hos vero Spartiano magis cauturos, quam a Salmaſio ſtaturos puto. Conf. quæ Burmanniana dedi in Τεσσαρακ. p. 525. *lin.* 18.

Rejecta ergo ad Jureconſultos hac controverſia, Spartiano tamen dicam non ſcribentes, quoad teſtimonio indubio doceamur, *Procuratores rerum privatarum* ante Septimium Severum hoc ipſo nomine notos jam fuiſſe, Strabonis a Caſaubono lenius, acrius autem a Salmaſio ad Spartiani verba p. 609. ed Hack. adducti, de Aegypto in provinciæ formam redacta locum adſcribimus integrum, Geogr. lib. XVII. p. 1147. 1148. Ἐπαρχία δὲ νῦν ἐςὶ, φόρους μὲν τελοῦσα ἀξιολόγους, ὑπὸ σωφρόνων δὲ ἀνδρῶν διοικουμένη τῶν πεμπομένων ἐπάρχων ἀεί. Ὁ μὲν οὖν πεμφθεὶς τὴν τοῦ βασιλέως ἔχει τάξιν. ὑπ' αὐτῷ δ' ἐςὶν ὁ δικαιοδότης, ὁ τῶν πολλῶν κρίσεων κύριος. ἄλλος δ' ἐςὶν ὁ προσαγορευόμενος ἴδιος λόγος, ὃς τῶν ἀδεσπότων καὶ τῶν εἰς Καίσαρα πίπτειν ὀφειλόντων ἐξεταςής ἐςι. παρέπονται δὲ τούτοις ἀπελεύθεροι Καίσαρος καὶ οἰκονόμοι, μείζω καὶ ἐλάττω πεπιςευμένοι πράγματα.

Πολυμαθεςάτῳ Salmaſio ἴδιος λόγος i. e. *privata ratio* eleganter dici videtur ipſe *rationalis rei privatæ*, ſeu *procurator rationis privatæ*: ſic *rationem patrimonii* in veteri ſaxo legi pro *patrimonii rationali*: SVPERPOSITO. MEDICORVM. EX. RATIONE. PATRIMONII. id eſt, qui ratio fuerit patrimonii. ot ex conſule qui conſul fuerit. Quæ de *cura* docte ſuperaddit, brevitatis cauſſa omitto, & hoc unum moneo, λόγον pro λογιςῇ Strabonem ſcripſiſſe duriuſculum mihi quidem videri: quod poëtis potius & oratoribus, ipſo Salmaſio ad Trebell. Poll. io vita Claudii c. 5. p. 362. b. non abnuente, conveniat. Forte Straboni ſtilus ſuus æquus reſtituetur, ſi ab eo non ἴδιος λόγος, ſed ἰδιολόγος ſcriptus fuiſſe conjiciatur: primum, quod alia ad eamdem formam cum λόγος compoſita græco ore communiter, & optime græce dicta ſunt, ut δεκατολόγος, εἰκοςολόγος, πεντηκοςολόγος, cet. ot in Τεσσαρακοςολογίᾳ meo

meo adducendi occaſio fuit. deinde, quod græcorum nemo alius λόγον pro λογιστῇ dixit, uti neque Romanorum quiſquam *rationem* pro *rationali.*

Quod enim unum ſententiæ ſuæ firmandæ exemplum vir ſummus adduxit ex ſaxo veteri apud Grut. 581: 7. vereor ne eruditius quam verius *ex ratione* ab eo explicetur, *qui rationalis fuit*, tuncque non amplius erat, ſeu *exrationalis*, ut *ex conſule* pro conſulari ſeu eo, qui conſulatu jam abierat. Addo, rei opportunitate admonitus, EXCOM. RERVM. PRIVAT*arum* in Grut. 151: 6. ed. ſec. nam male in ed. priore EXCON. RERVM. PRIVAT. legebatur, non EXCONS. RERVM. PRIVAT. ut literula auctius citat Gutherius, qui, quod ad intellectum vocis illius corruptæ faceret, adſerre magis voluit, quam valuit, *de Off. dom. Aug.* 3: 26. *ante fin.* contra ea alio in ſaxo Grut. 1079: 14. EXCOM. ORD. pro EXCONS. ORD. irrepſiſſe dixi in ep. de Diptycbis pag. 313. *lin.* 30. Ut enim Comites, & Excomites, rerum privatarum; nec non Conſules, & Exconſules, ordinarii notiſſimi fuerunt: ſic ignotiſſimi Conſulares, & Exconſulares, rerum privatarum; nec non Comites, & Excomites, ordinarii. De EX magiſtratibus præpoſito multis me verbis in eadem epiſtola p. 286. *ſeqq.* dixiſſe meminiſti: &

De EX officiis domus Auguſtæ præfixo egi in Τεσσαρακοστολογίᾳ p. 521. 522. τῷ

EX STATIONE XXXX GALLIARVM

lucem fœnerans. Ita, quod Salmaſius adduxit, de AVG*uſti* LIB*erto*, SVPERPOPOSITO MEDICORVM, EX RATIONE PATRIMONI*i*, nil opus eſt, quin nimium videtur, cum *ex conſule* conferre, q. *Exrationali patrimonii.* Hunc enim Augusti libertum ægerrime crediderim umquam fuiſſe ipſum *rationalem patrimonii.* Ut ſub Aegypti & Præfecto & Juridico & Rationali Rei Privatæ Auguſti Libertos fuiſſe ex Strabone aperte intelligimus, ita hunc AVG*uſti* LIB*ertum* vix dubito *Rationali Patrimonii* operam tantum ſuam locaſſe, dictum EX RATIONE PATRIMONI, i. e. fuiſſe eum unum *ex ratione patrimonii*, ſeu *rationis patrimonii.* Hujusmodi enim ablativos ab EX rectos, & genitivos, ἰσοδυναμεῖν ſcripſi pag. 522. adducto loco Actor. XXI: 10. cui quæ præcedunt verba, Apoc. XIX: 10. Σύνδουλός σου εἰμὶ, καὶ τῶν ἀδελφῶν σου. delenda eſſe video, ad rem ibi nil facientia: quia genitivus ἀδελφῶν non ellipticum habet regimen, ſed expreſſum ipſius ſubſtantivi σύνδουλος. quod monere me juſſit P. Syri ſententia

*Ignoſcito ſæpe alteri, numquam tibi.*

Gruteriani ſaxi ῥῆσις EX RATIONE PATRIMONI ſic quoque expediri poteſt, ut iſte AVG*uſti* LIB*ertus* intelligatur *ſervus* EX RATIONE PATRIMONI*i*. Vox *ſervus* per ellipſin frequentiſſime deeſt, ſæpe etiam de *Auguſtorum libertis* expreſſa. ne dubitemus, ſervos ab Auguſtis ſuis manumiſſos, ſeu libertos factos, ſervorum domus Auguſtæ officia adminiſtranda ſuſcepiſſe, aut munera domus Auguſtæ ſervilia obire perrexiſſe. quam in rem plura ſcripſi ad Ill. Bouhierium, quum de ellipſi vocum *libertus* & *ſervus* agerem, p. 164. *med.* & p. 174. D.

In eadem epiſtola de *diſpenſatoribus*, ſervilisne tantum conditionis fuerint, ſententiam meam protuli p. 159. *med.* Qui ab Salmaſio productus eſt LVPERCVS. DISP*enſator.* RATIONIS. PRIVATAE. noo ipſe *Rationalis Rei Privatæ*, ſeu *Procurator Rationis Privatæ*, ſed, meo quidem judicio, ſervus tantum fuit, *Diſpenſator rei privatæ*, ſcil. ſub Procuratore ſeu Rationali ejusdem rei. En inſcriptionem integram ex Grut. 597: 5. a Muratorio de *diſpenſatore non ſervo* in oota Anti-Fabrettiana acceptam, ot Muratorii citationem Gruteri correxi epp. epigr. p. 161. *lin.* 2.

AVRELIAE. LAVDICIAE
CONIVG. OPT. B. M
LVPERCVS
DISP. RATIONIS. PRIVATAE

Ex toto lapide nihil prorſus nobis adlucet, qood hunc diſpenſatorem Lupercum, uno ſervili nomine ſuo nobis notum, ſervorum numero ſuadeat eſſe eximendum. Uxorem habnit gentilitio nomine vocatam: cujusmodi conjugia frequentiſſima fuiſſe tradidi p. 172. *lin.* 25. Si hæc ſervi coojux, AVRELIA, fuit Auguſti liberta, quod probabiliter conjici poteſt, certo ſcire non licet, Imperatorum Aureliorum temporihus hunc ſervum diſpenſatorem adſignabimus.

Quæ hactenus de duobos ſaxis ab Salmaſio adlatis diſpntavi, non ita accipi velim, ac ſi eorum, quæ de Auguſti Libertis Ἐπιτρόποις in *Terrag.* p. 516. *extr.* ex Dione adtuli, immemor factus Auguſti libertos ullos nomqnam *Procuratores Patrimonii*, aut *Procuratores rationis privatæ* fuiſſe exiſtimem. Hoc tantum volo, neqne τὸν ὄντα EX RATIONE PATRIMONI, neque DISP*enſatorem* RATIONIS PRIVATAE, Auguſti Procuratores ipſos fuiſſe; ſed Auguſti Procuratoribus, quos ingenui an libertini fuerint neſcimus, ſubſuiſſe, in operis & ſervitio rationum conſtitutos.

Ingenuum vero quam maxume, M. Nonium M. F. Balbum, *Privatæ Rationis* PROC*uratorem* nobis exhibet Inſcriptio, ſi Eminentiſſimi QVIRINI interpretatio ſiglarum tantum habet pooderis & veritatis, quantum eruditionis & ingenii. Sed quia auctoritatem TVAM, quamvis magnam, cui merito adſurgerem, pro ratione ſufficere non vis, quid mihi docendo adhuc amiculo videatur, cogooſce.

In explicandis antiquarum inſcriptionom ſiglis id ſtudendum eſt, ut lectiones ſiglarum non modo ὁλογραμμάτως in aliis ſaxis occurrant, ſed ut præterea eodem quoqne ordine, non autem ioverſo & inſolito inveniantur. At *Privatæ rei Procuratorem* (brevitatis enim ſtudio reliqua interpretamenta, ad idem, ot ſupra dixi, recidentia, miſſa facturus, ut hactenus jam feci, hoc uoo contentus ero) ſaxa ni fallor omnia hoc omnino ordine ignorant. quo tamen ordine, ſi in ſaxo quodam indubiæ interpretationis occurreret v. g. PRIVAT. REI. PROC. aut PRIV. RER. PROC. parum offeoderer. v. epp. epigr. p. 448. *lin.* 25. ſed & quæ GORIVS mihi reſcripſit

reſcripſit p. 465. *lin.* 10. quibus heic reſpondere nolo. Si tantum hoc poſitu verborum *Procurator rei privatæ* conſuevit incidi, vix cuiquam probabimus, ordinem ſolitum in eodem honore per ſiglas, quæ a communiſſimo ordine temere non diſcedunt, incidendo migratum eſſe.

Addo, quod gravius eſt: *Rei privatæ*, aut *privatæ rei* vocabula literis tantum initialibus inciſa nuſquam deprehendi. Si TV deprehendiſti, TVAE me ſcientiæ ut participem facias oro, rogo, obſecro, quo TVAE interpretationi acutiſſimæ, ſique hoc mihi oſtenderis etiam ſolidiſſimæ, lætus lubens plaudam animo, ore, manu dextra ſeu quem hæc regit calamo. In marmorariorum uſu umquam fuiſſe dubito, quia ſcilicet periculum erat, ne ſiglæ R. P. aut P. R. quæ potiſſimum *Rei Publicæ* aut *Populo Romano* denotandis antiquitus adhiberi conſueverant, obſcuritati maxime fierent obnoxiæ. Si, quod eruditio QVIRINI exiſtimat, hoc domus Auguſtæ officium ſolis ſiglis P. R. PROC. Herculanenſes ſignificaſſent, dignitatem viri clariſſimi, quem ſtatuæ honore cupiebant honeſtum, non modo poſteritati reliquiſſent difficillimam intellectu, ſed vel ſuæ ætatis hominibus poſuiſſent αἰνίγματα γριφώδεις.

Laudandamne an admirandam magis dicam neſcio veterum in monumentis, quæ publica præſertim auctoritate, ut noſtrum Herculanenſium, fuere conſtituta, ſimplicitatem, ſimul & prudentiam, ut quæ perſpicuitati officere poſſent videri, diligentiſſime ſtudioſiſſimeque evitarent, & ſiglis uterentur iis, quæ uſus eſſent receptiſſimi. id quod me valde movet, ut in explicandis inſcriptionis TVAE ſiglis non quidquam venandum putem reconditi aut abſtruſi, ſed quod ſit facile, obvium, tritum, omnibus expoſitum apertumque. tanto magis, quod titulus TVVS optimi ævi eſſe videatur: quem ipſa ἁπλότης, optima ſui interpres, commendet neceſſe eſt. Φευγέτω δὲ, inquit quidam, ἡ σαφὴς γραφὴ καὶ τὰς ἀμφιβολίας.

Mirari ſatis profecto nequivi, quum legi, auctorem deſcriptionis a TE edi cœptæ, quam poſt tot præclara mox TIBI debebit orbis literatus, ſcripſiſſe, *ſiglas illas* P. R. *a nemine adhuc fuiſſe intellectas.* Sublato puncto, quod male irrepſit, haud ambiguum habeo legi debere PR*atori*.

Puncto certe nullo literæ duæ P & R dirimuntur in alia ejuſdem Nonii inſcriptione apud Mur. 2024: 3. quam aut parum fideliter Neapoli deſcriptam fuiſſe, aut rem, de qua agitur, obſcurare potius quam illuſtrare ſcribis. Immo vero Muratorianam TVAE plurimum lucis adferre, infra, ſi de PR. abſolvero dicere, amplius, ſpero, cognoſcemus.

In Novellis Reip. Literariæ, quæ Venetiis prodeunt, N. I. ad d. 6. Jan. 1748. pag. 3. incipiunt recenſeri *Memorie di varia erudizione della* Società Culombaria *Fiorentina.* Volume I. In Firenze 1747. in 4. pag. 284. oltre la Dedica a S. M. I. Franceſco I. Imperadore ec. oltre la Prefazione del Sig. Propoſto *Gori*, e Notizie premeſſe intorno la *Società Colombaria*, e Tavole VIII. in rame. Pag. 6. tandem hæc

ſunt: Non tralaſceremo in fine accennar le 14. Iſcrizioni de' *Marmi antichi poco anzi discoperti nel regno di Napoli*, e che communicati al dottiſſimo Sig. *Gori* formano la più gentil corona alle ſopraccennate Memorie. Eccone una poſta a piè d'una bellìſſima ſtatua Equeſtre ſcavata ultimamente preſſo la Real Villa de' Portici.

M. NONIO. M. F
BALBO
PR. PRO. COS.
HECVLANENSES

His paucis abhinc diebus primum lectis hæc mibi ſtatim notabam. „Verſu ult. tolle „typographi Veneti, neſcio an & Florentini, errorem, & lege HERCVLANEN„SES. Notum *Herculanium* inter Neapolin & Pompeios: v. Cluv. Ital. Ant. & Cel„lar. Not. Orb. ant. nec non Rein. ad II: 29. p. 274. Inſcriptiones XIII. Neapoli ad „GORIVM meum miſſas ipſe edidi in Epp. Epigr. pagg. 466. 467. 468. præſtan„tiſſimam earum ſtatim ibidem in ep. ad celeberr. KAPPIVM illuſtrare adgreſſus. „

Quæ Noniana acceſſit, modo data, ſi non eadem prorſus, ſimillima certe eſt illi, quam in epiſtola TVA edere inſtituiſti. Deeſt verſus ultimus unam literam P habens i. e. *Publice*, aut *Poſuerunt*. At Gorianus quoque ſeu Venetus typus (librum enim Florentinum, cui GORIVS noſter eſt præfatus, nondum vidi, jam diu literas ab eo expectans) punctum inter P & R planiſſime ignorat.

Quod heic uſu nobis venit in inſcriptionibus Herculanenſium, idem in verſandis antiquis codicibus exercitatiſſimi quique Critici, Vrſinus, Caſaubonus, Salmaſius, Grævius, Burmannus, alii, paſſim teſtantur de PR. & P. R. & R. P. Quæ ab librariis & ſciolis varie acceptæ & lectæ quas ſæpe turbas dederint, quæ lectionum monſtra pepererint, ſuperſedeo recenſere.

PRAETOR, quo magiſtratu quid notius? ſigla PR. notari vulgo ſolitus eſt. Exemplis parcens, non omitto titulum, qui Muratorianum a TE adductum proxime antecedit, 2024: 2.

L. NAEVIVS L. F. SVRDINVS
PR.
INTER. CIVIS. ET. PEREGRINOS

Muratorius in nota duo alia citat Gruteri ſaxa, neſcius Begerianum a Bricberio Columbo ſibi miſſum jam prodiiſſe in Grut. 441: 1. ubi ante editum Mur. Theſaurum notavi. „Habet Begerus Spic. Ant. pag. 104. n. XXVI. ineditum arbitratus. „Gruteri enim Addenda numquam conſuluit.„ Eadem neque Muratorius conſuluit, neque editionem Gruteri ſecundam in conſilium adhibuit: qua ſi eſſet uſus, ab repetendo inutiliter ſaxo ſibi caviſſet. In notula ed. Grut. ſec. nomen *Spurini*, pro *Surdini*

*Sardini* poſitum, poſſet videri typograpbi Amſtelædamenſis vitium habere. at id ipſum auctorem notulæ ex Vrſino dediſſe, videmus ex Ruperti ad Reineſium epiſt. XXXIV. p. 199. 200. qui, Rupertus & Addenda Gruteri laudaverat, & Vrſini in Grut. ed. ſec. citati verba adduxerat opportuniſſime.

M. Nonium M. F. Balbum PR*ator m* poſtea PROCOS. ſeu *Proconſulem* fuiſſe, licet conſulatum Romæ numquam geſſerit, ejusque adeo nomen Faſtis conſularibus ignotum ſit, inſcriptio Muratoriana nobis fidem facit: cui concinit & alterius ſeu Gorianæ typus Venetus. Nam tantum abeſt, ut quidquam hoc habeat ab moribus Romanis abhorrens, ut potius cum regula antiquitatis pulcerrime conveniat. *Proconſules* enim dictos eſſe non eos modo, 'qui geſto prius conſulatu in provinciam a Senatu miſſi eſſent, ſed etiam, qui Prætura antea functi in eam veniſſent, tralatitium eſt.

Hinc in elogiis virorum olim clarorum, & honoribus in urbe & provinciis functorum ', haud raro *Præturam*, poſtque banc *ἄμέσως Proconſulatum* una referri invenimus. Grut. 26: 2. PRAETOR. PROCOS. quem lapidem quum Muratorius 183: 6. ſic dediſſet, *Rhodigii, apud Comitem Carolum Silveſtrum. Miſit ipſe.*

Q. ASCONIVS
GABINIVS MODEST
PRAETOR. PROCOS
PRAEF. AERARI SATVRNI
DEDIT

hanc notam ſubjecit. „Correctiorem do, quam Gruteriana (eſt) pag. 26. num. 2. „*Præfectorum Aerarii Saturni* alii lapides meminere„ Gruterum in Claſſe Deorum cum Saturni ſaxis dediſſe nemo mirabitur. credidit enim lapidem SATVRNO votum, ob lectionem Scardeonianam, dandi caſu SATVRNO babentem. Cur vero Muratorius in Claſſe ſua III. Pontificum, Sacerdotum &c. locaret, ſatis cauſſæ non erat. de quo nunc non dico.

Dico, quod magis noſtra referat, verſum tertium PRAETOR. PROCOS perperam a Muratorio intellectum eſſe, quaſi una hæc eſſet dignitas, non duæ. Indice enim nono poſitus ab eo eſt

*Prætor Proconſularis.* 183: 6.

Quanto rectius Scaliger, conficiendorum indicum haud paulo peritior, quam Muratorius aut ego, indice Gruteriano quinto, PRAETOR. 26: 2. item *Proconſul.* 26. ſeu, ut plenius ab Holtheno datum eſt, 26: 2.

Quanto bonitatis intervallo indices Muratoriani Scaligeranos ſequantur, in epiſtolis epigraphicis me adtigiſſe memini: quod argumentum, ſi otium ſuppeteret, ſingulari libello perſequi operæ eſſet. Vel hoc vide, quod in eodem Muratorii

 indice

indice dignitatum, proxime ante *Prætor Proconſularis.* 183: 6. eadem voce *Prætor* ſic datur

*Pr. Pil. Quinquenn. Augur.* 204: 5.

Tiſanii honores in 204: 5. memorati nusquam in indd. Mur. comparent, niſi, quo loco minime debebant, ind. 9. voc. *Prætor.* Quis ibi, quæſo, inveſtigabit? nemo, niſi cui ante, PR. pelliuie *Prætorem* ſignificare videbitur. Si PR. ſit interpretandum *Prætor*, qno modo PIL. interpretabimur? Dignitates bæ trea in unum locom compingendæ non erant. quo tamen modo in Mur. indd. centies peccatum eſt, ut dignitates poſt primam relatas locis ſuis non invenias. Debebant dari, PR*imus* PIL*us* in militaribus, ind. 10. QVINQVENN*alis* in civilibus ſeu magiſtratibus, ind. 9. & AVGVR in honoribus ſacris, ind. 3.

Poſt PRAETOR. ſæpe PROCOS. node, tacito nomine provinciæ, cui præfuerit *proconſul*, occurrere diximus. interdum cum PROCOS provincia ipſa legitur expreſſa. Rein. VI: 130. p. 464.

QVAESTORI. VRB*ano*. PRAETORI
PROCOS. PROVINCIAE. SICILIAE

Poſt Rein. dat Don. V: 125. p. 194. & ex Donio Mur. 673: 2. tacito tamen Reineſio, quem diligentia Gorii ad Donium commentantis recte citaverat. qnam Muratorii negligentiam ne mireris, v. Inl. Boubierii literaa a me editas pag. 21. *lin.* 15. & pag. 146. *extr.* Ut ioeditum quoque eſt in Gud. 114: 4. Etſi ſuos ſibi indices ad Fabrettum confecerint Gorius & Muratorius, & Koolianua Gudianarum inſcriptionum editori ad manus fuerit, hos tamen Quatuorviros fugit, ſaxum extare in Fabretto p. 459. n. 82. qui ſe primum dare credidit, ignorans, Reineſium priorem jam dediſſe. De virorum doctorum ad Fabrettum indicibus v. pag. (87) epiſtolæ meæ, honori & meritis Inl. BLAVRERI dicatæ. Qui digniſſimus Bibliothecæ Civicæ apud nos Præſes, ab univerſo nuper conventu oratus & facile exoratus, ad TE, Eminentiſſimum Vaticanæ Bibliothecæ Præfectum Cardinalem, qui omnibus latiſſimæ eruditionis TVAE monumentis ſplendidiſſimis liberaliſſimeque donatis noſtram Turicenſium Bibliothecam feciſti ſuperbam, de tanto beneficio TVO literas ad TE dabit, TEque ſeque digniſſimas, ex quibus BLAVRERVM noſtrum, *ὡς ἐξ ὄνυχος λέοντα*, eum cognoſces, qui propter eximias animi dotes, & ingenium omni liberali doctrina perpolitum, merito maximi apud nos fiat.

Rein. VI: 16. p. 401.

L. CAECILIO. L. F. RVFO
Q. TR. PL. P.
PROCOS.

In commentario de Rufo hoc, Tribuno plebei, Prætore, & e Prætura Proconſule recte traditur. Quod autem index Rein. 20. habet

Q.

*Q. Qui*, 16. VI.

ceu κόμματος πονηρότατον aut totum deleri, aut *Qui* in *Quæſtor* corrigi debet: ut ind. 5. *Quæſtor* ex 16. VI. bene datus eſt. Iterum ind. 20.

*P. Prætori*, 16. VI.

neque de ſenſu vero lapidis litem Reineſio moveo: ſed ſigla P. mihi vehementer diſplicet, eamque miror Reineſium in ipſo lapidis textu dediſſe *ex Collectaneis Piccarti.* Ipſe enim Piccarti typus cum Reineſio communicatus ab Ruperto epiſt. XLI. p. 351. n. 232. clariſſime *Pr.* babet, ut P. Reineſianum ſcripturæ lapidis, ni fallor, ipſius PR. locum cedere verum ſit.

Inſcriptiones hacteuus adductas, inprimis Gruterianam Surdini,, & Reineſianam Ruſi, eadem ſe ſimplicitate commendantes, cum Muratoriana, a TE adducta, Nonii componens, nequeo a me impetrare, ut Muratorianæ baud dubie ſaniſſimæ ullo diffidam modo. Potius Muratoriana, quæ PR. PROCOS. veriſſime habet, fretus alteri a TE datæ medicinam adferri, & pro vitioſis P. R. PROC. quoque PR. PROCOS. legi debere exiſtimo. Deſcriptionis enim, quam edere paras, auctor forte aut oculis ipſe minus dextre uſus, aut ab aliis deceptus ipſa inſcriptionis verba non accuratiſſime chartis ſuis commiſit. Hanc mibi ſuſpicionem ex optime transſcripta Muratoriana oboriam valde adauget typus Gorianus Venetiis repetitus. quem ſi ſequi poſſimus, utrique inſcriptioni pulcerrime inter ſe convenit PR. PROCOS.

Muratorianam aliam eſſe TVAE, & Venetæ. ſeu Gorianæ, nemo in dubium vocabit. Sed utrum Veneta ſeu Goriana, & TVA duæ ſint, an una tantum, ob διπλογραφίας, quas, quantum ſatis eſt, jam enumeravi, nonnihil hæreo: ita tamen, ut magis mihi propendeat animus, eamdem eſſe. Si duæ ſint, magisque ſi duo tantum typi unius ſint aliquantulum variantes, TVAM ex Veneta ſeu Goriana citius, quam hanc ex TVA, verſu tertio emendaverim. niſi αὐτόπτης fide digniſſimus, & peritiſſimus, PROC. non PROCOS. legi teſtabitur.

Contrario errore in Grut. 37: 12. ed. pr. *Q. Lucius Sabinianus* inſcribitur PROCOS. AVG*uſti.*
pro quo in ed. ſec. PROC. AVG. in textu ipſo repoſuerunt, ad vocemque PROC. hanc notam dederunt. *Sic legi in lapide, non* PROCOS. *ut ediderat Gruterus, teſtatus eſt Segethus, qui vidit. & ſane ſic legendum eſſe conjecerat jam Salmaſ. ad Spart. Adrian. c. 3. quem vide.* Neque ubi teſtimonium Segethi commemoratum inveniatur, neque cujus hæc adnutatio ſit, Græviine, an Gudii, additur. Grævii credo eſſe, qui deſumſerit ex Rein. Inſc. p. 463. *med.* ſeu ex fine commentarii Reineſiani ad VI: 128. Merentur autem de Gruteriano lapide, quem Segethus vidit, videri Ruperti & Reineſii epiſtolæ p. 135. & p. 157. 158. quas ſi notator Gruterianus conſuluiſſet, in 37: 17. præterea gentilitium nomen LVCIVS (de quo in Τοπογραφ. p 577. *extr.*) in verum VOLVSIVS ex 38: 4. ob ejusdem Segethi αὐτοψίαν corrigendum vidiſſet. de quo altum in Gruteri ed. ſec. ſilentium eſt.

Populi Romani bonores quondam ſuerunt rari & tenues, ob eamque cauſſam glorioſi: poſtea autem, jam Cornelii Nepotis ætate, effuſi atqoe obſoleti: ſicut idem Nepos olim apud Athenienſes fuiſſe reperit: & hos enim majus imperium nactos, magiſtratuumque largitione corruptos trecentas ſtatuas Demetrio Phalereo decreviſſe narrat in vita Miltiadis cap. *6.* Ita M. Nonio M. F. Balbo in tractu Neapolitano plures ſtatuæ potuerunt eſſe erectæ. Si non duarom tantum, ſed trium diverſarum epigraphæ ad nos pervenerunt, Muratoriana, Veneta ſeu Goriana, & TVA, in bacque tertia ſolis quaſi radiis ſcriptum legatur PR. PROC. non, ut in duabus prioribus, PR. PROCOS. velim etiam atque etiam cogites, Mæcenas Eminentiſſime, annon præ *Privatæ Rei* PROC*uratore* malis legere PR*ætor* PRO-C*onſul.*

Eos ego taceo, qui in notarum ſeu ſiglarum, quas uodique cootulerunt, libellis nil dubitantès PROC *Proconſul* poſuerunt, ſed ita, ut in quibus vetuſtis monumentis ſigla hæc ipſis id ſignificare ſit viſa, more ſuo i. e. negligenter taceant. quo ſilentio de antiquitate non præclare ſunt meriti, neque vetuſtatis amstores & ſtudioſos valde adjuverunt. boc enim modo intercepta eſt inveſtigatio & judicatio, annon quod ipſis PROC*onſulem*, peſſime forte, notare eſt viſum, potius PROC*uratorem* aut aliud quidvis deſignet. Horum aliquot in ſcenam ſolens pruduxit Vrſatus T. XI. Græv. p. 918. E. F. ipſe ſe prioribus de bac nota PROC. *Proconſul*, ut & de aliis ſæpiſſime, haud melior. In aliis ſaxis, ſatebor enim, ſigla PROC. pro PROCOS. mihi aut non occurrit; aut, ſi adſuit, oblitus ſum, quærendique tempus nunc minime babeo: neque magnopere curo. Quum enim *Conſulis* vocem, licet oon frequentiſſime, una etiam litera C. in ſaxis mihi obſervatam eſſe ſatis recorder, num minus audebimus analogia pari ſimilique PROC. admittere pro PROC*onſule*? Apud Herculanenſes quidem certe ſi eidem bomini tres ſtatuæ ſunt decretæ, quarum duabus PR. PROCOS. inciſum ſuit, in tertia, ſi vel maxime PR. PROC. tantum in ea legi *αὐτόπται* certiſſimi teſtentur, *privatæ rei procurationem* latere, a dignitatibus in ſtatuis reliquis ejusdem viri prætorii memoratis, *prætura* & *proconſulatu*, toto cœlo diverſam, adduci ad credendum non poſſum.

Memini & hoc, alias me inſcriptiones legiſſe ſibi per omnia tantum non ſimiles, non tamen easdem, & in boc tantum diſſimiles, ut vox una aut altera illic extenſius, bic conciſius ſit inciſa. Quæ ad ampliſſ. Boubierium pag. *29. lin.* 10. ſcripſi, ſatis huc faciunt: magis etiam, quæ ipſum Gudium, in peregrinatione ſua muſica inſcriptionibus exſcribendis deditiſſimum, ſic ſcripſiſſe in Inſc. Gud. indice XXI. pag. XLVII. b. voc. M. AGRIPPA lego. „Idem titulus in duabus mar-„moreis baſibus, quæ a. *1662.* ſub terra inventæ fuere in illo ſuperbo monumento „C. Ceſtii ---- Similes ſunt ſibi baſes eæ & ſorma & verbis, nihilque differunt, niſi „quod linea XI. pro AEDIL. in altera eſt AEDILIS. Gud.„

In

Digitized by Google

In compendium omnia ſic mitto. M. Nonii M. F. Balbi inſcriptionem TVAM cum Muratoriana, & cum Goriana Venetiis recuſa, ita in concordiam redigendam eſſe, ut ne Herculanenſibus virum hunc prætorium eripiamus, mea fert exiſtimatio: ſique, qui TVAM viderunt, P. R. PROC. inciſum ſe vidiſſe jurent, punctum inter P & R in erroribus ſabrilibus, quo optima interdum monumenta non caruerunt, habebo. Nemo faber omnibus boris ſapit. Sed & oemo interpres eorum, quæ fabri iſti dederunt. Quare, quæ deliqui, ignoſce, meque erroribus, quos me erraſſe deprehendes, exſolve, ut ſolide gaudeam.

Literis his finem impoſiturus hoc addo: M. Nonium M. F. Balbum ſorte domo Campanum fuiſſe, Romæ autem ceu in altera patria honores geſſiſſe, geſtaque Prætura Proconſulem provinciæ præfuiſſe. Ciceronem Arpinatem, Romæ Conſulem, Ciciliæ proconſulem, nemo paullo humanior ignorat. Civi ergo ſuo, & domi nobili, & Romæ illuſtri, ſtatuas Campani decreverunt. In Muratoriana adſcriptum D. D. ſeu *Decreto Decurionum.* quorum? Herculanenſium, qui Balbi hujus laudibus & dignitati tantum videntur tribuiſſe, ut & patri & matri ejus ſtatuas ponendas decreverint, a Muratorio una memoratas, in eodem loco inventas: *In Villa Reſina ſive Portici:* unde nova tandem conjectura ſurgit, quam ſorte rectius premerem, mangonem hæc loci nomina *Portici* & *Reſina* illuſtriora facturum PR*etorem* PROCOS. in *Portic. Reſin.* PROC*uratorem* auſum eſſe corrumpere.

> Nil ſpernat auris, nec tamen credat ſtatim;
> Quandoquidem & illi peccant, quos minime putes,
> Et qui non peccant, impugnantur fraudibus.

Hæc ſubito, horulam unam atque item alteram occupationibus, quæ me male urgent, ſuffuratus de inſcriptione, cujus ſiglas obſcuriores illuſtrare adgreſſi ſumus, diſputavi, & contra TVAM rationem a TE invitatus incitatusque meam dixi, ut teſtatum apud animum TVVM relinquam, nihil me antiquius habere, quam de antiquis monumentis cum viris, quibus omnis doctrinæ ratio cognita eſt, & qui antiquitatis notitiam promovere curæ cordique habent, id eſt QVIRINI, Principis EMINENTISSIMI, ſimillimis, colloqui, & TVAE voluntati obſequi.

VALE. TVRICI Helvetiorum. X. Kal April. MDCCXXXXVIII.

Quia ſupereſt chartæ quid, fugitiva quædam retraho, quæ mihi, hanc epiſtolam molito & exaranti, aliis negotiis generis minime antiquarii distractiſſimo, ſupra pag. CLXX. *lin. 6.* incuria neſcio qua elapſa ſunt. Ibi poſt ΑΙΓΥΡΙΑΣ hæc locum habere debebant.

Maſſilienſe Gruteri ſaxum Reineſius Inſcr. pag. 323. *extr.* ſeu in commentario ad collectionis ſuæ num. 55. Claſſ. III. ad partes vocavit, paginam Gruteri 484: 1. male citans pro 408: 1. quod ei παρόραμα ortum videtur, quia paullo ante citaverat Gruterum 684: 1. ex quo quia Φλάβιος Πυγικὸς ab Reineſio ipſo memoratus eſt,

ſtatimque ſuperadditum „Inde *Elius Piſticus* hie (ubi ELPISTICVS legitur) locum „habere poſſet; ſed ELPIDIVS proximius vero eſt„ miror, non in hanc quoque conjecturam eum veniſſe, ex ELPISTICVS fieri poſſe FL. PISTICVS.

ΦΛΑ. ΠΙΣΤΙΚΟΣ Gruteri ab Reineſio eſt citatus ſine prænomine. Sealiger ind. Grut. nominum græcorum non modo prænomen ſubtraxit, ſed prætera ex duobus hominibus, ſepulto & ſepeliente, nonniſi unum fecit voc. Φλαυιος vel Φλάβιος ſie dans

ΦΛΑ. Πιστικὸς Πατρώινος. 684 : 1.

quem ſummi viri errorem retinuit Holtheuus, & voc. Πιστικὸς de ſuo quoque poſuit

Πιστικὸς Πατρώινος. 684 : 1.

quum tamen ΚΑΙῳ ΦΛΑυίῳ ΠΙΣΤΙΚΩ fecerit tumulum ΦΛΑυιος ΠΑΤΡΟΙΝΟΣ.

Reineſius ex ſaxi ſui ſiglis verſus quarti V. P. P. P. RER. PRIVATAR. ſtatum viri ſic eruit, V*ir* P*erfectiſſimus* : PR*ocurator* RER*um* PRIVATAR*um*. De *Perfectiſſimatu* notum. Sed P. P. ſine neceſſitate ſollicitatur. Ut taceam, PR. ſiglam magis eſſe PR*ætoris* aut PR*æfecti*, quam PR*ocuratoris* : Duo P. P. officiis domus Auguſtæ præfixa quin P*ræ*P*oſitum* iſtiusmodi officio ſignificent dubitandum non eſſe dixi ad lapidem Turicenſem pag. 500. *lin.* 21. Dubitandum quoque non eſt, ipſos etiam PROC*uratores* Auguſti etiam P*ræ*P*oſitos* Auguſti vocatos eſſe : ad quod nunc non delabor. vel Gutherium vide de off. dom. Aug. 3 : 22. *prope fin.*

Helenæ Auguſtæ dicatum marmor poſt Rein. dat Mur. 261 : 2. eujus typus nomen dicantis, notante ipſo Muratorio, magis intricat, quam explanat. De ſiglis P. P. mutus in nota Muratorius : at pag. 2177. col. a. *med.* ſeu ind. 9. ab eo, Reineſium ſorte ſecuto,

*Procurator Rerum Privatarum.* 261 . 2.

datus eſt : qui ſecundum lapidis textum dari potius debuiſſet

*Præpoſitus Rerum Privatarum.* 261 : 2.

Mihi hæc addenti donum a TE, Patrone liberaliſſime, adfertur, TVA ad cl. GESNERVM Gœttingenſem epiſtola ad umbilicum jam perducta. quam animo jam præcipio, non minore voluptate me lecturum eſſe, ac florentiſſimi apud nos Mercatoris DAV. ESSLINGERI filium cognominem patri & avo, cum quibus mihi avita neceſſitudo eſt, anno ſuperiore præcipite Neapoli reducem, de eodem *ἐυρήματι*, magno herele & memorabili, narrantem audivi auritus totus, & frumenti aduſti grana ibidem inventa, quæ inde ſecum trans Alpes ad nos extulit, cum nummis quibusdam antiquis, & alia quadam ſupellectili antiqua, contemplatus ſum oculatus totus. Iterum VALE

- - - - - - - - - - celſe QVIRINE.

Ex

Ex EMINENTISSIMI QVIRINI literis.

a Kempten ce 8. May 1748.

CE ſera un preſent auſſi pour moi & bien precieux que le travail de Mr. Hagenbuch ſur les Diptiques, & je ne doute pas qu'il ne trouve à propos d'inſerer là dedans ſes conjectures ſur l'Inſcription de *M. Nonius Balbus*. Mais il faut l'avertir que dans le Commentaire de *Sertorius Urſatus de Notis Romanorum* les lettres ſuivantes *Pr. P. R. E. V.* ſe trouvent expliquées dans cette façon, *Procurator Privatæ Rei Egregius Vir*.

---

PRINCIPI EMINENTISSIMO

# CARDINALI QVIRINO

S. P. D

HAGENBVCHIVS. *Cambodunum Vindelicorum.*

INSCRIPTIONIS ab Herculanenſibus M. NONIO. M. F. BALBO poſitæ ſiglas P. R. PROC. a TE in epiſtola ad Clariſſ. Gœttingenſium Profeſſorem Io. Matth. GESNERVM ingenioſiſſime ſic explicatas, *Privatæ Rei* PROC*uratori*, in meis ad TE literis X. Kal. April. 1748. malui ſimplicius PR*ætori*. PROC*onſuli*. interpretari, nixus potiſſimum aliis eidem Nonio erectis titulis: tum etiam, quia *Rei privatæ* aut *Privatæ rei* vocabula literis tantum initialibus inciſa nuſquam deprehendi, umquam ea in uſu marmorariorum fuiſſe dubitavi: Ita tamen, ut ſimul omni prece a TE contenderim, ſi TV deprehendiſſes, TVAE me ſcientiæ ut participem faceres: tunc enim TVAE me interpretationi acutiſſimæ, ſique hoc mihi oſtenderes etiam ſolidiſſimæ lætum lubentem multimodis plauſurum eſſe. Nunc in literis TVIS Camboduni Vindelicorum a. d. VIII. Maji ad *Heideggerum* noſtrum exaratis, hodie a me lectis, non ſolum mei ſuaviſſime es memor; ſed opportuniſſime mones, „que dans le Commentaire de *Sertorius Urſatus de Notis Romanorum* les lettres ſui„vantes *PR. P. R. E. V.* ſe trouvent expliquées dans cette façon, *Procurator Privata* „*Rei Egregius Vir.* „

Hæ notæ ſic ab Urſato explicatæ, & a TE, PRINCEPS eruditiſſime, perquam commode & ſagaciter excitatæ, TIBI omnino dignæ videbantur, quas mecum communicares, quo eas cum TVA ſiglarum inſcriptionis Herculanenſium P. R. PROC. Interpretatione ſedulo conferrem. Dictum a TE: factum a me. Operæ enim pretium eſſe duxi, relictis ceteris rebus omnibus inquirere, neque ante quieſcere, niſi mihi conſtaret, tantumne iſta Urſati explicatio haberet in receſſu, quantum promittere nobis videbatur.

*Non ſemper ea ſunt, quæ videntur, decipit*
*Frons prima multos.* - - - - - - - - - - -

Eſt ſcriptum ita, ut ſcribis, apud Vrſatum in Notarum frequentius in lapidibus occurrentium breviario & Mantiſſa, T. XI. Græv. pag. 1102. E.

„PR. P. R. E. V. Procurator Privatæ Rei Egregius Vir.„

ſed quum cum titulo Breviarii hujus etiam præfatio ejusdem concinat, ſe e re duxiſſe earum Notarum præcipue delectum dare, quæ obviæ magis & frequentius in veterum monumentis & nommis occurrant, *id* PR. P. R. E. V. in mantiſſa locum invenire non debuiſſent. Hæcne frequentius in lapidibus occurrunt? Immo *μοναδικὰ* ſunt & *ἅπαξ λεγόμενα*, non reperienda niſi in uno monumento, eoque ipſo in ipſis his literis dubiæ lectionis, atque adeo magis dubiæ, quin incertiſſimæ, explicationis, ut videbimus ad veri cubile deducti, ad quod Vrſatus TVVS viam perveniendi obſtruxit magis quam aperuit. Nam

In opere majore, ſeu Commentario de Notis Romanorum, in quem ejus conſilium fuit, notarum veterum quotquot uſquam comparare ſibi liceret, comportare, & ordine alphabetico redigere, hæc leguntur T. XI. Græv. pag. 921. E. „PR. R. P. E. V. Procurator Rei Privatæ Egregius Vir. *Gutherius.* Qui de hoc agit „*de offic. Dom. Aug. lib. 3. cap.* 35.„

Ita editio Græviana, quam ſolam ad manus habeo ex Bibliotheca Civica acceptam. Mendoſe autem *PR. R. P. E. V. Procurator Rei Privatæ* pro *PR. P. R. E. V. Procurator Privatæ Rei*: hunc enim, non illum verborum poſitum flagitat ipſe alphabeti ordo, poſtulans ibi loci, quæ PR. P. R. habent, nondum quæ PR. R. initio ſuo oſtentant. Vitioſe præterea libri Gutheriani tertii citatur *cap.* 35. ſeu omnium extremum, pro *cap.* 18. in quo hæc habentur, T. III. Theſ. Sallengr. (quem mea quoque bibliothecula habet) p. 555. C. „Notas litterarum PR. P. R. E. V. explico, „*Procuratorem Privatæ Rei, egregium virum*; qui monetur ſcribere Magiſtris pecorum „Sæpinatium & Bovianorum.„

Quod in Vrſato non invenimus, ex Gutherio pulcre intelligimus, ſiglas PR. P. R. E. V. legi in Grut. 513: 1. in qua inſcriptione explicanda operam ibi ponit Gutherius. An autem ſiglas iſtas alio in lapide ullo non extantes explicare conatus rem acu tetigiſſe ſtatim eſt exiſtimandus? Divinus Scaliger ind. Grut. 20. interpretandi officium refugiens *ἀνερμήνευτον PR. P. R. E. V.* 513. (loc. 1.) dare ſatis habuit: & de Gutherii explicatione non diu poſt, quam ab eo edita erat, jam Reineſium dubitaviſſe, teſtantur in Grut. ed. ſec. 513: 1. *not. e.* locum Reineſiani libri, ut nimis ſæpe non ſine damno literarum ſolent, non indicantes.

In eadem *notula e.* pro ſiglis, a Gutherio, Vrſato, & TE admiſſis, PR. P. R. E. V. notatum quoque eſt, in Cittadini ſchedis P. R. PRAE. V. haberi. Etſi Cittadinus non fuit *αὐτόπτης*, ſchedas tamen ejus codice Metelli, ex quo Gruterus primum

primum dederat, & meliores & auctiores fuiſſe, Addenda Gruteri ad 513: 1. nobis facillime perſuadent.

Neque Addenda Gruteriana conſuluerunt, neque editione ſecunda, quod ſæpius jam dolui, ſunt uſi GORIVS & MVRATORIVS, qui inſcriptionem Sæpinatem poſt Gruterum iterum produxerunt: alter in præclaro Syntagmate Doniano II: 65. p. 83. & quidem *Ex Donianis ſchedis autographis*; hic in Theſauro ſuo 606: 1. nonniſi *Ex Donio*, i. e. more ſuo non optimo ex opere Gorii Doniano, quo non inſpecto neſcias, ipſam Donii manum ſcripſiſſe, quæ oculi ejus Sæpini viderant. In typo Donii, ni fallor, αὐτόθι ſiglæ noſtræ bis leguntur, non ut in Grutero tantum ſemel. primum v. 10. PR. PRAET. V. deinde v. 30. & 31. P. R. PRAET. V. In ipſo tamen prototypo, priore loco PR. cohæſiſſe, & in poſteriore interjecto puncto P. R. dirimi non puto.

Siglas has in Commentario Gorius non adtigit: adtigit autem Muratorius, in calce notæ ſuæ ſcribens: „Ceterum in calce Epiſtolæ Septimiani legendum puto „VINDICI, PROPRAETORIBVS fortaſſe *Quinquennalibus*.„ Voce ultima *Quinquennalibus* æquiſſimo animo caruiſſemus. V. enim ſi numerus ſit, non litera, *quintum* aut *quinque* vulgo ſignificat, numquam *Quinquennalitatis* munus. Placuerunt tamen hi *Præpræ.tores Quinquennales* auctori eorum, ut etiam ind. 9. ex 606: 1. dati ſint. Gorius ind. Doniano 5. *PR. Præt. II: 65.* dare contentus in obſcuro reliquit, quo has ſiglas modo, demto V, legendas putet: niſi quod voc. *Prætor* locavit.

Mihi Septimiani inprimis epiſtolam rudem & barbaram, ſolœciſmisque, quod forte ipſe, niſi de ultimis verbis [QVAM ſcil. *epiſtolam* MISI VT IMPERITVM FACTVM EST, id eſt, ut hariolor, *ut imperite ſcripta eſt*] tota errem via, non ignoravit, ſcatentem, cum Baſſei Ruſi & Macrini Vindicis epiſtula conferenti, atque ita ultima cum primis contexenti, media etiam Coſmi epiſtola, ſiglas noſtras exhibens, lucem quamdam accipere videtur. Septimianus injurias & contumaciam Sæpinatium & Bovianorum nun amplius ferendam ratus ſcripſit ad Coſmum, ut, ſi ei ita videretur, IN LOCO DOMINI, i. e. quia Imperator, Dominus eorum, ad quem ipſum, ſi Romæ eſſet, rem a Coſmo deferri vellet, ab urbe aberat, damnum hoc fiſci iis indicaret, a quibus abſente Imperatore RECOGNOSCI DE HOC, ET IN FACTVM, SI ITA RES FVERIT, VINDICARI poſſet. Hi vero quinam fuerunt, qui vice ſacra ſeu *in loco domini* judicarent? BASSEVS RVFVS, & MACRINVS VINDEX, PR. PRAET. V. Quæ ſiglæ PR. PRAET. V. poſt utriusque judicis nomina quid ſignificare poſſe videantur, adhuc ampliandum, &, quod mihi nunc non licet, otioſo cogitandum, rimandumque altius, puto.

Quid garrulitate mea hactenus ſive offecerim, ſive profecerim, prudentia TVA decernet. Quod ſi TIBI, QVIRINE ſapientiſſime, ſub PR. PRAET. V.

 magi-

magiſtratus duo non latere videantur, certiora, ſcio, docebis. Modo ne Vrſati, ſeo Gutherii potius, PR*ocurator Privatæ* Rei *Egregius Vir*, in uno Gruteri lapide, in quo, niſi vehementer fallor, aut pluralis numerus, aot duæ dignitates omnino requiruntur, abs TE agnoſcatur. nam id unum ſollicitius hac epiſtola mihi agendum ſumſi, ſeu potius a TE imperatum ſum executus, ne P. R. temere *Privatam Rem* ſignare credamus. *Au pis aller*, Horatius me TVVS tuebitur, MAECENAS prudentiſſime:

*Nil agit exemplum, quod litem lite reſolvit.*

Habes, QVIRINE Celſiſſime, quoddam meæ de inſcriptione Herculanenſi epiſtolæ ſupplementum: quale a TE quodammodo deſideratum me in quadam epiſtola TVA Turicum ad nos miſſa menſe ſuperiore ineunte memini legere. Mihi vero de uois ſiglis PR. PROC. epiſtola menſe Martio a me ſcripta, Brixiamque TVAM miſſa, vel longior æquo exiviſſe ſuit viſa. in qua proinde piſce magis mutus ſui de *Privatarum* vel *Privatæ Rei Procuratore*, quem in Gruteri ſaxo 14: 5. Noriſio quæſitum, & Pagio probatum, ut ex bujus Critica in Annal. Baron. ad a. Cti XI. num. XIII. & XIIII. cognoſcimus, minime agnoſcendum putabis ipſe per TE. quare tacui, & nunc taceo, ne dicar SVS MINERVAM.

Sed de conjecturis meis ad M. Nonii Balbi inſcriptionem quid fieri velis, Heideggeri literæ nudius tertius ad TE miſſæ TVI arbitrii merito ſecerunt. Iis, quæ de Diptycho Boëthii Brixiano ad TE ſcribere ſum exorſus, & primo quoque tempore, ſi otium dabitur, cootinuabo; commode eas intexi poſſe, quod velle nunc videris, deſpero. adeo diſſimile eſt argumentum. de quo TVA eruditio tantæ ſapientiæ conjuncta facillime ſtatuet, ſi Παρασκευὴν meam nuperrime ad TE miſſam, aut jam legiſti, aut leges. VALE & vive ſeliciter, ſelicius peregrinare, ſeliciſſime redi.

TVRICI Helvetiorum. Pridie Idus Majas. MDCCXXXXVIII.

---

## IO. GASP. HAGENBVCHIO
### Antonius Franc. Gorius
### S. P. D.

*Turicum.*

NVPER quum rure Caniculares dies orentes fallerem, & meum in TRAIANI Cæſaris Columnam Commentarium continuarem, quem Wetſtenius Amſtelod. Euryſtheus alter mihi demandavit, ot in fine exhibeat Theſauri Morelliani, quem mibi poſt obitum Cl. Havercampi tradidit continuandum; accepi duas epiſtolas tuas omni ſuavitate & elegantia refertas, quæ mihi etiam præ omnibus cariores, & gratiores fuere, quia tuo nomine cum ſuis amantiſſimis adnexas miſit Mæcenas meus, dicam & Tuus, & omnium doctorum, qui Muſas colunt, Purpuratorum Eminentiſſimus ANGELVS M. QVIRINVS.

Bene

Bene ac ſapienter excogitaſti ei permittenti tradere Epiſtolas tuas quo celerius & tutius ad me perferantur; quod & ego eo adnuente faciam, ut litterarii noſtri Commercii ipſe ſit Arbiter, & moderator, & Patronus beneficentiſſimus.

Dum laudas Epiſtolas meas jejunas ſane, & inelegantes, quas ipſa die, qua mittuntur, exarare ſoleo tumultuario ac properanti calamo, amori tuo potius, quam acerrimo judicio tribuo. Statim ac ad Te miſi, tuæ ſunt; ſi vis proferre, eas oro emenda & caſtiga.

Doctiſſimi Amici mei P. CORSINI opus *de Notis Græcorum* bene procedit, & jam, ni fallor, quindecim folia excuſa ſunt. Huic Operi, me hortante, addet VI. Diſſertationes, quibus marmora difficultatibus plena ſumma atque exquiſita eruditione illuſtrantur, & multa ab aliis nondum perveſtigata adſeruntur. Idem CORSINIVS valde te diligit, & maximi facit doctrinam tuam.

Duo Volumina mearum SYMBOLARVM ineunte autumno ſimul prodibunt, quæ ſtatim ad Te mittam. Primum, quo HERCVLANEVM RESVRGENS a me e ſuo ſepulcro evocatum, ſacrum eſt Eminentiſſimo Principi S. R. E. Cardinali ANGELO M. QVIRINO, a quo haſce meas delicias auſpicari jucundiſſime libuit; & ratio etiam ſuadebat; qui me tali ac tanto honore cumulavit, ut illud ex votis meis rite impleatur:

*Chi ben comincia hà la metà dell' Opra.*

Dedicationem Operis concepi Elogiaſtico more, quam ei probandam nunc mitto.

Curabo ut quamprimum ut jubes, conſulam doctiſſ. Dominicum Brichierium Colnmbum. De his alias: nunc Vale, & me ama.

Dab. Florentiæ VIII. Idus Auguſtas MDCCXLVIII.

## FASCIC. IV. QVAESIT. PER EPISTOLAS.

NE vacua hæc pagella ſit, perlubet non nulla adnotare a Te Antiquariorum doctiſſimo enodanda. In antiquo Codice MS. inveni hunc Cippum deſcriptum, qui exſtat ad Aedem D. Antonii extra Ferentinum.

M PHILETICO
EQ. POETAE Q
ET COM PAL
Q. V. AN LX ET
CNANAE CON
IVGI. EIVS LIBE
RISQ. EORVM
VALENTINVS
PROCVR. POSVIT

Quidnam indicat Q? Deeſt nomen Gentis huius Philetici Equitis Poetæ Q & Comitis Palatini. Multa ſunt, (ne de Conjugis nomine dicam) quæ marmoris νοθείαν, ni fallor, ſubindicant.

Dignus etiam qui a Te expendatur ſequens lapis effoſſus Romæ anno 1738. qui exſtat apud Emin. Card. Beſotium.

D . M.
M. VLP. SILVANO. EQ.
PVB. ORNATO. AB. IMP.
COMMODO. AVG. PETT
MIL. LATII. HOSPITALIS
FRATRI DVLCISSIMO
FECIT

Et hic apud Eundem.

M. ALLECINIVS. PHILOCALVS
M. LIBERTVS
ALLECINIA. CLARA
ALLECINI. PHILOCALI
LIBERTA BENEFICIA
LALETI. PAEDA....
PVRP. . . . . . . . . . .

Amici obique gentium pro meo Theſauro diptycha inveſtigare pergunt.

Ut exhilarem Emioeotiſſimum Cardinalem QVIRINVM, adjiciam Diptychi quadrilateri inſigniſſimi inſcriptionem, mihi communicatam a Viro Præſtantiſſimo, cujus curæ a me commendatum, ut diligentiſſime delineetur.

In altera facie

RVFCENNPROBORESTIS

In altera

VCETINLCONSORD

Hæc paoca, ot moltis ediſſeras de his Conſulibus. Rariſſimom vides, dum duo Diptycba cum averſa facie tam beoe fraterculantur. Inſra ſervi mooetas e ſacculis effuodunt.

Supereſt explicaodus orbiculus inſcriptus 

In averſis faciebus 

Vale iterum.

Viro

Viro celeberrimo, eruditiſſimo,

ANTONIO FRANCISCO GORIO

I. Gaſp. Hagenbuchius

S. P. D.

*Florentiam.*

NON putabam fore, ut literas hodie ad TE exarem: quia nondum ad me Venetiis eſt adlatus, quem TE miſiſſe ſignificaras faſciculum librorum, quo accepto meritas ſine mora gratias TIBI eram acturus. Sed meam negligentiam expugnas tam frequentibus ad me miſſis literis, iiſque TE digniſſimis, id eſt optimæ eruditionis fruge refertiſſimis, ut qui antea toto biennio vix ter aut quater TVIS me beaſti epiſtolis, hoc δυοῖν quatuor quo longioribus tanto acceptioribus me reddideris feliciſſimum, totusque a TE mutatus is, quem TE mihi fieri cupiebam, factus tandem eſſe videaris.

Quas VIII. Idus Auguſtas MDCCXLVIII. TE exaraſſe lego, & in oculis nunc habeo, in iis reſpondes ambabus epiſtolis meis, eadem die, pridie Nonas Quintileis, a me Turici ſcriptis. VIII. Idus Auguſtas a TE ſcriptæ, III. Idus easdem Brixiam, & XVI. Kal. Septembres Turicum perlatæ ſunt: quibus ſtatim lectis ſtatim reſpondere decrevi, nil veritus, ne indoctiorem diceres reſponſionem, quæ magna properantia feſtinanti excidet magis, quam cogitabitur. Ruditatem, quam celeritas adfricabit, TVA limabit humanitas & doctrina.

Ante omnia jucundiſſimum TIBI nuntium adporto, auſpiciis, juſſu & ſumtibus Eminentiſſimi Card. QVIRINI, cui MAECENATI & ΕΥΕΡΓΕΤῌ, quantum literæ etiam humaniores debeant, poſteritas omnis admirabitur, laudibusque in coelum feret, Turicenſibus typis imprimetur meus de Diptycho BOETHII conſulis Brixiano commentarius, cujus Partem III. κατασκευασθεῖσαν a pag. LXXXVII — CLVI. pridie Kal. Aug. abſolutam, Brixiam nuper miſi, ut oculos & judicium ſapientiſſimi QVIRINI, quo

Nil exactius, eruditiusque eſt,
Sed nec candidius, benigniusque,

prius reverentiſſime ſubiret, quam tanto Muſisque tam ſacro nomine ſplendens prodiret.

Neque mihi objicias, Partem hanc III, quam ſex, ſummum octo, folia complexuram TIBI ſcripſerim (v. ſupra pag. CVIII. *lin.* 34.) fere altero tanto longiorem factam eſſe: cujus rei cauſſas, ſimul ac prodierit, leges: in iis & hanc graviſſimam, a TE ipſo, mei amantiſſimo, profectam, ut illuſtribus Academiis, Hetruſcæ Cortonenſi, & Columbariæ Florentinæ, quibus TVO beneficio me ſocium cooptatum, adgregatumque eſſe XIII. Kal. Aug. ad me ſcripſeras, gratiſſimum teſtarer animum, & mea qualiacunque officia pollicerer. Cura de TVA inprimis

 Colum-

Columbaria Societate ſcribendi occaſio mihi, credo, ſuppeditabitur, ſi Memorias ejus a TE edi cœptas Venetiis accepero.

In eodem librorum faſciculo adpoſuiſti, ſpero, FASCICVLVM II. TVORVM QVAESITORVM PER EPISTOLAS. quod niſi ita eſſe meminiſti, ſcito, alterum iſtum faſciculum nobis periiſſe, ad me quidem certe non perveniſſe niſi tres, TVA manu ſignatos numeratosqoe, I. III. & IV. De I. & III. alias: nuoc de IV. quem hodie accepi, accipe, quæ extemporalitas mea dare poteſt.

Cippus tuus extra *Ferentinum*, neque antiquus videtur, neqoe ſpurius; ſed novus, factus *Martino* PHILETICO, memorato in Πολυΐστορος Conr. Geſneri Bibl. Vniv. p. 505. b. Idem ſenties de cippo *Felicis Feliciani*, ſi cum Mur. 1806: 4. cootuleris Apian. 326. *fin.* 327. *init.* Smet. 171: 5. Grut. 1052: 8. ed. ſec. & 911: 15. Rein. Inſc. præf. * b. *extr.* * 2 a. *init.* cet.

M. VLPII SILVANI titulus ſepulcralis jam editus eſt a Mur 872: 7. cujus typo cum TVO collato emendandum puto PETIT*ori* MIL*itiæ*. *Lucius* ATIL*ius* HOSPITALIS. *Petitoris Militiæ* munus in aliis lapidibus occurrit, de quibus ſi dicere aggrederer, tabellarius citius abiret, quam ego ad finem pervenirem. Mur. MILI. rectius TV, MIL. L. De I pro L dixi in epp. epigr. pag. 301. *lin.* 35. Male uterque habetis ATII pro ATIL*ius*. Ne fratres mireris gentis ejusdem non fuiſſe, lege quæ ad TE ſcripta edidi pag. 456. 457.

Allecioiæ gentis ſaxum habere MVRATORIVM, in indice ejus nominum voc. *Allecin.* noo invenias: invenies autem voc. *Alecin.* & quidem bis eum dediſſe 936: 8. & 1570: 1. Priorem typum habuit a doctiſſimo RAMAGINIO (qui lapidum literatorum Romæ a ſe exſcriptorum, & primum edendorum, vim magnam de literis optimis inſigniter meriturus cum MVRATORIO communicaverat, & a quo menſe ſuperiore Vindobona ad me literæ datæ ſunt humaniſſimæ, inprimis de ſaxo græco metrico Romæ a ſe exſcripto, a Mur. 1502: 11. edito, & a me repetito in epp. epigr. pag. 402.) poſteriorem, eumque meliorem, a Vandellio Mutinenſi. Muratorianum BENIFICIO præſtat τῷ BENEFICIA, quod typus TVVS male habet, viam ſimul claudens veri ſenſus inveniendi. Nam BENEFICIO vel BENIFICIO mihi idem eſt quod *veneficio.* Ita BENEFICIO NOVERCAE io Grut. 687: 5. ſummus Scaliger *Veneficio Novercæ* eſt interpretatus, ut didici ex ejus ind. 19. voc. *B. pro V.* & voc. *Beneficio.* meminique ſatis, me, qui per annos jam duodeviginti Eccleſiæ noſtræ ab Actis ſum, ante annos XII. in actis MS. Synodi Palatinæ ad nos miſſis legiſſe de Ræto exule *ob beneficia & polygamiam*, ubi ſerior corrigentis manus τῷ *b* deleto ſuperpoſuit *v*. De BENEFICIO NOVERCAE argutatur Mur. 1173: 8. neſcius, editum lapidem in Grutero, & optime explicatum a Scaligero. Venehci TVI, PAEDA - - - - PVRP - - - - quæ recte PAEDAGOGI. PVERORVM. ſunt in Muratorio, oomen fuit LALETI. LALETVS græce λαλητής. Neque enim *Laletes* ex 1570: 1. in ind. Mur. datus placet. Datus in eodem *L. Aletus* ex 936: 8. Ramaginiauo typo debetur, in quo punctum inter L & ALETI delendum.

In

In calce literarum TVARVM de diptycho conſulari, ἀνεκδότῳ, pauca habes, ut multis ediſſeram de HIS CONSVLIBVS. Ita ſcribis. de QVIBVS CONSVLIBVS? Nonniſi unum ego agnoſco in iſto diptycho

RVFCENNPROBORESTIS
VCETINLCONSORD

Pota *Oreſtis*, cum Lampadio Conſulis a. Cti 530. cujus ſolo nomine ultimo antea cognito, beneficio diptychi etiam reliqua nomina tenemus. quam diptychi Norici præſtantiam quoque eſſe dixi ad Bouh. p. 277. *lin.* 29. & ad Eminentiſſ. QVIRINVM de dipt. Brix. th. XXXV. pag. LXXXXVII. *lin.* 27. An diſplicet RVF*ii* CENN*adii* (i. e. Gennadii) PROB*i* ORESTIS? Literæ orbiculo inſcriptæ habent monogramma ORESTIS, aut RVFIVS ORESTES, ut digito faciliſſime, calamo difficillime, TIBI indicarem. In averſis faciebus eſt, ſi rite evolvas, BON*us*. EVEN*tus*. (*ſit*.) In eadem ad eumdem Patronum noſtrum inſignem, Eminentiſſ. QVIRINVM, epiſtola Part. III. theſ. XXXII. XXXIII. pag. LXXXVIII —— LXXXXV. literas duas BE illigatas biſariam explicui, *BoEthii*, aut *Bene Eveniat*, ita tamen ut in poſterius pronior fuerim.

Doctiſſ. BRICHERIVM Columbam conſulere, quæſo, ne obliviſcaris. VALE. Turico. XVI. Kal. Sept. 1748.

---

OB ultima literarum mearum, de doctiſſ. BRICHERIO Columbo meam in gratiam conſulendo, interſero hæc epiſtolæ meæ, pridie Nonas Julias MDCCXXXXVIII. ad GORIVM miſſæ, verba, ad quæ amiciſſimus GORIVS initio epiſtolæ ſuæ, ſtatim deinde ſubjiciendæ, reſpondit. Ad GORIVM ſic ego ſcripſeram.

Doctiſſimum par fratrum, WALCHIOS Jenenſes, mei erga TE, TVIque erga me amoris teſtes, apud TE Florentiæ fuiſſe ex eorum literis, Venetiis a. d. XIII. Kal. April. MDCCXXXXVIII. ad me datis, intellexeram. quo magis gaviſus ſum, quum in epiſtola TVA (XVI. Kal. Quintil. ſcripta) legerem, in convivio erudito, quo cum iis exceptus ſis a præſtantiſſimis BRICHERIIS Columbis, Patre & Filio, vos Deipnoſophiſtas *Hagenbuchii* veſtri immemores non fuiſſe. Ex MVRATORII Theſauro mihi primum cognitus eſt doctiſſ. Dominicus BRICHERIVS: cognitus autem ita, ut ejus eruditionem haud vulgarem & de literis antiquis præclare merendi ſtudium merito magni facere cœperim. Diſſertatio ejus, cujus propediem evulgandæ ſpem excitavit MVRATORIVS Theſauri ſui pag. 2016: 2. & in Addendis ſuis ad 119: 1. nondumne prodiit? Audi jam, quæ V. Id. Decembres MDCCXXXXVIII. ad Mæcenatem QVIRINVM ſcripſerim.

„Ubi locorum ſita eſt TILIA? —— (v. ſupra pag. CLXIII. *lin.* 23. —— 33.) —— „cur de *Tilia* doceri velim.„

 Huic

Huic honeſtiſſimæ cupiditati meæ, cui Em. QVIRINVS adhuc morem gerere eſt impeditus, TE & doctiſſimum BRICHERIVM, quem animo meo carum, quæſo, ſaluta, ominibusque optimis quæ agit meis quoque verbis proſequere, optime ſatisfacturos eſſe perſuaſiſſimum mihi eſt. quo beneficio ab ipſo Em. CARDINALI, qui commoda mea vos promovere lætabitur, & a me magnam inibitis gratiam.

---

## IO. GASP. HAGENBVCHIO
### Ant. Franciſcus Gorius
### S. P. D.

*Turicum.*

QVEMADMODVM ſcire cupiebas, conſului Virum æque doctrina & humanitate præcellentiſſimum, D. Dominicum Brichierium Columbum, Patricium Finarienſem, amicum meum optimum. Lecto articulo Epiſtolæ tuæ eruditiſſimæ, perluſtratoque Muratoriani Theſauri p. 1979. 8. dixit, ſe marmor illud exſcripſiſſe ex Gaſparis Schotti Opere, ſi bene recordabatur, inſcripto *Phyſica Curioſa*, in qua complures adſert Inſcriptiones. Ibi videbis quid ſit *Tilia* vel *Tilium*, quamvis urbes hoc nomine alias indicent Geographi, Ferrarius cum Baudrando, quem conſuluimus. De vera & legitima marmoris lectione nil ſtatuimus; tota hæc provincia, ubi Schottum ipſum conſulueris, tua eſt. Multa nobis obſcura ſunt in marmoribus, quod oſcitanter exſcripta ſint; ſi vero archetypa ipſa expendantur, ſtatim ut nebula maculæ diffugiunt.

Quemadmodum doctiſſimus amicus meus Jo. B. Paſſerius diatribam ſcribit de *Cacographia antiquorum Etruſcorum* ex priſcis eorum ſaxis, quæ in unum ultra mille jam collegi Corpus; ita Tu ipſe, Vir Eruditiſſime, alteram conficere poſſes de *Cacographia veterum Romanorum.*

Idem Cl. Brichierius mihi edendas obtulit ſuas Exercitationes de Collegiis veterum. Te plurimis nominibus ſalutat, & plurimi facit. Vale, & me quantum Te diligo, dilige.

### FASCIC. V. QVAESIT. PER EPISTOL.

DIGNISSIMA non ſolum tuis curis, ſed & doctiſſimo Commentario eſt, HAGENBVCHI Amiciſſime, Inſcriptio Romana adlata in Gruteriano Theſauro pag. CXXVIII. 5. quæ multis abundat rebus adnotationum cupidiſſimis; ſed adeo mendis ſcatet, ut medicas tuas manus expectet. Interim illud velim expedias, quænam ſit, & cujus generis, PECVNIA FVR TVRARIA; ſive ex ſchedis Vrſini legendum ſit FVRFVRARIA, vel ut alii conjiciunt FVRINARIA, vel PVRPVRARIA. Te omnis Antiquitatis Oedipum compello.

Neque adprobo quorumdam doctorum conſilium, qui ſuadent iterum parandam novam Theſauri Gruteriani omnium accuratiſſimam editionem; haud enim ita imma-

immaniter gravanda litteratorum curta ſupellex ; ſed illud maxime cupio , ut ſeorſim altero edito Volumine acceſſiones ei fiant , Emendationes , & Commentaria cum ordine ipſo Gruteriani Corporis excudantur ; quod inſigne opus ipſe præſtare, ſi vis , potes.

Jam exſcripſi emendationes omnes ad oram Codicis Mazochiani , Romæ editi ſub Leone X , adnotatas : quæ auctorem habent virum plane doctiſſimum , qui cum archetypis contulit , & emendavit.

Exſtat etiam penes me Gruteri Theſaurus , qui prodiit ex Bibliopolio Commeliniano , quo uſus eſt Vir ſummus Joannes Baptiſta Donius meus , & ad oram pariter paginarum varias Lectiones adpoſuit , quas collatis marmoribus , vel ipſe ex archetypis excepit , vel ex ſchedis Vaticanis , & virorum Celeberrimorum.

Porro ex MSS. Codicibus , qui exſtant in Florentinis Bibliothecis , non paucas & ipſe emendationes congeſſi , quæ hanc Gruteriani Theſauri recenſionem adjuvare poſſunt , & luce dignæ mihi videntur , præſertim ſi otium mihi erit nonnullas adnotationes addendi , quæ neceſſariæ videntur.

Igitur ut ad caput redeam , maxime cuperem ut totum Gruterianum Corpus Exercitationibus , Obſervationibus , Notis , & Emendationibus variiſque Lectionibus ſeorſim editis illuſtraretur ; non vero maximo iterato dispendio rurſum excuderetur. Sed vellem ut Supplementa ordine quodam procederent.

Quatuor capita mihi præcipuum locum deſiderare videntur : Leges & Senatusconſulta ; Fratrum Arvalium monumenta ; Miſſiones Honeſtæ , & Epiſtolæ , quas vellem omnes ſimul colligari & per tempora apte disponi.

Alia duo item Capita conficiunt Inſcriptiones ad Theatrum & Amphitheatrum ſpectantes , & Inſcriptiones quæ ad Militiam terreſtrem & maritimam pertinent. Sed de his votis meis jam ſatis.

Redeo ad Gruterianum rurſus Theſaurum. Scire cupio quid ſentias de Inſcriptione illa adlata in pag. DCCCCLXXI. 2. quæ quid ſpurium redolere videri poteſt, ſi bene omnia expendantur. Sed quid cenſes de CVR. TRANSCVNDANI ?

In Epiſtola marmorea adlata pag. DCCCLXXIV : 5. vide quot monſtra ſint delenda, quæ lectio legitima adferenda ; A MONVMENTO TESTATIO. Forte ſcriptum puto GESTATIO. Quid etiam a MACERIA INTRORVRSVS ?

Cenſesne SACRATA eſſe cognomen Attiæ , cujus ſit mentio ibidem pag. CLXVIII. 10. Alia cupio hujus cognominis , ſi tamen cognomen eſt , exempla ; vel potius ſcriptum SACRATIA ; quod tamen non facile credam.

Vir Præclariſſimus Præſul Johannes Bottarius Florentinus , Bibliothecæ Vaticanæ Præfectus ouper miſit hunc lapidem , neſcio an alibi editum ; meque conſuluit , quid cenſerem , & quomodo explicarem QVINQ. SOLO , uti legitur in ſecunda linea :

C. IVNIO. C. F. ANIEN. TERTIO
EQ. PVBLIC. AVGVR. AED. QVINQ. SOLO
PRAEF. COH. VEIOR. MOES. INFER.
IVNIAE C. F. SATVRNINAE
IVNIAE. COMICE. MATRI
IVNIAE STACHIDI

Reſpondi ſignificare QVINQ*ennali* SOLO*natium* exemplo Gruteriani marmoris p. MXCV. n. 2. in qua CVRATORI SOLONATIVM legitur. De *Solona* videndi Geographi Cluverius & Cellarius.

Salve Vir Excellentiſſime, Antiquitatis Interpres Celeberrime, & me quantocius tuis epiſtolis bea. Dab. ex meo muſeo. VI. Kal. Septembr. an. MDCCXXXXVIII.

---

## Celeberrimo atque doctiſſimo viro
## ANTONIO FRANCISCO GORIO
## I. Gaſp. Hagenbuchius

ΧΑΙΡΕΙΝ. *Florentiam.*

TVAM ſcribendarum ad me literarum adſiduitatem & frequentiam valde amo: itaque, ne ceſſator in reſpondendi officio TIBI videar, ante quam faſciculus librorum Venetias a TE miſſorum ad me adferatur, ante item quam meæ ad TE literæ XVI. Kal. Sept. Brixiam miſſæ reſponſum a TE poſtulent, viſum eſt epiſtolæ, quam VI. Kal. Sept. ad me dediſti, ſeu TVO Quæſitorum per Epiſtolas Faſciculo quinto, reſpondere.

Lectiſſimus atque ornatiſſimus vir Dominicus BRICHERIVS COLVMBVS quanti a me fiat, alteris ad TE literis jam expoſitum legiſtis. neque dubito meo erga illum amori pluſculum etiam acceſſurum eſſe, ſi ex eruditiſſimis ejus *de Veterum Collegiis* exercitationibus proficere dabitur. Has cur nondum ſingulari libello edideritis non excogito: niſi Symbolis eas TVIS literariis inferendas eſſe commodius ducitis. nollem quidem certe earum deſiderio nos diutius torqueri: quarum lectione animus mihi præſagit uberiorem in literas antiquas fructum eſſe redundaturum, quam ex cl. Paſſerii Diatriba, quam, ut ſcribis, molitur *de Cacographia antiquorum Etruſcorum.* nonnihil enim vereor, ne præpoſtere agat amicus TVVS Piſaurenſis, quum de *Orthographia Etruſca* nondum certi quid conſtet, quantum ego quidem ſcio, in quo tuto adquieſcamus. Sed forte in tenebris mieo, & ne titulum quidem Diatribæ Paſſerianæ ſatis digne intelligo. quare hinc abeo.

Oppido gaviſus ſum, quum in TVIS legerem literis, quid eſſet *Tilia* vel *Tilium* in Gaſp. SCHOTTI *Phyſica Curioſa* me viſurum eſſe. Quid autem animi mihi fuerit,

fuerit, quantus dolor gaudio falſo, in quod me conjeciſtis, ſucceſſerit, quum in toto libro, quo dixiſtis, ne unam quidem inſcriptionem antiquam invenirem, ipſi per vos intelligitis.

*- - - - - - - - - - - - Feciſtis probe:*
*Incertior ſum multo quam dudum. - - -*

Vides, memoriam clariſſ. BRICHERII meæ voluptati obſtare: neque egomet poſſim in hac re medicari mihi. Quin ergo mones hominem TVVM, hanc a me gratiam ut ineat; & libri Schottiani locum fugitivum ipſe retrahat. Legite, quæſo, quæ de negligentia in citandis auctorum locis in Diatriba mea a. 1744. edita pag. 22. & 23. conqueſtus ſum. cui culpæ & vos ambo proximos eſſe num negabitis? Μικραίτιον me dicetis, & dicatis licet. talis enim teſte Plinio ep. 2. lib. 2. amor ſemper eſt. Vos parvarum rerum incurioſi quantum rebus ſæpe magnis officiatis, vobiscum diligenter perpendite.

De inſcriptione obſcuriſſima Grut. 128: 5. TE, GORI dulciſſime, ex me quærere bonus quidam genius juſſit. Quantum lucis monumento iſti a doctiſſimis viris perperam accepto ſtuduerim accendere in mea de Diptycho Boëthii Conſulis Brixiano epiſtola th. XXXX. pag. 96. 97. 98. 99. 100. exaratum eſt: quæ epiſtola, ſeu volumen potius, auſpiciis, juſſu & ſumtibus Em. Card. QVIRINI Turici jam cœpit imprimi, jamque excuſa ſunt folia tria, ſeu paginæ XII. Ubi primum abſoluta erit editio, exemplar ad TE dono mittam, æſtimaturum, de Grut. 128: 5. a me adlata quo loco ſint habenda. Hanc moram tanto æquiore animo feres, ſi inpræſentiarum de eo TEcum egero, quod ad diptychum Boëthianum vetante ibi argumento ne tangendi quidem occaſio fuit: id eſt de eo ipſo quod inprimis cognoſcere ſtudes.

„Interim, inquis, illud velim expedias, quænam ſit, & cujus generis, PE„CVNIA FVRTVRARIA; ſive ex ſchedis Urſini legendum ſit FVRFVRARIA, „vel ut alii conjiciunt FVRINARIA, vel PVRPVRARIA.„ Ultimum hoc PVRPVRARIA credo TIBI in mentem veniſſe. qui enim ita conjecerit, neminem invenio. An, quia præceſſit COLVMNIS PVRPVRITICIS, i. e. Scaligero ind. 19. lit. P. *extr.* explicante, *Porphyretticis*, ſeu, ut Gudium legere voluiſſe in notula ed. ſec. Grut. adſertur, PORPHIRITICIS. Columnas ex marmore in modum purpuræ rubente, Πορφυρίτης inde dicto, marmorarius in lapide Gruteri PVRPVRITICAS nulla cacographia, ſed eadem analogia dixit, qua Πορφύρα Latino ore effertur vulgo *purpura*. ne opus eſſe putemus τὸ PVRPVRITICIS ſaxi cum Gudio emendare in PORPHIRITICIS. Sed *columnæ purpuriticæ* ne hilum quidem juvant *pecuniam purpurariam*. ex ſaxi enim συναφείᾳ colligimus, ejusmodi pecuniam intelligi, unde unde redacta ſit, quæ ad milites gregarios in Meſſallini centuria cohortis V. Vigilum militantes ita pertinuerit, ut iis volentibus in opus ſacrum faciendum ornandumque ex ea ſit impenſum. quid autem *purpura* ad militum contubernia?

Peſſime Aldus Orthogr. p. 138. n. 7. verſus penultimi initio *ſua L.* pro quo optime In Grutero 7. SVAE. i. e. *centuriæ ſuæ*, nimirum COH*ortis* S*upra* S*criptæ* ſeu CO-H*ortis* $\overline{\text{V}}$. (*quintæ*) VIG*ilum*. Nota 7. ſeu *centuriæ*, qua vix alia tritior eſt in monumentis militaribus, ab exſcriptoribus parum peritis aut minus attentis ſexcenties neglecta eſt. qua heic ſubtracta in Aldino typo, conſequens fuit, τὸ SVAE cum genitivo *centuriæ* concordans in SVA. L. corrumpi, quaſi τὸ SVA cum ablativo PECVNIA conveniret, & ſigla L ex E male nata *Lubens* ſignificaret.

Grut. ind. 18. *Pecunia furturaria, vel furinaria, vel furfuraria.* 128: 5. Intermedia *vel furinaria* Holtheni additamentum ſunt, quæ Scaliger non babebat. Scal. ind. 19. *Pecunia furfuraria* 128: 5. nbi Holrbenus adjecit *ſed v. not.* neqne tamen ex notis, quas videre jubemur, multum proficere datur. Scaligero autem *furfuraria* præ *furturaria* placuiſſe credo. Utinam animi ſui ſententiam de hac voce expoſuiſſet nobis.

VOLENTIB*us* MANIPVL*is* SVIS ſeu *manipularibus centuriæ ſuæ. Manipuli* ſeu *manipulares* heic idem ſunt quod *contubernia* ſeu *contubernales.* Videndus de hac voce in ſuis in Hyginum Gromaticum ootis pag. 4. R. H. S. qui Fabretto inſc. p. 355. *eruditiſſimus Anonymus*, & in ind. Fabr. inter voces *Rhæmetalci* & *Rigaltius*, R. H. S. *ignotus ſed eruditus ſcriptor* dicitur. Eſt autem *Rhabodus Hermannus Schelius*, a Grævio paſſim laudatus, inprimis in notis ad Cic. ep. ad div. 2: 17. p. m. 114. b. & in præf. ad Tom. X. Theſ. Ant. Rom.

Quod ſi in lapide Romano aut *furum manipuli* legerentur, ut apud Comicum Eun. 4: 7: 6. *ubi centurio eſt Sanga, & manipulus furum?* aut Cohors V. Vigilum Deam *Furinam* impenſius coluiſſet, pecuniam *furturariam* eorum, qui furtum facerent, aut *Furinariam* Deæ, quæ coleretur, nomine dictam interpretari poſſemus. ſed bæc jocati ſumus.

*Furfurarius, a, um*, ignotum lexicis latinis nomen æqne ac *furturarius* & *furinarius.* Nonne vero analogia manifeſto ſuadet, pecuniam *furfurariam* biſce militibus dictam eſſe, quod pro *furfure* eſſet accepta? Id quo modo factum, hac conjectura indagare tento. Sex. Aur. Victor de Cæſaribus cap. XIII. ſeu de Trajano: *Annonæ perpetuæ mire conſultum, reperto firmatoque Piſtorum collegio.* Ut in monumento, quo de agimus, in quo conſules annorum Cti CXI. & CLVI. inciſi ſunt, quid per *pecuniam furfurariam* intelligi poſſit, brevi expediam, puto, militibus, qui in cohortibus VII. Vigilum ſtipendia tunc merebant, annonæ nomine non frumentum in ſpecie ipſa, ſed panes a piſtore datos eſſe: ſecus ac in caſtris Romanis fieri ſolebat. Si ne cohortes quidem vigilum in ipſa nrbe Romæ ſolutiore hac diſciplina habitos eſſe placeat, conjiciam ipſum eas frumentum adſtricta diſciplina accepiſſe, ſed licuiſſe illis frumento piſtoribus tradito panibus a piſtore factis veſci. Facile ergo a piſtore non modo panes pro frumento dati ſunt, ſed præterea pro furfure, quod piſtori ceſſit, quædam pecuniæ ſummula. qui mos apud nos hodieque obtinet, ut molitor ſeu moleodinarius accepto frumento & farinam det, & furfur, ſeu hujus loco

Digitized by Google

loco pecuniolam, vulgo dictam Krüſchgelt, quam proprie & accommodatiſſime *furfurariam* dixeris pecuniam. nobis enim Helvetiis Krüſch (aliis Germanis Grüſch) *furfur* vocatur. Meliora docentem ego in primis laudabo, & *furfurariam* pecuniam alia melioris monetæ lubens mutabo.

Notas ad Gruterum ſeorſum edi cupis, non ipſum Gruteri Theſaurum una recudi. Hæc adeo ad mentem meam a TE, doctiſſime GORI, ſcripta ſunt, ut TIBI gratuler, mihi gaudeam. Niſi Symbolæ Literariæ, quas jam diu moliris, ejus generis erunt, ut Diarium Epigraphicum, cujus formam ad TE miſi in epp. epigr. pag. 439. referant, & TVAS ad Gruterum curas doctiſſimas pulcerrime capiant, noli, quæſo, in aliud nos tempus differre, & notas ad Gruterum cum TVAS tum aliorum, quas paratas habes, ſingulari libro concluſas ede. Incipe, aude: fac, ſi facis.

De CVR. TRANSCVNDANI in Grut. 871: 2. quid cenſeam, quæris. In titulum hunc ſpurium [a Grutero nigro theta jam notatum cum in ipſo textu, tum etiam magis in Addendis ad 871: 2.] transſumti ſunt ab impoſtore TRANSCVNDANI ex inſcriptione, in qua duplices LANCIENSES, OPPIDANI alteri, alteri TRASCVNDANI leguntur. v. Grut 162: 3. ubi in notula ed. ſec. punctum, quod *Decuriones. Transcundani* disterminat, exterminari non minus debet, ac in Grut. 871: 2. verſu antep. pro DE. CVR. ſublato puncto priore legendum eſt DECVR. i. e. DECVR*iones*. Scal. ind. 5. *Decuriones Traſcudani.* 871: 2. Holthenus in iſto Indicis loco τὸ *Traſcudani*, ut Scaligero ibi ex 162: 3. ſcribere placuit, in *Traſcundani* mutavit, quod ſi mutare voluit, plenius in *Transcundani* mutaſſet. Notula extrema in Grut. ed. ſec. 162: 3. adtexta nonne indici Scaligeri quinto deberi deprehenditur?

Apud Aldum Manutium Paulli Filium Orthogr. voc. *Condicio* p. 219. 220. n. 3. verſu antep. *Decur. Tranſcundani.* ita excuſum video meo in exemplari, ut literula *e* inter *D* & *cur.* operarum typographicarum incuria intercidiſſe videatur. quem τὸ *e* defectum Gruterus, puto, præter E interponendo male puncto reſarcire voluit. In aliorum typis, apud Barth. Marlianum Vrbis Romæ Topogr. lib. IV. cap. XX. T. III. Theſ. Græv. p. 157. & Georg. Fabricium Antiquitatis Monum. inter Teſtamenta loco ſtatim ſecundo, edit. Argentor. 1549: 4. ſeu p. 10. & 11. edit. Baſil. 1560: 8. inprimis ultima inſcriptionis hujus ita variant, ut verſus Gruteri quatuor poſtremi, adeoque & DECVR. TRANSCVNDANI, ne compareant quidem.

D'Orvilium TVVM inſcriptionis hujus auctoritate uti noluiſſe, quod eam viri primarii ſpuriis dudum jam adcenſuerint, legimus in ejus Miſc. Obſ. in annum 1741. Tom. III. p. 138. *extr.* quamvis p. 139. *init.* judicio forte nimis miti, & cenſura forte æquo clementiore exiſtimet, forte inter ficta latere poſſe quædam ſincera ſed interpolata. quæ quis discernat? Nonne præſtaret, hæc numquam eſſe nata, quam quædam forte ſincera, aliunde obtorto collo huc rapta, veramque antiquitatem peſſimo exemplo incruſtatam eſſe?

Vel primum verſum vide. EGO. GALLVS. FAVONIVS. IOCVNDVS. L. F. unde & v. penult. *ore ejuſdem* GALLI *emiſſum.* Pro L. F. alii typi habent *Publii Favonii filius*, vel P. FAVONII F. Quam miſere πλάνοι iſti, quicunque fuerint, rationem nominum Romanorum erant docti. Latent quædam ſincera, ſed quam flagitioſe accepta! quam vetuſtati genuinæ injuria maxima dedecoratæ discordia! In ed. Grut. ſec. ad v. 1. opportune in notula citatur genuinum Gruteri ſaxum, *Vid.* 855: 8. En illud TIBI.

M. AEMILIO. M. F
GAL. FAVONIO
IVCVNDVS. L. F
CVM. IVCVNDO
ET. PVDENTE
FILIS

Verſu tertio extremo pro L. F. legitur L. P. in Grut. 930: 7. nam idem ſaxum repeti in Grut. ed. ſec. recte monuerunt, & præterea L. P. non L. F. habere MSS Fouc. adnotarunt ad 855: 8. Hæc diverſitas harum ſiglarum decepit Gruterum, ut in duas claſſes diverſas eumdem lapidem conjecerit: primo inter monumenta heredum, propinquorum, aliorumque promiſcua 855: 8. ratus tunc, ni fallor, L. F. notare *Lucii Filius*: deinde in adſectu patronorum & libertorum 930: 7. & quidem, meo judicio, loco magis ſuo. Siglas enim L. P. ſignificare puto *Libertus Patrono*, aut *Libertus Poſuit*. Quod ſi L. F. potior lectio eſſet, quam & Teſtamenti imperitus fabricator ſecutus videtur, potius *Libertus Fecit*, quam *Lucii Filius* interpretarer. Liberti enim omiſſo nomine gentilitio, ex gente patronorum, qua cenſeri ſolebant, ſatis cognoſcendo, ſæpe leguntur: contra ea ingenui ſolo cognomine ita inſcribi non ſulent, ut poſt cognomen prænomen patris ſequatur, gentilitium autem nomen nuſquam appareat. Sepulcralem ergo titulum M. Aemilius M. L. Jucundus cum filiis ſuis duobus, M. Aemilio M. F. Jucundo, & M. Aemilio M. F. Pudente, fecit ſeu poſuit *Marco* AEMILIO *Marci Filio* GAL*eria tribu* FAVONIO.

Quam falſus ipſe eſt, quam fallere alios inſtituit, teſtamenti Favonii ὑποβολεύς! Cur veri monumenti nominibus abuſurus non intellexit, omiſſu prænomine & nomine gentilitio, ſeu verſu primo, de turpi ejus ignorantia rerum antiquarum verſus veri ſaxi reliquos, inprimis ſecundum & tertium, aperte teſtaturos eſſe? Fraudatori enim GALLVS FAVONIVS IVCVNDVS L. F. peſſime natus eſt ex ignoratione tribus Romanæ GAL. ante cognomen, poſt nomen gentilitium, patrisque prænomen, ex antiquitatis regula poſita, quam ipſe GAL*lum* inſcite legit. De tribubus Romanis male pro cognominibus habitis multi dixerunt, & exempla aliis nondum caſtigata magno numero occurrunt: de quibus alibi. De FABIO pro FAB*ia tribu* lapidis Helvetici a me viſi & exſcripti v. epp. epigr. pag. 135. *init.* & pag. 234. *ante fin.* Deinde impoſtor duorum hominum cognomina, patroni FAVONIO,

&

& liberti IVCVNDVS, infeliciter uni aptavit, quaſi GAL*lus* ſuus ſimul dictus fuiſſet duplici cognomine FAVONIVS IVCVNDVS. Niſi mens læva fuiſſet, niſi animo ad fraudem inſtructo obſecutus eſſet, vel caſuum ἀσυςασία a dolo ſtruendo eum avocaſſet.

Optime Scaliger ind. 12. ſen Tribuum Romanarum, GAL. ex 855: 8. dedit: omiſit addere Holthenus ex 930: 7. Contra ea quia Scaliger ind 23. ſeu Nominum ex 930: 7 nil dederat, Holthenus de ſuo addidit *M. Aemilius M. F. GAL. Favonius Jucundus*, 930: 7. item *Favonius Jucundus*, 930: 7. eodem errore, quo Teſtamenti Favoniani ſubjectorem ex hominibus duobus, patrono & liberto, nonniſi unum feciſſe πεπλανημένον. Quare deſino, ut ad reliqua Quæſitorum TVORVM deſcendam.

In Grut. 874: 5. v. 10. 11. cur pro TESTATIO ſcribendum putes GESTATIO, apertius TIBI proloquendum eſt. nam quem heic locum habere poſſit GESTATIO, eaque nominandi caſu data, nullus video: qui meus forte eſt ſtupor. A. MONVMENTO. TESTACIO. in manuſcripto Pighii extare in Grut. ed. ſec. notatum eſt. A. MONIMENTO. TESTACIO. editum, & poſt αὐτοψίαν retentum eſt in Mazochio (quem *Menochium* vitioſe vocant Add. Holth. ad Grut. 874: 5.) pag. XVII. verſa, collatis Mazochiani libri addendis. Cum ſubſtantivo *monumento* vel *monimento* pulcerrime concordat adjectivum *teſtacio* i. e. *teſtaceo*. Neque de hac ſyntaxi dubitavit Scaliger, ind. XI. ponens *Monumentum teſtatium*. 873: 5. Holtheuus vitium numerorum non ſuſtulit. corrigendum 874: 5.

Ibid. v. 11. A. MACERIA. INTRORVRSVS. quæris quid ſit? Mazochius dat INTRORSVM, at in corrigendis αὐτόπτης habet INTRORVRSV. Gruteri ed. ſec. τῷ INTRORVRSVS ſuperimpoſuit *ſic*, quo ed. prior carebat æque, ac Smetianus liber fol. 132. loc. 1. Puto editores Gruteri τὸ *ſic* ex mſ. Pighii in ed. ſec. transtuliſſe. Smetius in Indice ſuo Grammatico, *Introrurſus*, *pro introrſus*. 132: 1. quod retinuit Scal. ind. 19. ſeu grammatico, *Introrurſus*, *introrſus*. 874: 5. RETRETRO in Grut. 152: 8. voluerunt vitioſo pleonaſmo legi pro *retro*: quod etſi non admiſerim, & AET. RETRO correxerim in epp. epigr. p. 324. *lin.* 20. ibidem tamen *lin.* 17. præmonui, erratis fabrilibus interdum deberi ἰδιολογίαν. ad quam κακογραφίαν omnino heic retulerim τὸ INTRORVRSVS pro *introrſus*, niſi fabrum peccantem malimus id dediſſe pro *introverſus*. Ut INTRORVRSVS, ſi pro *introrſus* ſculptum ſit, exundantia literarum duarum RV poſt RO male repetitarum laborat, ſic e contrario idem vocabulum *introrſus* litera R poſteriore mutilatum, praveque INTROSVS inciſum eſt in Fabr. p. 179. n. 369. qui tanto magis evolvendus, quod ibidem ipſum hoc INTROSVS cum Gruteriani lapidis INTRORVRSVS egregie contulit, utrumque latitudini IN AGRVM factæ monens æquipollere.

Mur. 1536: 8. v. 3. INTER P. XII. IN AGRO P. XVI. „In tertia, inquit, „linea fortaſſe INTROR. ideſt *Introrſus*. „Voluit, ni fallor, INTER mutari debere in IN TR. i. e. INTR*orſum*. quod mihi non placet. Mallem ego quidem IN FR*onte*.

 Nam

Nam *introrſus* idem quod IN AGRO eſſe, monet Fabrettus loc. cit. quemadmodum & in Mur. 1705: 2. *extr.* legitur IN FRONTE P. XXXX. INTRORSVS P. XXXX. Quod ſi quadratarius in Mur. 1536: 8. INTR*orſus* P. XII. IN AGRO P. XVI. una incidiſſet, eamdem dimenſionem variato tantum pedum numero bis ſculpſiſſet, vitioſiore uſus tautologia, quam Gruterianus marmorarius, qui pro INTRORSVS dedit pinguius craſſiusve INTRORVRSVS.

Rein. XVII: 29. pag. 822. *Ibidem.* (præceſſit *Romæ in hortis Juſtin.*)

L. CACVRIVS. P. F. FAB.<br>
HIC. SEPVLTVS. EST.<br>
HIC LOCVS PATET<br>
IN FRONTE PED. XX.<br>
ET RETROVERS. XXV.<br>
AEMILIA. FOSINE. — I. ZOSIMEius<br>
HVNC. LOCVM. MONVMENTVMQ. — in 6. DCXCII.<br>
DO. LEGO.

*è Langerm.*

In notula Reineſii marginali ad verſ. 6. pro ZOSIME*ius* corrigi debet ZOSIME, *ut eſt.* Quum enim in lapide Nemauſenſi apud Grut. 692: 6. legatur AEMILIA ZOSIME, vitioſum ſchedarum Langermannianarum vocabulum FOSINE Reineſio viſum eſt refingi debere in idem *Aemiliæ* cognomen ZOSIME. Sed qui ante & poſt Reineſii tempora ſaxum hoc ediderunt ad unum omnes, non modo non *Romæ*, ut e Langermanni ſchedis ab Reineſio eſt factum, ponunt, ſed *in agro Patavino:* iidemque præterea ab iis, quæ Reineſius verſ. 5. & 6. habet, adeo variant, ut AEMILIA FOSINE, ſive ZOSIME Reineſii, tota excludatur.

MVRATORIVS, neſcius ab Rein. datum, ut ineditum bis protulit. Primo 1652: 5. *Ex P. Salomonio* [Inſcr. agri Patav. pag. 194. *ante fin.*] ſtatimque deinde, quaſi nondum adfuiſſet, 1653: 12. *E ſchedis ſuis.*

Quod Reineſius & Muratorius juxta ignorarunt, jam habebat Gruterus 905: 14. *Ex Apiano* (fol. 335. *extr.*)

Verſ. 1. Reineſii CACVRIVS, & ſchedarum Muratorii CATORIVS, locum cedere debent τῷ CARTORIVS ceterorum. Gens enim *Cartoria* in aliis duobus lapidibus Patavinis quoque memorata eſt apud Grut. 959: 2. & 967: 3. videndis, quos cum noſtro una adduxit de *Cartoriis* commentans Scardeonius Hiſt. Patav. lib. III. Claſſ. XIII. p. 375. ed. Lugd. Bat. in Theſ. Ant. Ital. Hique lapides tres tueri videntur, quod a Mur. 1435: 8. datum eſt,

CARTORIVS C. F.

qui C*aji Filius* poſſet tentari C. ARTORIVS, augeretque numerum innumerum exemplorum, quibus prænomina nominibus ipſis male adhæſiſſe cognoſcuntur.

Verſ.

Verſ. 1. extr. FAB. eſſe FAB*ia* tribu non neſcit ὁκ αἴτι ἂν τῆς Ἐπιγραφικῆς. Suntque ſaxa plurima, in quibus Patavini homines eadem FABIA tribu cenſiti leguntur: ut magis mirer a Scal. ind. XII. voc. FAB. numeros 905: 14. omiſſos, quam ab Holtheno non additos eſſe. Omiſſi non ſunt numeri 29. XVII. in Rein. ind. XII. Omiſſum autem eſt in ipſo lapide cognomen poſt tribum adpooi ſolitum, interdum tamen & omiſſum: de qua cognominis omiſſione memini me ſcribere ad Eminentiſſ. Mæcenatem, QVIRINVM noſtrum, de Mur. 847: 3. v. ſupra pag. CLVIIII. *lin.* 27.

Verſus 5. & 6. in Langermanni typo Reineſiano metatheſi ineleganti laborare ex reliquorum omnium exſcriptionibus editionibusque deprebenduntur. Quod enim *Reineſius* habet ET RETROVERS. XXV. AEMILIA. FOSINE. id in *Apiano* eſt ET A MEDIA FORSINERO P. XXV. *Gruterus* etſi unum *Apianum* ſubſcripſit, lectionem tamen *Apiani*, neſcio qua fide, quove auctore idoneo, ſic immutavit ET A MEDIA FORINS PRO. P. XXV. *Scardeonius*, exque hoc *Salomonius*, & ex Salomonio *Muratorius* dederunt ET A MEDIA FORIS IN AGR. P. XXV. „In *ſchedis* „quoque *Farneſiis* hæc babetur. Ibi legebam in quartá lineá (Rein. eſt ſexta: nam „io verſuum ordine & oumero editores diſcrepant) A MEDIA FOSS. IN. &c. „ Hæc MVR. loco priore. poſteriore autem *e ſchedis ſuis* ita edidit ET A MEDIA FOSSINERO VERS. XXV. Ex ipſa hac incuoſtaotia lectionum hæc duo ſatis conſtant, primum quam ſubſiſtere oon poſſit Langermanni AEMILIA FOSINE: deinde, alteram ſepulcri dimenſionem poſt IN FRONTE PED. XX. ſuffixam legi. quibus autem illam verbis legemus? An ET A MEDIA FOSSA RETRO PED. XXV. aut ET A MEDIA FOSSA RETROVERS. P. XXV. An ET A MEDIA FOSSA INTRO P. XXV. aut ET A MEDIA FOSSA INTROVERS. P. XXV. Quid ſi *ſchedarum Farneſiarum* lectio ipſius lapidis ſit ET. A. MEDIA. FOSS*a*. IN. AGR*o*. P. XXV. niſi quidem Muratorianæ notæ *&c.* nos fallat.

INTRORVRSVS Gruterianum, ſic ſcriptum æquo abundantius, me movet, ut omiſſis exemplis reliquis, quæ ejusmodi repetitiones ſeu tautologias habent, unum adſcribam ex Florentinis TVIS,

| Etr. T. I. p. 432. n. 19. | quod ex TE ſic dedit Mur. 994: 9. |
|---|---|
| D AA | D M |
| AA AVREAIVS AIB TEAES | M. AVREL. AVO. LIB. TELES |
| PFORVS ET VAPIA EAAS FECEPV | PFORVS VLPIA ILAS FECERV |
| IN SIBI ET EILIS AIBERTIS | NT SIBI ET FILIS LIBERTIS |
| AIBERTABVSQVE POS | LIBERTABVSQVE POS |
| POSTERISQVE EOPVN | POSTERISQVE EORVN |

Quantum in recudendo hoc ſaxo TVO celeberrimus Muratorius ſibi arrogarit, quid verbis opus eſt? Res pro ſe ipſa loquitur: & me iodicente oculi ooſtri videot. Si GORIVS ego eſſem, curriculo ad lapidem ipſum accurrerem, æſtimaturus admo-

 veodis

vendis ipſi lapidi typis GORII & MVRATORII, quid a marmorario, quid a GORIO, quid a MVRATORIO peccatum eſſet. quos quadratarii admodum rudis nævos pictorum optimorum more GORIVS in typo ſuo pulcerrime retinuerit. quid poſt GORIVM MVRATORII acumen aut in melius reſtituerit, aut in pejus mutarit. Quid de hoc ſaxo ex TE intelligere copiam, jam intelligis. v. g. a TE datum ElLIS [ſic], retenta uno hoc loco ſolita τῷ L latini figura, annon rectius ſit in Moratorio FILIS. Contra ea quod TV edidiſti EΛAS, a SALVINIO TVO erudite hELIAS explicatum, annon præſtet cognomini, quod Muratorio, ad Salvinii obſervatiunculam oculos non adjicienti, male, puto, placuit ILAS. cet.

In hac Inſcriptione literas Λ & P Græcas, pro Latinis L & R ſculptas eſſe, p. 433. obſervatione dignum merito judicaſti: quod a Muratorio non negligi tanto fuerat æquius, quia ubique L pro Λ, & R pro P in textu ipſo typothetæ gratificaturus dederat. Λ & P in aliis etiam ſaxis pro L & R occurrere non neſcis. In TVO ſemel L pro Λ legi, modo dixi: addo, R ſolitum quinquies in typo TVO dari, P pro R nonniſi bis. Ita ad lapidis ipſius fidem TE dediſſe, verum puto.

Nonnullos autem Latinos lapides Græcis literis expreſſos exhibere Fabrettum Inſcr. Ant. Cap. VI. p. 465. n. XIX. & 100. a TE pag. 433. minus vere ſcriptum eſt. quo enim loco dicis, Fabrettus latinis literis ſeu characteribus ſcripta exhibet verba græca: contra nonnullos latinos lapides græcis characteribus expreſſos dedit Fabrettus, quo loco ipſe ſe p. 465. a. L. citavit, Cap. V. p. 390. ab num. 249. ad num. 257. Ejusmodi ſaxa quodammodo δίγλωττα vocari poſſe ad BOVH. ſcripſi pag. 18. *lin.* 8.

A TE in TVO indice nominum *M. Aurelius Teleſphorus. I.* 432. adlatus, *Ulpia Elas* ſeu *Hellas* male omiſſa eſt. Muratoriano nominum indici inlati ſunt *M. Aurelius Aug. Lib. Teleſphorus.* 994: 9. & *Ulpia Ilas.* 994: 9. ILAS cognomen muliebre unquamne fuerit, ambigo. Virile cognomen uterque extuliſtis *Teleſphorus*, magis tunc ſecuti, quid artifex ſcribere debuiſſet, quam id, quod ſcripſit. Muratorium vides, nihil adnotaſſe, niſi TELESPFORVS ſcriptum eſſe *pro TELESPHORVS.* Acute egregius doctor quondam TVVS, pagina TVA 433. ſculptorem conjecit, ambiguum *Teleſphorus* an *Teleſforus* ſcriberet, poſuiſſe TEΛESPFORVS. In Græcæ originis cognomine ΤΕΛΕΣΦΟΡΟΣ latine ſcribendo marmorarius illiteratus mihi non creditur TEΛESPHORVS ſcripſiſſe (de qua τῷ H figura interdum in F corrupta ad TE ſcripſi p. 457. quibus pauca, ſed quæ ſatis mihi erant, reſcripſiſti pag. 468. *lin.* 18. v. & pag. 377. *fin.* ſed pro græco Φ non PH, neque F nudum, ſed PF dediſſe, ita ut P, quo ante F rectius caruiſſemus, ſit παρέλκον, eadem incuria, qua ταυτολογίας POS POSTERISQVE ſcripſit. cui tautologiæ quam proxime adſidet ejusdem vocis ſcriptura πλεονασμῷ ſimili deformata in Grut. 740: 2. v. 9. & 10.

POSTE

*ſic* RIS. TERISQVE. EORVM

Holthe-

Digitized by Google

Holtheno in Add. & Corrig. viſum eſt operæ eſſe, notare, Smetium αὐτόπτην 128: 11. poſt RIS punctum non habere. cur non addidit, quinque literas otioſe in lapide repetitas, & a diligentiſſimo Smetio exſcriptas, ab eodem id ipſum monituro non modo vocula *ſic* a Grutero retenta, ſed præterea punctis quinque a Grutero omiſſis ſubnotata eſſe,

POSTE
*ſic* RIS TERISQVE. EORVM

Sed ad alia ταυτολογιῶν exempla me non excurſurum eſſe ſupra oſtendi: cujus promiſſi mei memor manum abstineo, ut citius ad Quæſitorum TVORVM finem pervenire poſſim.

Grut. 168: 10. ATTIA SACRATA C*lariſſima* F*emina* (ſic enim ſaxi hujus ſiglas interpretor: licet Scal. ind. 20. de C. F. *Clariſſima Femina* duo tantum Gruteri ſaxa memoraverit, ubi compluria alia adduci potuiſſent, noſtrumque inprimis) TE cur torqueret cognomen SACRATA, cauſſæ nihil erat. Potius ſcribendum eſſe SACRATIA numquam credam, jnreque majore cognominis *Sacratia* petam exempla. De cognomine muliebri *Sacrata* deſines, ſpero, dubitare, ſi didiceris, maſculinum SACRATVS cognomen olim virile fuiſſe. *P. Vatinius* SACRATVS eſt in Rup. ep. ad Rein. p. 344. num. 172. ſeu in Rein. Inſc. XII: 98. p. 681. Sunt etiam duo cognomine *Sacrati* in Grutero, Manliæ gentis alter, alter Semproniæ. quos ambo vel Holtheni index 23. cognominibus auctus voc. *Sacratus* TIBI oſtendet: neque addo, niſi in duobus ejusdem Galliæ Belgicæ lapidibus cognomina SACRATA & SACRATVS conſpici, illud apud Lingones, hoc apud Mediomatrices. Plura num deſideras?

Hanc epiſtolam Bergomum ad nobiliſſimos Peſtaluzios meos mittam, qui eam inde Florentiam quam primum ad TE mittendam diligentiſſime curabunt. Eminentiſſimus enim QVIRINVS noſter hoc δίμηνον Brixia ſua aberit, Bavaricum iter jam ingreſſus, & Ratisbonæ nonnihil temporis moraturus. Opto eum εὐσθενεῖν, & TE cum doctiſſ. BRICHERIO COLVMBO ſic valere, ut Bottariani lapidis ἀνέκδοτα QVINQ*uennali* SOLO*natium* alio lapide Grut. 1095: 2. nixus explanaviſti, id eſt optime.

TVRICI Helvetiorum. a. d. XI. Kal Octobr. MDCCXXXXVIII.

Hac veſpera ex Turicenſi mercatore intelligo, quem Veneti mercatores Cambodunum Vindelicorum miſerint faſciculum TVVM, intra tres hebdomadas Turicum advectum iri.

## IO. GASPARI HAGENBVCHIO
### I. C. Beckius
### S. D. *Turicum.*

QVOD poſt tam longam intercapedinem ad Te tandem iterum ſcribo, faciunt Inſcriptiones tres, quas ad Te mitto, & de quibus tuam, ſi commodum eſt, ſententiam ſcire cupiam. Facies itaque mihi rem gratiſſimam, ſi de iis me voIueris edocere. Amicus meus, qui ad me ex Italia eas miſit, quædam ad eas adnotavit, quæ num Tibi, cui uni regnum in boc genere tribuo, probentur, vebementer dubito.

In prima Inſcr. legit ΧΡΗΣΤΕ ΧΑΙΡΕ: ſuppletis tribus litteris, eaque verba ad Infantem, quem ante pedes viri poſitum vides, refert.

Scribit porro: „Sed lapidis alterius Epigrapbe ſeu vitio lapicidæ, ſeu tempo„ris, corrupta non paullo eſt difficilior. Nec tamen ambigo, quin ea ſic debeat „legi: ΤΟΥΤΟ ΜΝΗΜΑ ΑΙΛΙΑΣ ΦΙΛΗΜΑΤΙΟΥ. quod Viri poſterius nomen haud qui„dem admodum frequens, immo rarum, ac neſcio an ἐκ τῶν ἅπαξ. Videtur au„tem mihi reſpondere, quaſi diceres Latine *ſuaviolum.* „

Scribit mihi deinde hand pauca de *Herculaneo*, quod nuper in Italia emerſit, & quaſi poſtliminio in lucem eſt protractum. Inter alia antiquitatis κειμήλια, quæ ibi reperta, memoratur etiam lapis ad Theatrum, cujus in parte ſuperiore palmaribus litteris: THEATRVM. ORCHESTRAM. DE. SVO. L. RVFVS. L. F. tum infra minoribus aliquanto: P. NVMISIVS. P. F. ARCHITECTVS. „Qui quidem, „*addit Amicus Italus*, P. Numiſius an idem ille ſit, cujus in corrupto fortaſſe nomi„ne variant editiones Vitruvianæ, cum in proœmio *P. Minidius* memoretur Arcbi„tectus; idemque porro dicatur *Numidicus*, in vetuſtiſſima quadam Italica verſione, „unde facile Numiſius fiat &c. „

Reperta eſt porro in eo oppido κατὰ χθονὸς ſtatua equeſtris cujusdam *Nonii*, ſed operis, ut ſcribit amicus, tam egregii, nihil ut ſimile aut ſecundum in eo genere dicatur poſſe reperiri. Titulus quoque iſte:

M. NONIO. M. F.
BALBO
P. R. PROC.
HERCVLANENSES.
P.

Notas tertii verſus legebat Amicus, *Provinciæ Rætiæ Procuratori*, propterea quod apud Velſerum in Rebus Auguſtanis legiſſet R. ſimplex acceptum pro *Rætia*: aut vero; *Patriæ Reip. Procuratori*; aut: *Patriæ Rei*; aut denique *Patriæ Reſtituendæ Procuratori.*

Ego,

Ego, cui ex his lectionibus calculum adjiciam, neſcio. Si prima eſſet valida, referendus ille lapis eſſet ad Helveticos lapides, quos magno jam numero collegiſti. Tuum ergo heic facio judicium, quod mihi erit omoium inſtar.

Scidulas autem duas, cum viſum fuerit, ad me remittes. Pluribus te haud moror. Vale. Datum Baſileæ a. d. III. Noo. Novembr. MDCCXXXXVIII.

*In agro Patavino, ad thermas Aponenſes.*

| 1. | 2. |
|---|---|
| ΓΛΑΥΚΟΣ ΓΛΑΥΚΟΥ • | ΥΙΥΟΜΝΗΜΑ Φ ΑΙΛΙΑΣ Φ |
| ΧΡΗΣΤΕ ΡΕ | ΦΙΛΗ Φ ΜΑΤΙΟΥ Φ |

3.

*Vicentiæ ad Sancti Felicis.*

L. S

L. TVRRANI. L. F

VALENTIS

INF. P. XXX. RET. P. LX

CIRCVMITVS. MACE

RIAE. SESQVIPEDES

---

Viro celeberrimo, atque amiciſſimo

## IACOBO CHRISTOPHORO BECKIO

I. Gaſp. Hagenbuchius

S. P. D. *Baſiliam.*

PRIDIE Idus Septembres Aquis Helveticis cum clariſſimo Academiæ veſtræ doctore BERNOVLLIO, qui uxorem ſuam, meam ego, domum reducturi in iſtum Helvetiæ *amœnum ſalubrium aquarum uſu frequentem locum*, Tacito olim ſic Hiſt. lib. I. cap. 67. nobilitatum, veneramus, multa de amicis rebusque Academiæ Baſilienſis ſum collocutus. Inprimis de TE, mi BECKI, lectiſſimaque coujuge TVA, præſtantiſſima ZWINGERA; de eligendo item apud Vos Matheſeos Profeſſore, multus oobis ſermo fuit. Neque poſtea non gaviſus ſum, quum Aquis Turicum redux intelligerem, BERNOVLLIO indidem Baſiliam ſuam reverſo Cathedram *Eloquentiæ* altera illa MATHESEOS, cui ornandæ ſanguioe BERNOVLLIO cretos admoveri debere orbis literatus pridem cenſuit, adnuente ampliſſimo Senatu veſtro licuiſſe mutare. Hunc *Eloquentiæ* antea, nuuc *Matheſeos* Profeſſorem meis, quæſo, verbis ſaluta, meique ei memoriam refrica.

Nuptias autem TVAS fauſtis ominibus proſecutus jam eram in meis ad ſpectatiſſimum ISELIVM literis a. d. XII. Kal. Martias MDCCXXXXVIII. „Celeberri„mum BECKIVM ducturum eſſe ZWINGERAM literæ TVAE nuotiant. Opto ut

„illa conjunctio cariſſimo oobis capiti gaudio perpetuo & genti BECKIAE ſaluta„ris ſit. Saluta ſponſum ; eique, novæque nuptæ, meis verbis fauſtiſſima quæque „adprecare. „

Ἐὰν δὲ τις λάβῃ γυναῖκα προσφάτως, ἐκ ἐξελεύσεται εἰς πόλεμον, καὶ ἐκ ἐπιβληθήσεται αὐτῷ ἐθὲν πρᾶγμα. ἀθῷος ἔσται ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτῦ ἐνιαυτὸν ἕνα, εὐφρανεῖ τὴν γυναῖκα αὐτῦ ἣν ἔλαβεν. Deut. XXIIII: 5. cujus ego legis veteris memor, neque amori TVO mittendis ad TE literis intercedere, oeque a TE non jam amicis, ſed τῇ τῷ θυμῷ σε κεχαρισμένῃ vacante literas expectare, multo minus flagitare auſus ſum.

Tantum itaque abeſt, ot TVAM in ſcribendo ceſſationem vitio TIBI vertam: potius TE, veterem amicum, Hiſtoriæ antea Profeſſorem meritiſſimum, poſtea S. Theologiæ Doctorem eximium, tam mature, anno noodnm vertente, ad ſcribendi officium ita rediiſſe, ut ſeveriores Muſas TVAS noſtris bumanioribus more TVO interpungere atque oblectare ooo deſinas, animo meo gratiſſimum accidit.

Ne ambæ ſchedulæ TVAE, quas repetis, quarum in altera ex Italia ad TE miſſa inſcriptiones duæ Aquarum Apooarum in æs inciſæ ſunt; altera autem deſcriptum TVA mann lapidem Vicentinum exhibet, ad TE ſine fœnore redeant, quibusdam eas obſervationibus, quas TIBI amice expetis, inluſtrare animus eſt quæ enim ab amico Italo ad TE perſcripta mecum communicaviſti; ejusmodi ſere ſnnt, ut bominem TVVM in explicandis lapidibus aotiquis ooo verſutiſſimum prodant. ἐκ ἔςι τρίβων τῆς ὁδῦ ταύτης.

ΧΡΗΣΤΕ χαῖΡΕ adclamatio eſt ſunebris, in titulis græcis ſepulcralibus, etiam ubi figuræ nullæ adſunt, tritiſſima! minusqne beoe ad infantem ante pedes viri poſirum relata. Qnem infantem interpretatur, is mihi in boc quidem certe monumento ipſius defuncti genius interpretandus videtur. De icunculis imagunculisve, qnas in græcis epigrammatis haud raro occurentes doctorum alii aliis modis acceperunt, nunc agere oolo.

ΥΙΤΟΜΝΗΜΑ, unum baud dubie vocabulum, nullo foliolo aut corculo (v. ad Inl. BOVHIERIVM a me ſcripta pag. 340. *lin.* 20.) diremtum, male diſcerpit, & ΤΟΥΤΟ ΜΝΗΜΑ corrigit, oon obſervans, pro Π prave ΙΤ exſcriptum eſſe: quod offecit, quo minus ei in mentem veniret oomen compoſitum ΥΠΟΜΝΗΜΑ. De ΙΤ vel ΤΙ, & ΓΙ vel ΙΓ, ab lapidum græcorum exſcriptoribus ſæpe cum maximo veri ſenſus damno pro Π datis non deerant, quæ baud parce adducerem, niſi ſufficereot, quæ in Τετταρακοσολογίᾳ Turicenſi pag. 592. jam leguntur.

ΦΙΛΗ ❧ ΜΑΤΙΟΥ ❧ etſi ornatn discretum recte conjungit ΦΙΛΗΜΑΤΙΟΥ, *Philematii*, q. *ſuavioli.* Viri autem nomen eſſe quum comminiſcitur, græca lapidis verba παρερμηνεύει, ac ſi *Monimentum Aeliæ*, quæ fuerit aut filia, aut uxor *Philematii*, verti deberent. Quid opus eſt verbis? Mulieri, gente *Aelia* cenſitæ, cognomeo muliebre ſuit clarum, teſtatum, & pervulgatum, *Philematium.* Nodum in ſcirpo oe quæramus.

Hosne

Hoſne græcos titulos duo *in agro Patavino, ad Aquas Aponas*, hoc demum anno erutos, primumque conſpectos eſſe? Crebro TIBI vafer ille Siculus inſuſurret EPICHARMVS cantilenam illam ſuam:

Νᾶφε καὶ μέμνασ᾽ ἀπιστεῖν· ἄρθρα ταῦτα τᾶν φρενῶν

Italus TVVS, qui æneum typum recens confectum ad TE miſit, neſciebat ab Urſato ſuo jam olim duo hæc epigrammata in ænea tabula concluſa eſſe Monum. Patav. lib. I. Sect. VI. in eorum numero, quæ certo aliunde advecta eſſe cognoverat, pag. 247. In priore ΧΡΗΣΤΕ ΧΕΡΕ, utique, ut monet Urſatus, fabrili imperitia: neque tamen ea infrequente. nam in marmoribus græcis Ε pro ΑΙ ſexcenties ſculptum cernitur: de quo vide, quæ a me ſcripta edidit GORIVS Inſcr. Etr. Tom. III. pag. 316. & adde GORIVM ipſum ibid. pag. 321. *extr.* In poſteriore veriſſime ΥΠΟΜΝΗΜΑ excudit Urſatus: apud quem græca in fine ſaxorum infra figuras exhibentur, in TVIS typis ſupra eas ſeu in ære ſummo inciſa.

Ex Urſato utrumque titulum in Syntagma Inſc. antiquarum jam intulit Reineſius XVII: 61. pag. 830. & XVII: 3. pag. 815.

Muraturius alterum tantummodo, *Glauci*, ut ineditum ex Urſato referens 1683: 6. ne nihil Urſati mutaret, ultimum verbum ΧΑΙΡΕ contra lapidis fidem ſcripſit. *Aeliæ Philematii* monimentum ex eadem Urſati pagina non repetiit Muratorius, quia in ind. Rein. nom. græc. aderat

„Αἰλία Φιλημάτιος, 3. XVII.„ leg. Φιλημάτιον, ἀθλίφοι.

contra ea omiſſus eſt in eod. Rein. indice

Γλαῦκος Γλαύκω, 61. XVII.

unde Reineſium Urſati titulum *Glauci* non habere feſtinanter a Mur. creditum eſt.

Num fruſtra ΕΠΙΧΑΡΜΕΙΟΝ illud, *temere credendum non eſſe*, TE tenere volui? Poſſem exemplis compluribus docere, tradi velut noſtra demum memoria ex terræ viſceribus emerſa monumenta, quæ patrum avorumque temporibus jam innotuerant. quem lapidum ego *recidivatum* ſoleo vocare, alibi a me explicatius oſtendendum. Mihi hæc ſcribenti commodiſſime adlatæ ſunt ornatiſſimi & ad præclara quæque literarum magnis paſſibus contendentis M. Jo. Erneſti Immanuelis WALCHII, Jenenſis, ex peregrinatione Italica hieme ſuperiore ſuſcepta & inſigni cum fructu abſoluta reducis, literæ, in quibus & hæc poſuit, quæ haud invitus leges. *Dominici* GEORGII *relictæ commentationes, manu ſcriptæ, quas, morte præventus, edere non potuit, poſt ejus fata in bibliothecam* alla Minerva *delatæ ſunt. In illis reperta quoque eſt, ut ipſe vidi, magna inſcriptionum ineditarum collectio. Dolendum eſſet, ubi egregia hæc antiquitatis monumenta diu in his clauſtris remanerent. Num vero omnes iſtæ a* GEORGIO *collectæ inſcriptiones antea unquam in lucem emiſſæ ſint, de eo valde dubito. Sæpe, quum alia vetuſta marmora inſpicerem, obſervavi, multa inedita haberi, quæ tamen jam a Reineſio & Grutero juris publici facta ſunt. Cauſſa erroris hujus ex eo potiſſimum deducenda eſt, quod hodie multi effodiantur lapides, quot Reineſius aliique antiquiores vide-*

*runt ac deſcripſerunt ; qui vero poſtea , quum per hominum incuriam in vi. is atque agris remanerent , in terram iterum depreſſi ac ea obruti fuerunt. Nihilominus ejusmodi lapidum nova deſcriptio magnam habet utilitatem , ubi ea cum cura fit , quoniam Reineſius multas nobis haud accurate expreſſas & vitiis corruptas exhibet : id quod haud raro obſervavi , quum eas cum ipſis lapidibus compararem.*

TVRRANII titulum TVVM non memini adhuc editum eſſe. Editus autem pridem eſt alius ejusdem hominis a Grut. 836 : 7. *e ſchedis Aloiſii Lolini Epiſc. Bellunenſ.* hunc in modum.

*Belluni ad D. Felicis.*

V. F. L. TVRRANIVS. L. F
VALENS. SIBI. ET
TERENTIAE. Q. F. PRISCAE
VXORI. H. M. ET. L. S. H. N. S

Siglas initiales , V*ivus* F*ecit* , & finales , H*oc* M*onimentum* ET L*ocus* S*epulcri* H*eredes* N*on* S*equetur* , haud difficulter mecum leges. Ex ſaxo autem TVO intelligere videmur , L. TVRRANIVM L. F. VALENTEM in uxoris ſuæ monumento , quod non modo illi , ſed & ſibi vivus ſecerat , *Belluni* ſepultum non fuiſſe : potius enim *Vicentiæ* & defunctum eſſe , & L*ocum* S*epulcri* accepiſſe : niſi *Vicentinum* dicatur ſaxum TVVM pro *Bellunenſi* ; aut *Belluno* delatum ſit *Vicentiam.* de quo Italus forte TVVS nos accuratius docere poterit. Gruterianum certe *Belluni* , & TVVM *Vicentiæ* , ad ejusdem nominis ædem ſeu templum , *Divi* vel *Sancti Felicis* extare dicuntur.

Poſt hinc a TE ad literata eruditæ Antiquitatis κειμήλια vocor , quæ in *urbe Herculea* Poëtis dicta , ſeu in oppido *Herculaneo* περιβοήτῳ , tot ſeculis Neapolin inter & Pompeios ruina oppreſſo , craſſisque tenebris occultato , noſtra hac ætate retecto , eruta ſunt. Memoras ante omnia lapidem ad Theatrum , cujus in parte ſuperiore palmaribus literis inſcriptum :

THEATRVM. ET. ORCHESTRAM. DE. SVO. L. RVFVS. L. F.

Quod vulgo ante cognomen ſcribi ſolet , *patris* puta *prænomen* , ſeu *cujus* quis filius fuerit , alibi quoque , rarius tamen , poſt cognomen demum inciſum occurrit. Heic L*ucii* F*ilius* poſt RVFVS ponendum eſſe , tanto magis auctori inſcriptionis adriſit , quod L. RVFI ſui nomen gentilitium , Herculanenſibus omnibus tunc notiſſimum , exprimendum non putavit.

L. RVFVS. L. F. ille , qui THEATRVM. ET. ORCHESTRAM. DE. SVO. ( ſubaudi *ære* , ex Sanctii de *Ellipſi nominum* doctrina , Minerv. lib. IV. cap. 4. p. m. 551. *lin.* 7. ) Herculanenſibus dedit , quis fuit ? quo gentilitio nomine fuit uſus ? Ex viris principalibus , magnæque exiſtimationis , primi cum loci atque ordinis apud cives ſuos fuiſſe , vix ambigetur.

Fuiſſe

Fuiſſe eum Herculanenſium *IIVirum Quinquennalem*, gente *Annia* cenſitum, videor docere poſſe, ex Mur. 2021 : 1. quæ ibi leguntur, cum pulviſculo TVA cauſſa adſcribo.

„ *In Villa* Reſina, *ſive* Portici.

„ *Miſit N. V. & Conſil. Reg. Neapol. Caſtagnola.*

„ (α) A..... MAMMI .... RVFVS. IIVIR. QVIN. THEATR. ORCH ....

„Inter tot pretioſa Antiquitatis Romanæ monumenta, Statuas, Columnas, aliaque „elaborata Marmora, quæ in Villa Reſinæ extra Neapolim Anno 1739. effoſſa ſunt, „& adhuc effodiuntur, & quorum deſcriptionem ſperare nos facit doctiſſimus Eques „Venuti, primum hoc marmor effodientibus ſeſe obtulit, ex quo innotuit, ibi „olim extitiſſe *Theatrum* cum *Orcheſtra*. In altero Marmoris fruſto hæc eadem In„ſcriptio repetita inventa eſt hiſce literis :

„ (β) L. ANNIVS L. F. MAMMIANVS RVFVS IIVIR. QVINQ. THEATR. O....

„Ibi ſub geminis marmoreis ſtatuis geminæ ſubſequentes Inſcriptiones lectæ fuerunt.

„ (γ) L. ANNIO. L. F. MEN
„ IIVIR. ITER. QVIN
„ .... VIR EPVLONVM „

„ (δ) M. CALATORIO L.:.
MEN. RVFO. FRAT... „

Primum marmor, quod litera (α) ſignavi, non meminit MVRATORIVS ſe jam dediſſe 662: 1. ubi ſic habetur.

„ *Prope Neapolim lapis effoſſus Anno* 1738.

„ *Miſit Ignatius Maria Como.*

„ A. MAMMI RVFVS. II. VIR. QVIN. THE........

„ DE SVO

„Cenſent eruditi Neapolitani, eo in loco *Theatrum* olim exſtitiſſe, cujus *Orcheſtram* „*Aulus Mammius Rufus Duumvir Quinquennalis* ſua pecunia reſtituerit, hi enim in lit„teris exeſis Theatri Orcheſtram, legendum putant. „ unde Mur. ind. nom.

„ A. Mammius Rufus. DCLII : 1. „

ſed in DCLXII: 1. (quo modo legendum addito numero denario) A. MAMMI non integrum eſſe, neque *Aulus* MAMM*ius* RVFVS, ſed *L. ANNIVS L. F.* MAMMI*ANVS* RVFVS legi debere, collatis Mur. 2021 : 1. litt. (α) & (β) facile eſt ad judicandum.

Idem homo, ni fallor, qui in TVO lapide nominibus reliquis, non modo cognomine priore *Mammiani*, ſed etiam gentis *Anniæ* nomine, omiſſis breviſſime L. RVFVS L. F. dicitur, in Mur. 2021 : 1. lit. (γ) L. ANNIVS L. F. MEN*enia* (tribu) appellatur, expreſſo nomine gentilitio, at utroque cognomine *Mammiani Rufi* poſt tribum ſuppreſſo. quem cognominis poſt tribum taciti morem in aliis etiam ſaxis reperiendum obſervavi in meis ad Eminentiſſ. Card. QVIRINVM literis, ſeu in Append. Epigraphica pag. CLVIIII. *lin.* 27 & pag. CLXXXXVIIII. *lin.* 3.

 Quum

Qnum L. ANNIVS L. F. RVFVS in TVO lapide, ſubtracto nomine gentilitio nonniſi L. RVFVS L. F. dicatur, baud alienum eſt monere, in lapide alio, itidem *H rculanii ſive Pompeiis*, *ad radices Veſuvii* invento, apud Rein. p. 484. VII: 15. memoratos eſſe verſ. 2. & 3. M. M. (*duo Marcos*) MEMMIOS. RVFOS. PAT*rem* ET. FIL*ium*. ET. VIRI.. (recte Rein. emendat II. VIROS.) ITER*um*. nec non verſ. 12. M. M. MEMMIOS. RVFOS. PAT. ET. FIL. qnl verſu 7. ſine gentis nomine nonniſi M. M. (*duo Marci*) RVEI. (corrig. RVFI.) PAT*er*. ET. FIL*ius*. II. VIR*i*. ITER*um*. nominati ſunt.

In Rein. ind. nom. voc. *Memmius* leguntur

„ M. M. Memmii Ruffi, Pater & Fil. 29. II. „

ubi numeri 15. VII. omnino addi debent. quos in iſto indicis loco non adeſſe moleſtius feres, quam nomeros 29. II. qui inde abeſſe facile potuiſſent, datos eſſe. Ceterum ad II: 29. pag. 274. *init.* agit Reineſius de *Herculaneo* ſubruto terræ motu & igne, ob id ipſum a me jam adductus ad eumdem Eminentiſſimum Principem pag. CLXXIIII. *lin.* 12.

In lapide Herculanenſi, in qno L. RVFVS. L. F. palmaribus literis extat, ut ex amici Itali ad TE epiſtola, in TVA ad me pergis, infra minoribus aliquanto literis legitur

P. NVMISIVS. P. F. ARCHITECTVS.

qui eidem amico TVO acute conjicitur idem eſſe *Pub. Minidio*, in præfatione Vitruviana corrupte ſic edito. *Itaque cum Mar. Aurelio & Pub. Minidio & Cn. Cornelio, ad apparationem Baliſtarum & Scorpionum, reliquorumque tormentorum refectionem, fui præſto: & cum eis commoda accepi.* cet.

In Jo. Alb. Fabricii Bibl. Lat. T. II. p. 400. eſt *Index Scriptorum & Artificum a* VITRVVIO *memoratorum*. neque in eo comparent tresviri illi VITRVVIO laudati. credo, quod eos non tam *Artifices* ſeu *Architectos* habuit, quam *Præfectos* potius *Fabrum*, ad quos apparatio & refectio machinarum bellicarum, tormentorumque pertinebat.

Ab eodem Fabricio ibid. p. 395. in *Specimine Emendationum Vitruvianarum* FALSTERI, editione Florentina a. 1523. impreſſa uſi, & hæc datur. „ *Pub. Minidio*) „*Numidio*, quod magis placet. Eſt enim *Minudii* obſcurum in hiſtoria Romana nomen. „ In Mur. T. IV. init. ſeu Appendice Claſſi XXV. Inſcriptionum Chriſtianarum præmiſſa, pag. 7. num. 1. in ſaxo Capuano CN. NVMIVI AERVLLI mentio eſt, niſi & ibi vitium aliquod intervenit.

Vitruvii interpretem Italum, olim editum Comi a. 1521. parum moror. Ejus enim *Numudico*, quod agnomen ex gentilitio *Numidio* forte ipſe ſibi eſt fabricatus, non favebis: multo minus commentario Italico ad latus ſtatim adpoſito, in quo de viris his Vitruvio memoratis nugæ magnæ canore adgarriuntur, relatu indignæ.

MINI-

MINIDII nomen a Vitruvil manu non profectum in mendo cubare cum amico TVO, atque FALSTERO facile & ego exiſtimo, idemque quæro, quum a Vitruvio cum clariſſimarum Romæ gentium, *Aureliæ* & *Corneliæ*, hominibus medio loco relatum *Publium* celebriore qnoque gente quadam cenſitum fuiſſe a vero noo abhorreat, annon forte *Pub. Vmidio*, vel *Pub. Vmmidio*, locua dari poſſit? *Vmidium* vel *Vmmidium Quadratum*, clariſſimi nominia virum, in veterum libris latinia atque græcis varie in *Vinidium*, *Numidium*, cet. corruptum præſtantiſſimi Critici potiſſimum inſcriptionum antiquarum beneficio reſtituere valuerunt. Vel doctos Taciti ioterpretes vide ad Anoal. XII: 45. *extr.*

In libello gallico Inl. Marchionis de l'HOSPITAL, Ambaſſadeur extraordinaire auprès du Roy des deux Siciles, *Memoire ſur la Ville ſouterraine decouverte au pied du mont Veſuve*, redigé en ordre par M. DARTHENAY, ſon Secrétaire, qui eſt preſentement chargé des affaires de France a Naples: quem libellum Gœttingæ recentiſſime recuſum tantum quod ab Achate ſuo, HALLERO, acceperat JO. GESNERVS, Phyſices & Matheſeos apud nos Profeſſor meritiſſimus, rerum naturæ ſagaciſſimus, & artis medicæ doctor circumſpectiſſimus, cum quo ſummam mibi familiaritatem intercedere non ignoras, mihi legendum dedit, haud vane arbitratua, ſore, nt quædam antiquariæ rei capita me non minus delectent, ac ipſum expoſitæ res naturales: pag. 15. *init.* hæc leguntur.

„Ce ne ſut que longtemps après la découverte dn Théatre, qn'on fit celle de „l'inſcription ſnivante:

„L. ANNIVS. L. F. MAMIANVS. RVFVS. II. VIR.
„QVINQ. THEATRO....... NVMISIVS. P. F.
„ARO................. HERCVLANEN.........

„Le marbre ſur lequel elle eſt gravée, eſt tellement endommagé, qu'il n'a pas „été poſſible de la déchiffrer entiérement: oo ne la rapporte ici que par la ſeule „raiſon que c'eſt la premiére preuve qu'on ait eu que la Ville ſouterraine eſt véritablement Herculea.„

Marmoris hujus priora cum Muratorianis 662: 1. & 2021: 1. litt. (α) & (β), poſteriora cum TVO magis videntur convenire, ut neſciam, idemne an ſimile tantum ſit dicendum. Diverſum tamen eſſe neſcio quo modo magia animo placeat meo. ut in Mur. 2021: 1. litt. (α) & (β) eamdem rem tradunt; non unum tamen ſed diverſa marmora eſſe traduotur. Utinam prodirent, quæ Nobiliſſ. Equitem VENVTI, inſigne ACADEMIAE CORTONENSIS decus, ex Muratorio ſupra audivimus oſtendiſſe: quorum item amiciſſimus GORIVS, a ſe paratorum, & in Symbolis ſuis Literariia propediem edendorum in ſuia ad me literia, menſibus his ſex ſeptem ſpem mihi haud dubiam aliquoties adtulit.

De inſcriptione M. NONII BALBI ſic habeto: Typns ad TE ex Italia miſſus non eſt aliua ei, quem publici juris fecit omni meo elogio & eloquio major Mæcenas,

Eminentiſſimus ANGELVS MARIA CARDINALIS QVIRINVS, in epiſtola ad præclarum Academiæ Gœttingenſis doctorem, Jo. Matthiam GESNERVM. In ea prima auctor ampliſſimus non modo M. NONII BALBI titulum publicavit, ſed ſiglas etiam ejus difficillimas P. R. PROC, qua eſt ἰχιφερσύνῃ, *Privatæ Rei* PROC*uratori* interpretari eſt adgreſſus. De qua Eminentiſſimi Principis, quem ſtudiorum meorum non modo fautorem eximium, ſed etiam magnum amplificatorem, ſecunda mihi fortuna largita eſt, interpretatione, quæ mihi videbantur, amantiſſimis ab eo verbis provocatus, in binis literis Brixiam & Cambodunum Vindelicorum ad eum miſſis, verecundiſſime expoſui. quibus ſupplementum tandem acceſſit, theſis XXXVIIII. meæ DE DIPTYCHO BOETHII CONS. AD EMINENTISS. CARD. QVIRINVM epiſtolæ pag. CVII —— CXII. quæ omnia atque ſingula leges in Volumine, quod AVSPICIIS IVSSV ET SVMTIBVS Mæcenatis hujus ſplendidiſſimi typis Turicenſibus gnaviter excuditur, & ante novi anni Kalendas exiturum ſperamus.

Ita jam intelligis, cur de notis verſus tertii P. R. PROC. heic a me agi minime opus ſit. neque moleſte feres, properationi TVAE hanc remeliginem a me objici.

*Differ: habent parvæ commoda magna moræ.*

Hoc, nihil cunctaturus, TIBI haud temere prædicam, quas eruditus Italus TEcum communicavit ſiglarum P. R. PROC. varias interpretationes ſuas, QVIRINIANIS longe longeque acutioribus eruditioribusque plurimum concedere.

Quod ſi non in Regno Neapolitano, ſed in Rætia ipſa lapis inveniretur ſiglis P. R. PROC. notatus, *Provinciæ Rætiæ* PROC*uratorem* non repudiarem. Ita Siciliæ & Pannoniæ lapides, illos P. S. i. e. *Provinciæ Siciliæ*, hos P. P. i. e. *Provinciæ Pannoniæ* ſiglas habere ſcripſi ad Em. QVIRINVM pag. LV. *lin.* 25. Ibidem Bozianæ Diptychi Brixiani interpretationis, P. V. eſſe *Provinciæ Viennenſis*, incertum magis oſtenſurus, alias Bozianæ geminas interpretationes geographicas a me confictas adtuli. Pariter & heic alias interpretationibus Itali TVI ſimiles facili opera adferrem: v. g. *Pompeiorum Reip.* PROC*uratori*, *Parmenſis Reip.* PROC*uratori*, & quid non? niſi plures fingere tæderet pigeretque.

Dantur quædam Inſcriptiones procul ab illis provinciis, quarum nomina literis tantum initialibus ſeu ſiglis ſcripta exhibent, primum conſtitutæ: in quarum tamen numero neque Diptychon Boëthii, neque Herculanenſem Nonii titulum retulerim. Grut. 526: 6. ex Lipſii αὐτόγραφῳ Auctario, cum Smetii Inſcriptionibus foras dato, pag. 45. *init.* PROVINCIES. M. S. id eſt *Mæſiæ Superioris*, ut notula ed. Grut. ſec. habet, deſumta ex magni Scaligeri ind. 20.

„ M. S. Myſia ſuperior. 526: 6. „

MOESIAM utramque, ſuperiorem & inferiorem, in lapidibus literatis etiam MYSIAM legi, vel ex ind. 10. voc. *Myſia* cognoſcitur. quo indice uſus Cellarius Not.

Orb.

Orb. Ant T I. p. 569. duo Gruteri lapides 446 : 9. & 521 : 7. adduxit. Videndus & celeb. Weſſelingius ad Itin. Hieroſolym. pag. 564. a. b. Ab ipſo Scaligero ind. 10. *Provincia Myſia ſuperior* eſt omiſſa : neque ab Holtheno numeri 526 : 6. *not.* voc. *Provincia Mœſia ſuperior* ſunt additi.

Et Scaliger & Holthenus diligentiores fuerunt ad Gruteriani ſaxi hujus initium verſus quarti, PROVITVS. quod quum ter a Scaligero eſſet datum, primum ind. 6.

„ Provitus id eſt probatus. 526 : 6. „

deinde ind. 19.

„ Provitus, probatus. 526 : 6. „

poſtremo ind. 19. poſt *I pro V.*

„ I pro A. Provitus, probatus. 526 : 6. „

Holthenus poſtremis his locum non dignum obtinentibus ſedem altiorem adſignavit, ante *I pro V.* non tamen primam, quam merebantur, & quam detruſa iterum efflagitabant, reſtituit, ante *I pro E.* Præterea de ſuo dedit Holthenus ind. 19.

„ V pro O. provitus, probatus. 526 : 6. „

quæ inde tolli debent, & inſeri in exemplis *τῶ V pro B* magno numero obviis, v. quæ de PROVS. SAVINIANVS. & PROBVS. SABINIAN. diptychorum Anaſtaſii conſulis ad Eminentiſſ. QVIRINVM ſcripſi tb. XIIII. pag. xx. & xxi.

His de voce rariſſima PROVITVS, quæ ad rem noſtram nihil faciat, adducendia, ſuperſediſſem, niſi eadem vox PROVITV*s* nuper emerſiſſet in Aelii Juſtini Equitis legionarii lapide, quem hoc demum luſtro Aquileiæ inventum hiſce diebus primum obſervavi editum in Actis SOCIETATIS COLVMBARIAE FLORENTINAE, anno ſuperiore primum edi cœptis, mihique ab amico doctiſſimo, ANT. FRANC. GORIO, cui Societas iſta inclyta plurimum debet, donatis pag. 150. i. e. in *diſſertatione* elegantiſſima, *Sopra un Monumento antico col Sacroſanto Monogramma di Criſto, del Signor Conte Giandomenico* Bertoli, *Canonico d'Aquileja, de' Signori di Bribir, indirizzata al Propoſto Anton Franceſco* Gori: quam ſeptimum in Actis illis locum habentem clariſſimus Antiquitatum Aquilejenſium editor BERTOLIVS ipſi GORIO, cujus beneficio ACADEMICVS SOCIETATIS COLVMBARIAE erat factus, gratum animum teſtaturus, inſcripſit.

An, uti in lapide hortorum Carpenſium, Romæ, PROVICIES *Mœſiæ Superioris* mentio eſt, ſic *Nonii* titulum credemus poſitum P*rovinciæ* R*ætiæ* PROC*uratori*? Herculanenſe marmor hoc ad lapides *Rætorum* memoriam habentes, quos ſtudioſe in Sylloge mea Helvetica adnotavi, non quidquam facere, mihi, velim, credas. Contra, apud Velſerum in Rebus Auguſtanis R ſimplex pro R*ætia* accipiendum eſſe, noli Italo TVO credere. Aviam hanc veterem, quam poſt Velſerum multi adamarunt, homini TVO de pulmone ſic revellam.

Saxo Romano, quod Velſeri Opera, Norimbergæ a. 1682. conjunctim edita, in monumentis peregrinis, quæ *Retorum* meminerint, pag. 427. num. XI. ſic oſtentant,

*Romæ in S. Blaſio de Pagnottà.*

DIS, MANIBVS
FOSSIAE. GNOME
L. VICIDIVS. L. F. CAM
PRAESENS. RAVEN
E. COH. VI. R
MATRI. PIENTISSIMAE

ob verſum ſaxi penultimum hæc dubitatio verius, quam adfirmatio, Velſeri ipſius legitur ſubjecta, *An hic Cohors ſexta Rhætorum ſignificetur, dubitare poſſumus.* Ad quintum ſaxi hujus verſum unice quoque pertinet, quod paullo inferius in *Litterarum ſingularium, & dictionum conciſe ſcriptarum, explicatione* pag. 436. col. a. *lin.* 5, adpoſita incerti particula *forte*, ſic legitur,

„ R. fort. *Retorum* cohors. „

altius tamen hanc ſiglæ R. explicationem in pectore Velſeri fixam fuiſſe videntur ſuadere, quæ pag. 434. ad Golzii COH. VI. RAITORVM notavit. „In Notitia „(Imperii) eſt ſub diſpoſitione Rhætiarum ducis, *Cohors VI. Valeria Rhætorum*, item „in *Vicidii* lapide COH. VI. R. „

Eumdem Vicidii lapidem ſic habet Gruterus 568: 8.

DIS. MANIBVS
FOSSIAE. GNOME
L. VICEDIVS. L. F. CAM
PRAESENS. RAVEN.
EQ. COH. VI. R. MATRI
PIEN TSSIMAE

Ex Mazochio.

Verſus duo, tertius & quartus, quaſi ſingularis eſſent epigraphe antea non data, ſoli recurrunt in Grut. 926: 6.

L. VICIDIVS. L. F
CAM. PRAESENS

Ex Mazochio.

In ed. Grut. ſec. ad 926: 6. præfigunt „Vid. DLXVIII: 8.„ Ad 568: 8. autem de ſaxi particula in 926: 6. recurrente altum ſilentes, ad verſum ſextum hanc promunt Reineſii adnotationem neſcio unde hauſtam. „Reineſ. legit. PR. id eſt „PR*eto-*

„PR*ætoriæ*. Sed Velſer. in Vindel. ſ. 267. legit Ex COH*orte* VI. R*ætorum*. An autem „R ſignificet R*ætorum*, dubitat Reineſius. „ REINESIO ſuam τῦ R. in PR. emendationem perplacuiſſe vidi ex ejus commentario ad Inſc. 3. Claſſ. I. p. 16. ubi *lin*. 26. ab eo non dubitanter adductus eſt ex Grut. 568: 8. EQ*ues* COH*ortis* VI. PR*ætoriæ*.

In MAZOCHII Vrbis Romæ Epigrammatis, Romæ a. 1521. editis, inveni ſol. 86. loc. 1. Foſſiæ Gnomes ſaxum, nullo verſuum ordine, tribus lineis ſic concluſum:

DIS MANIBVS.
FOSSIAE GNOME: L. VICIDIVS. L. F. CAM PRAE
SENS RAVEN: E. COH. VI. R: MATRI PIENTISSIMAE

Qui ex *Mazochio* dederunt, verſibus ſex ex ſuo ingenio deſcripſere. MAZOCHII, qui in Corrigendis ſe non vidiſſe teſtatur, lectiones editas pulcre ſervavit Velſerus, licet *Mazochium* ne nominarit quidem. contra ea Gruterus, nonniſi uno teſte *Mazochio* ſubſcripto, in 568: 8. nimis licenter non modo VICIDIVS in VICEDIVS; ſed etiam E. *Mazochii* nudum in EQ. mutavit: item in 926: 6. ut ſingularem lapidem Mazochianum recoquit, in *Mazochio* nuſquam inveniendum.

Quæres, unde tanta Grutero, critico longe cautiſſimo, hæc confidentia & temeritas? Unde duplex citatio Mazochiana, ac ſi lapides duo diverſi, alter *Foſſiæ Gnomes & Vicedii*; alter brevior *Vicidii* in *Mazochii* libro extarent? Rem nobis omnem, omnique ſe culpa expediviſſet Gruterus, ſi, quod decuiſſet, utrobique non ἁπλῶς *Ex Mazochio*, ſed auctius *Smetius ex Mazochio* ſubſcripſiſſet. Smetius autem uſus eſt more ſuo non optimo, quem pag. 144. hisce verbis expoſuit.

*Quæ poſthac ſequuntur, partim ex Onuphrii Panvinii Veronenſis, Reipubl. Romanæ & Faſtorum Conſularium commentariis deſumpſi: partim ex Petri Apiani Ingolſtadienſis inſcriptionum antiquarum libro atque aliorum nonnullorum obſervationibus nuper tranſcripſi. Quæ quia ſerius quàm ut ſuperioribus ſuo quæque loco interſererentur accepi, hic ſeparatim auctarii vice adſcribere volui.*

*Formam autem marmorum verſuúmque diſpoſitionem, quas illi conſtituunt, non ſum anxiè ſecutus: imò datâ operâ ſæpenumero mutavi. Manifeſtum enim eſt, confuſa ac perverſa ferè omnia, & non pauca etiam depravata in illis eſſe. Ideóque alium plerumque, & antiquo illi quàm potui ſimillimum deſcribendi modum mihi commentus ſum: quo tantiſper utar, donec certius aliquid de ſingulis inſcriptionibus accepero.*

Scito igitur, Gruterum ambo ſaxa ſua, 568: 8. & 926: 6, repetiviſſe nonniſi ex Smetio 165. * 5. & 172: 24. In priore, quod *Ex libro Mazochii* deſumſit Smetius, VICEDIVS pro VICIDIVS forte typographo imputari poteſt, quia index nominum Smetianus *Vicedium* ignorat: datus enim tantum eſt

„ L. Vicidius L. F. Cam. Præſens. 165: * 5. | 172: 24. „

Mazochii autem E. a Smetio ex ingenio hariolante in EQ. mutari non debuit: de quo infra iterum dicendum nobis erit.

Inſcriptiunculam poſteriorem, cui *Ex libro Epigrammatum antiquæ urbis* præfixit Smetius, cave credas ex ipſo Mazochii libro eum deſumſiſſe. Deſumſit tantum *Ex Onuphr. Panv.* quem ad 172: 19. adſcripſerat, ut & inter 21. & 23. ejusdem pag. 172.

In meo DE DIPT. BOETHII commeotario ad Eminentiſſ. QVIRINVM pag. cxx. *lin. ult.* & pag. cxxv. *lin.* 7. PANVINIVM ſcripſi ſæpius inſcriptiones non totas in libros ſuos invexiſſe, & earum modo partibus, inſtituto ſuo ſervientibus, adducendis contentum reliqua haud raro omiſiſſe.

Ita tribus CAM. vel CAMIL. mentionem fieri in antiquis inſcriptionibus, quarum aliquot *in libro epigrammatum antiquæ urbis* exaratas eſſe, quum Onuphr. PANVINIVS de Civitate Romana cap. LI. (Tom. I. Theſ. Græv. pag. 291. C.) ſcripſiſſet, primoque ſtatim loco, omiſſis reliquis Mazochiani lapidis verbis, hæc tantum particula ab eo adducta eſſet,

L. VICIDIVS. L. F
CAM. PRAESENS

Smetius, immemor ſe ex ipſo Mazochio integrum lapidem jam dediſſe 165. * 5. poſtea a Panvinio adductos ex Mazochio verſiculos duo pro integra inſcriptione habuit, deditque 172 : 24. quam Smetii imprudentiam nimis religioſe ſecutus eſt Gruterus, ut neque Mazochium, neque Panvinium conſuluerit.

Et Smetius & Scaliger, in militari uterque indice, COH. VI. R. dantes τὸ R. reliquerunt ἀνερμήνευτον. quod a Velſero *Ratorum* lectum infeliciter, feliciore conjectura ab Reineſio PR*ætoriæ* emendatum eſſe, ex aliorum typo veriore docere poſſum. En eum TIBI.

Don. XI: 49. pag. 390. *Ex antiquo Codice MS.* & Mur. 855: 2. *E ſchedis Fratris Jucundi, & ex Donio.*

*Romæ apud Piccardinos.*

DIS. MANIBVS. SOSSIAE
GNOMAE. L. VIBIDIVS. L. F
CAM. PRAESENS. RAVEN.
7. COH. IV. PR. MATRI
PIENTISSIMAE. FECIT

Non modo in Mazochio & Smetio, ſed & in Grutero hoc ſaxum jam prodiiſſe, clariſſimis ejus repetitoribus, GORIO & MVRATORIO, juxta latuiſſe non miror. Neque enim *Soſſia* Gnome, neque L. *Vibidius* L. F. CAM. Præſens, in indice Gruteriano inveniuntur: ſed *Foſſia* Gnome, & L. *Vicedius* (vel *Vicidius*) L. F. CAM. Præſens.

Typi Donio-Muratoriani præſtantia cõntra Mazochio-Smetio-Gruterianum vel ex nominibus gentilitiis intelligitur. Gentes enim Romanæ, *Soſſia* & *Vibidia*, aliunde

aliunde notæ ſunt: contra ea explodendæ, ceu ignotæ, *Foſſia* & *Vicidia* vel *Vicedia*. Tanto minus dubitandum eſt, quin 7. COH. IV. PR*ætoriæ* certius veriusque in Don. & Mur. legatur, quam in Mazochio & Velſero E. COH. VI. R.

A Scal. ind. 6. *Eques Cohort. VI.* etiam ex 568: 8. poſitus eſt. neque aliter Reineſius ſupra a nobis citatus accepit. Cur enim ita non ſentirent, cauſſæ nihil videbant, quum in Grut. EQ. COH. VI. editum viderent. Sic autem Gruterus ediderat non ex *Mazochio*; ſed, ut vidimus, unnuiſi ex *Smetio*, qui tantum ſibi ſumſit & arrogavit, ut E. Mazochianum, adjecta de ſuo litera Q., auctius EQ. dare ſit auſus, quod aliter ac EQ*ues* legi nequit.

Qui norunt, *centurionis* & *centuriæ* notam olim varie figuratam fuiſſe, ut ſæpe a ſeptenarii cifra 7. non multum abludat; haud raro tali etiam forma, quæ ab Latino E rotundo (quo quia typotheta meus caret, aut ε ψιλῷ græco, aut ternarii 3 cifra inverſa eum uti juſſi) parum differat: non mirabuntur, pro E rotundo, ſcil. ε aut ε, *centurionem* heic notante, in Mazochio E editum eſſe. De veterum notis, quibus *centur.* adumbrarunt, alibi copioſius acturus, unum heic cito Grut. 643: 6. ex αὐτοψίᾳ Smetio 100: 1. pro quorum E. rotundæ formæ, ε aut ε, initio verſus ſeptimi videndo, Mur. 814: 1. *e Ligorio* 7. habet. Hoc *Fictoriorum* ſaxum, quod ut ineditum ſe primum dare MVRATORIVS exiſtimavit, documentum eſt, indiligenter Gruteri eum Theſauro uſum eſſe.

Velſeriani ſaxi R. memoriam R*ætorum* non habere, nonne mihi jam credis? Habent vero Cohortes quasdam *Ræticas* vel *Rætorum* alii lapides, de quibus in *Helvetia antiqua* amplus diſſerendi locus erit.

Marmoris Herculanenſis, ad quod tandem redeo, ſiglas, male P. R. PROC. interpunctas, ſublato inter P & R puncto, PR*ætori*. PROC*onſuli*. legendas eſſe, opinatus jam ſum, quum Eminentiſſ. Card. QVIRINVS principium epiſtolæ ſuæ, ad Jo. Matth. Geſnerum, Brixiæ imprimi vixdum cœptæ primum ad me miſiſſet: cujus interpretationis meæ num pœnituiſſe me putas, quum poſtea in DARTHENAEI libello, quem ſupra memoravi ductu & auſpiciis Comitis de l'HOSPITAL confectum, pag. 20. hæc legerem relata.

*Contre chacun de ces* (quatre) *pilaſtres il y avoit une Statue équeſtre, desquelles deux étoient de bronze, presqu'entiérement détruites, & deux de marbre, dont l'une eſt déja parfaitement reſtaurée, & fait l'admiration de tous les connoiſſeurs, qui la mettent au deſſus de celle de Marc-Aurele placée au Capitole à Rome. On voit par l'inſcription* (1) *gravée ſur ſon piédeſtal, qu'elle avoit été erigée par les Herculéens à M. Nonius Balbus.*

(1) M. NONIO. M. F. BALBO. PR. PRO. COS.
HERCVLANENSES.

 Nonia-

Nonianus hic titulus in libello Gœttingæ recuſo ita editus, ut verſuum ordini proſpectum non ſit, in præſtantiſſimi GORII libro, quem his demum diebus me accepiſſe ſupra dixi, MEMORIE DELLA SOCIETA' COLOMBARIA FIORENTINA, pag. pen. ſic exhibetur.

*Nelle Cave alla Real Villa de' Portici è ſtata diſſotterrata ultimamente una belliſſima Statua Equeſtre, tutta d'un ſol pezzo di marmo, colla ſeguente Iſcrizione.*

M. NONIO. M. F.
BALBO
PR. PRO. COS.
HECVLANENSES

Verſu quarto τὸ ἐθνικὸν HERCVLANENSES vitio typographi Florentiæ fœdatum eſt in HECVLANENSES, quam κακογραφίαν ex libro Florentino Venetiis repetitam eſſe cognoſces ex meis ad Em. QVIRINVM literis pag. CLXXIIII. *init.* & in INDICE EPIGRAPHICO, quem eidem volumini QVIRINIANO adjicere animus eſt, inſcriptionem *M. Nonii Balbi Herculanenſium* ſub titulo *Ineditarum Inſcriptionum* ſic inlatam invenies, ut omnia mei ad Em. QVIRINVM voluminis loca, ſeu paginæ, in quibus de ea actum eſt, ſimul adducantur, non ſine inſigni commodo lectorum, inprimis rei epigraphicæ veteris ſtudioſiorum, quibus ejusmodi indicem labore haud parvo a me conficiendum quo utiliorem, tanto & gratiorem fore confido.

Quem modo dixi INDICEM EPIGRAPHICVM edere apud nos ut poſſim, literarum, quæ numeros Romanos ſignant, cifrarumque inopiæ, quam mihi Epiſtolas Epigraphicas cum indicibus edituro obſtitiſſe, ad Inl BLAVRERVM pag. (86) *extr.* ſcripſi, opera ſuſoria apud Vos jam ſubvenitur.

De alio genere indicum, qui *Syſtema* quoddam Criticum *Artis Epigraphicæ* comprehendant, a me, ſi quando majus otium erit, diligenter elaborando, nihil TIBI temere promittam, ne forte ex amico dulciſſimo exactor mihi moleſtiſſimus acerbiſſimusque factus me non roges & moneas, ſed ἐργοδιωκτῶν adpelles, flagites, urgeas immiſericorditer.

„Non tralaſceremo in fine accennar le 14. Iſcrizioni de *Marmi antichi poco anzi „diſcoperti nel regno di Napoli*, e che communicati al dottiſſimo Sig. *Gori* formano „la più gentil corona alle ſopraccennate Memorie.„ Hæc a me ſupra pag. CLXXIIII. *init.* ex Novellis Reip. Literariæ Venetis repetita verba putabam docere, in Gorianis COLVMBARIAE SOCIETATIS FLORENTINAE primordiis præter *M. Nonii Balbi* titulum me eſſe inventurum Inſcriptiones XIII. a me cum epiſtola Goriana editas, de quibus ead. pag. CLXXIIII. *lin.* 3. memineram. Accepto autem GORII libro vidi, ex XIII. illis, quas GORIVS mecum communicaverat, Florentiæ nonniſi

ſeptem

ſeptem editas eſſe. in iis duas illas, quas ipſe loc. 1. & 2. publicavi. De utraque audi pauca.

Ad eam, quæ & GORIO & mihi eſt ſecunda, hanc obſervationem adjecit, *Memor.* pag. 279. *extr.* „Sembrando il 2. marmo Criſtiano per la formula IN PACE, „biſogna oſſervare ſe il titolo D. M ſia inciſo dall' iſteſſa mano del Quadratario; il „che ſe è vero, deveſi ſpiegare *Deo Magno:* e non *Diis Manibus:* ſe poi non è, „può eſſere, che eſſo ſi ſia ſervito di un marmo Pagano; per lo che vi è reſtato „il D. M.„ Turbas, quas ſaxi finis IN PACE excitat, ſedavi in Τεσσαρακοστολογίᾳ Turicenſi pag. 609. *ſeqq.* pro formula ſepulcrali Chriſtiana, IN PACE, nullo modo in lapide iſto ad militiam navalem pertinente toleranda, non cunctatus legere III. PACE. i. e. *triremi Pace*, quæ ad inferum mare in claſſe Prætoria Miſenenſi fuerit. Quam emendationem meam video confirmari ex alio præterea lapide, quem liber Gorianus in eodem loco repertum, *uel Caſtello di Baja vicino a Pozzuoli*, loc. 1. ſiſtit:

D . M
C. ARRI
APONIANI
TRIERARCHI
CLASS. PRAET.
MISENENS.

De Græca, a me loc. 1. publicata, in libro Florentinn locum ſortita undecimum, pag. 283. *init.* hæc monentur. „Queſta belliſſima Inſcrizione fu comunicata „dal mentovato Propoſtu Gori noſtro Socio, al P. Odoardo Corſini, eccellente ed „illuſtre Profeſſore dell' Ateneo Piſano, il quale, avendola illuſtrata con ſue oſſer„vazioni, l'ha riportata nella IV. delle ſue dottiſſime *Diſſertazioni Agoniſtiche* alla „pag. 103.„ Digniſſimum interpretem P. P. GORIVS quæſivit & invenit Eduardum CORSINIVM, clariſſimum in Academia Piſana Profeſſorem, cujus *Diſſertationes Agoniſticas*, honori & meritis Eminentiſſimi Card. QVIRINI dedicatas, amiciſſimus GORIVS cum SOCIETATIS COLVMBARIAE libro ad me benigniſſime miſit. Quod ſi doctiſſimus CORSINIVS Epiſtolarum Epigraphicarum a me editarum triceſimam quartam, de marmore hoc agoniſtico ad KAPPIVM V. CL. anno ſuperiore ſcriptam, tanta cum voluptate legit, quanta ego CORSINIANAM ad idem marmor commentationem, eſt cur cum eo gaudeam, in eodem nos ſtadio, eodem tempore, quamvis longo locorum intervallo ſejunctos, Piſis illum, me Turici, decurriſſe, & ad metam eamdem non modo contendiſſe, ſed & perveniſſe. ΕΡΡΩΣΟ.

TVRICI. Ad diem IIII. Idus Novembres. MDCCXXXXVIII.

# INDEX. EPIGRAPHICVS

## APIANVS

| | |
|---|---|
| Pag. 2. *poſt init.* | pag. LVIIII. lin. 17. |
| Pag. 8: 3. | pag. LVIII. lin. 18. |
| Pag. 8: 4. | pag. LVIII. lin. 19. |
| Pag. 8. *extr.* | pag. LVIIII. lin. 17. |
| Pag. 17. *init.* | pag. LVIIII. *init.* |
| Pag. 59: 2. | pag. XXX. lin. 26. |
| Pag. 101: 2. | pag. LXXVIII. lin. 31. |
| Pag. 166. *extr.* | pag. CXXXXI. lin. 14. |
| Pag. 167. *extr.* | pag. CXXXXI. lin. 15. |
| Pag. 254: 1. | pag. V. lin. 5. |
| Pag. 307: 3. | pag. V. lin. 5. |
| Pag. 326. *fin.* 327. *init.* | pag. CLXXXVIII. lin. 12. |
| Pag. 335. *extr.* | pag. CLXXXXVIII. lin. 29. |
| Pag. 352: 4. | pag. LXV. lin. 15. |

## DONIVS

| | |
|---|---|
| I: 86. p. 25. | pag. CI. lin. 32. |
| I: 146. p. 51. | pag. LXXXXIII. lin. 36. |
| II: 65. p. 83. | pag. CVIIII. lin. 14. |
| | pag. CLXXXIII. lin. 5. |
| III: 76. p. 132. | pag. LXII. lin. 28. |
| V: 98. p. 186. | pag. LXI. lin. 2. |
| V: 125. p. 194. | pag. CLXXVI. lin. 17. |
| V: 226. p. 219. | pag. CXXXV. lin. 10. |
| VI: 44. p. 236. | pag. CXVII. *init.* |
| VI: 128. p. 259. | pag. CLXII. lin. 19. & 26. |
| VI: 138. p. 262. | pag. XXI. lin. 12. |
| VI: 139. p. 263. | pag. XXI. lin. 9. |
| VI: 181. p. 275. | pag. L. lin. 21. |
| VII: 27. p. 286. | pag. XXXI. lin. 15. |
| VIII: 11. p. 318. | pag. CXXXXIII. lin. 27. (& 29. |

## DONIVS

| | |
|---|---|
| VIII: 22. p. 321. | pag. CXXXXIII. lin. 24. |
| VIII: 79. p. 333. | pag. CXXXXIII. lin. 10. 21. (& 25. |
| | pag. CXXXXVI. lin. 28. |
| XI: 35. p. 387. | pag. CXXXXI. lin. 23. |
| XI: 49. p. 390. | pag. CCXIIII. lin. 23. |
| XII: 32. p. 400. | pag. CXXXXI. *extr.* |
| Donii ad Gruterum notæ mſc. | pag. CLXXXXI. lin. 8. |

## FABRETTVS

| | |
|---|---|
| Pag. 21. n. LIV. | pag. XXXXIIII. lin. 36. |
| Pag. 52. n. 298. | pag. CLXXXXVI. lin. 3. |
| Pag. 52. n. 301. | pag. CXXXXVI. lin. 3. |
| Pag. 60. n. 348. | pag. LXXVI. lin. 9. |
| Pag. 63. Cap. II. | pag. LXXXXI. lin. 35. |
| | pag. CXXXIII. lin. 17. |
| Pag. 119. n. 5. | pag. XXXXIIII. lin. 31. |
| Pag. 127. n. 44. | pag. CXXI. lin. 17. |
| Pag. 128. n. 47. | pag. CXXI. lin. 17. & 21. |
| Pag. 129. n. 52. | pag. L. lin. 21. |
| Pag. 134. n. 97. | pag. CLVIIII. lin. 11. |
| Pag. 138. n. 135. | pag. CXX. lin. 4. |
| Pag. 140. a. L. & b. I. | pag. LXIIII. lin. 7. |
| | pag. CXI. lin. 6. |
| Pag. 164. n. 294. | pag. L. lin. 23. |
| Pag. 165. n. XXXI. | pag. L. lin. 22. |
| Pag. 166. n. 306. | pag. L. lin. 23. |
| Pag. 167. a. H. | pag. LXXXVIII. lin. 35. |
| Pag. 179. n. 369. | pag. CLXXXXVII. lin. 34. |
| | pag. CLXXXXVIII. *init.* |
| Pag 199. n. XXXXV. | pag. CLVIIII. lin. 17. |
| Pag. 260. n. 91. | pag. CXX. lin. 16. |
| Pag. 266. b. D. | pag. CXX. lin. 20. |

FA-

## FABRETTVS


| | |
|---|---|
| Pag. 275. n. 164. | pag. LIIII. lin. 5. |
| | pag. CXXVIIII. lin. 16. |
| Pag. 278. n. 170. | pag. LXII. lin. 27. |
| Pag. 280. n. 173. | pag. CVII. lin. 14. |
| Pag. 299. b. H. | pag. CLVIIII. lin. 18. |
| Pag. 313. n. 375. | pag. LXXVI. lin. 16. |
| Pag. 333. n. 496. | pag. CXXXVII. lin. 18. |
| Pag. 334. a. L. | pag. LXII. lin. 28. |
| Pag 340. n. 514. | pag. CXVII. *extr.* |
| | pag. CXVIII. *init.* |
| Pag. 355. a. F. | pag. CLXXXXIIII. lin. 15. |
| Pag. 370. n. 141. | pag. CLXII. lin. 9. |
| Pag. 385. n. XXXX. | pag. XXXXIIII. lin. 36. |
| Pag. 390. 391. | |
| n. 249 -- 257. | pag. CC. lin. 20. & 21. |
| Pag. 406. a. H. | pag. CXXXXIII. lin. 7. |
| Pag. 409. n. 336. | pag. CXXXXIII. lin. 7. |
| Pag. 459. n. 82. | pag. CLXXVI. lin. 23. |
| Pag. 465. n. XIX. | |
| & 100. | pag. CC. lin. 17. |
| Pag. 507. b. | pag. CXXXX. lin. 5. |
| Pag. 540. b. G. | pag. CXXXIII. lin. 5. |
| Pag. 571. n. XLVIII. | pag. LXXVI. lin. 18. |
| Pag. 596. b. L. | pag. CXVI. lin. 37. |
| Pag. 597. a. K. | pag. CXXXVIII. lin. 25. |
| Pag. 600. n. 11. | pag. LIII. *extr.* |
| | pag. LIIII. *init.* |
| Pag. 608. n. 63. | pag. CXXXXIII. lin. 6. |
| Pag. 626. a. C. | pag. LXXVI. lin. 10. |
| Pag. 633. n. 283. | pag. LXXVI. lin. 4. |
| Pag. 642. b. E. | pag. CLXII. lin. 11. |
| Pag. 647. a. D. | pag. LIIII. lin. 5. |
| | pag. CXVIIII. lin. 16. |
| Pag. 659. n. 499. | pag. LV. lin. 30. |
| Pag. 669. b. *fin.* | pag. CLVI. lin. 27. |
| Pag. 670. a. *init.* | pag. CLVI. lin. 27. |
| Pag. 716. n. 374. | pag. CXXXXIII. *extr.* |
| | pag. CXXXXIIII. *init.* |


## GORIVS

### Inſcr. in urbibus Etruriæ.

Tom. I.


| | |
|---|---|
| Pag. 24. *med.* | pag. CCIIII. lin. 33. |
| Pag. 74. n. CCVI. | pag. XXII. lin. 27. |
| Pag. 95. n. 46. | pag. CXXXXVII. lin. *antep.* |
| Pag. 108. 109. | |
| 110. n. 86. | pag. LXXXX. lin. 8. |
| Pag. 117. n. 105. | pag. XXII. lin. 28. |
| Pag. 188. n. 4. | pag. LXXXXII. lin. 3. |
| Pag. 252. n. 25. | pag. CLXXXVIII. lin. 20. |
| Pag. 257. n. 45. | pag. CXXXXI. lin. 9. |
| Pag. 271. | pag. CI. lin. 32. |
| Pag. 286. n. 12. | pag. CLV. lin. 12. |
| Pag. 387. *init.* | pag. CXXVI. lin. 8. |
| Pag. 403. n. 200. | pag. CLV. lin. 34. |
| Pag. 432. n. 19. | pag. CLXXXXVIIII. lin. 30. |
| Pag. 433. ad n. 19. | pag. CC. lin. 11. & 17. (& 29. |


Tom. II.


| | |
|---|---|
| Pag. 116. n. 4. | pag. CLX. lin. 7. |
| Pag. 121. n. 1. | pag. CLXII. lin. 16. |
| Pag. 189. & 195. | pag. LXII. lin. 14. & 25. |
| Pag. 194. *med.* | pag. CXXI. lin. *ult.* |
| Pag. 201. | pag. XXXXVII. lin. 4. |
| Pag. 372. | pag. CXXI. lin. 20. |
| Pag. 375. 376. | pag. CLII. lin. 12. |
| Pag. 382. *init.* | pag. CLIII. lin. 13. |
| Pag. 386. n. 19. | pag. CLII. lin. 25. |
| | pag. CLIII. lin. 3. |
| Pag. 398. | pag. CLII. lin. 23. |
| Pag. 441. n. 24. | pag. CLV. lin. 14. |
| Pag. 452. n. 68. | pag. L. lin. 24. |


Tom. III.


| | |
|---|---|
| Pag. XLVI. b. *fin.* | pag. CXXVI. lin. 9. |
| Pag. XLVIII. *init.* | pag. CXXVI. lin. 12. |
| Pag. CL. tab. XLVII. | pag. CLI. lin. 15. 16. |
| Pag. 15. n. 20. | pag. CC. lin. 33. |
| Pag. 18. n. 24. | pag. CLX. lin. 7. |
| Pag. 51. n. 56. | pag. CLXXXVIII. lin. 20. |

## GORIVS

Inſc. Vrb. Etr. Tom. III.

| | |
|---|---|
| Pag. 144. & 145. | |
| n. 173. 174. | Pag. CXXXXI. lin. 9. |
| Pag. 156. *med.* | Pag. CXXXV. lin. 8. |
| Pag. 177. n. 221. | Pag. CXXXXII. lin. 3. |
| Pag. 242. n. 239. | Pag. CLVI. lin. 5. |
| Pag. 316. | Pag. CCV. lin. 11. |
| Pag. 321. *extr.* | Pag. CCV. lin. 11. |
| GORII ad Gruterum notæ mſc. | Pag. CLXXXXI. lin. 12. |
| | Pag. CLXXXXV. lin. 10. |

## GRVTERVS

| | |
|---|---|
| 1 : 1. | Pag. IIII. lin. 19. |
| 9 : 6. | Pag. LV. lin. 25. |
| | Pag. CCX. lin. 23. |
| 14 : 5. | Pag. CLXXXIIII. lin. 14. |
| 16 : 12. | Pag. XX. lin. *pen.* |
| 19 : 2. | Pag. CXXXX. lin. 10. |
| 26 : 2. | Pag. CLXXV. lin. 15. |
| 26 : 11. | Pag. IIII. lin. 31. |
| 28 : 2. | Pag. XXXXVIII. lin. 27. & 32. |
| | Pag. CXXIIII. lin. 24. |
| 35 : 1. | Pag. XX. *extr.* |
| | Pag. CXXXI. lin. 2. & 6. |
| 35 : 4. | Pag. LV. lin. 22. |
| 37 : 12. | Pag. CLXXVII. lin. 27. & 37. |
| 38 : 4. | Pag. CLXXVII. lin. *pen.* |
| 38 : 6. | Pag. CXXXII. lin. 8. |
| 65 : 6. | Pag. LXXXXIIII. lin. 11. |
| 68 : 5. | Pag. XXXXIIII. lin. 30. |
| 70 : 7. | Pag. LXVI. lin. 27. |
| 89 : 4. | Pag. XXXXVIII. lin. 27. |
| 99 : 2. | Pag. CXVI. lin. *ult.* |
| 101 : 7. | Pag. LXXXXII. lin. 26. |
| | Pag. LXXXXIII. *init.* |
| 101 : 8. | Pag. LXXXXII. lin. 26 |
| 108 : 4. | Pag. CXVIII. lin. 2. & 27. |
| 121 : lin. 8. & *ſeqq.* | Pag. XXI. lin. 7. |
| 128 : 5. | Pag. CXI. *extr.* |

## GRVTERVS

| | |
|---|---|
| 128 : 5. | Pag. CXVI. lin. 3. |
| | Pag. CXVII. lin. 8. & 24. |
| | Pag. CXVIII. lin. 7. & 27. |
| | Pag. CXVIIII. lin. 15. & *ult.* |
| | Pag. CXX. lin. 14. & 34. |
| | Pag. CLXXXX. lin. 30. |
| | Pag. CLXXXXIII. lin. 14. |
| | Pag. CLXXXXIIII. lin. 2. |
| 129 : 6. | Pag. CXXXI. lin. 2. & 6. |
| 130 : 11. | Pag. LXVI. lin. 27. |
| 133. | Pag. XXXXIII. lin. 19. |
| 151 : 6. | Pag. LXIII. lin. 5. |
| | Pag. CLXXI. lin. 7. |
| 152 : 8. | Pag. XIII. lin. 19. |
| | Pag. XX. *extr.* |
| | Pag. XXXXVIII. *fin.* |
| | Pag. XXXXVIIII. *init.* |
| | Pag. LI. lin. 34. |
| | Pag. CLXXXXVII. lin. 27. |
| 159 : 7. | Pag. XXXXVII. lin. 9. |
| | Pag. CXXXII. lin. 33. |
| 159 : 8. | Pag. LXVII. lin. 23. |
| 160 : 4. | Pag. XXXXVII. lin. 8. |
| | Pag. CXXXII. lin. 33. |
| 161 : 1. | Pag. XXVIII. lin. 34. |
| 162 : 3. | Pag. CLXXXXV. lin. 16. |
| 164 : 1. | Pag. XXXXV. lin. 13. |
| 164 : 2. | Pag. XIIII. lin. 2. |
| | Pag. LVI. lin. 14. |
| | Pag. LVIIII. lin. 21. |
| | Pag. LX. lin. 32. |
| 165 : 1. | Pag. CII. lin. 27. |
| 168 : 4. | Pag. XXXXVII. lin. 35. |
| 168 : 10. | Pag. CLXXXXI. lin. 33. |
| | Pag. CCI. lin. 11. |
| 170 : 5. | Pag. CIIII. lin. 3. |
| | Pag. CXXV. lin. 6. |
| 171 : 7. | Pag. CXXXVI. lin. 32. |
| 172 : 7. | Pag. LXXXXIIII. lin. 11. & 14. |

174 : 5.

| | GRVTERVS |
|---|---|
| 174 : 9 | Pag. XXI. lin. 2. |
| 179 : 3. | Pag. CLX. lin. 7. |
| 184 : 5. | Pag. CXXXVII. lin. 30. & 36. |
| 186 : 4. | Pag. CXX. lin. *antep.* |
| 192 : 3. | Pag. XXXXVIII. lin. 34. |
| 193 : 3. | Pag. LXIII. lin. *pen.* |
| | Pag. LXIIII. lin. 12. |
| | Pag. LXV. lin. 11. & 29. |
| | Pag. LXVI. lin. 14. |
| | Pag. LXXII. lin. 9. |
| 193 : 6. | Pag. CXXIIII. lin. 7. |
| 193 : 9. | Pag. CXXIIII. lin. 12. |
| 193 : 10. | Pag. CXXIIII. lin. 12. & 13. |
| 246 : 4. | Pag. XXXXV. lin. 32. |
| 248 : 3. | Pag. XXXXV. *extr.* |
| 253 : 2. | Pag. CLXXVIII. lin. 32. |
| 253 : 4. | Pag. XI. lin. 21. |
| | Pag. XXXXIII. lin. 37. |
| | Pag. XXXXIIII. lin. 12. |
| | Pag. XXXXV. lin. 9. |
| 254 : 6. | Pag. XXXXV. lin. 3. |
| 254 : 7. | Pag. XXXXV. lin. 4. & 5. |
| 258 : 3. | Pag. CLXXVIII. lin. 32. |
| 258 : 6. | Pag. LVIIII. lin. 7. |
| | Pag. LX. lin. 35. |
| 258 : 8. | Pag. CXVI. lin. 15. |
| | Pag. CXVIIII. *init.* |
| | Pag. CXX. lin. 6. |
| 263 : 1. | Pag. CXXXVI. lin. 32. |
| 269 : 3. | Pag. CXX. lin. 2. & 16. |
| 277 : 7. | Pag. LVI. lin. 19. |
| | Pag. LVII. LVIII. |
| | Pag. LXVIIII. lin. 20. |
| | Pag. LXX. lin. 24. & 31. |
| | Pag. LXXI. lin. 2. & 37. |
| | Pag. LXXII. lin. 7. |
| 278 : 11 | Pag. LVII. lin. 15. & 26. |
| | Pag. LXVIIII. lin. 22. |
| | Pag. LXX. lin. 20. & 37. |
| 278 : 2. | Pag. LVII. lin. 10. LVIII. |
| | Pag. LXX. lin. 21. |
| 278 : 3. | Pag. LVIII. |
| | Pag. LXX. lin. 21. |
| 281 : 1. | Pag. XIIII. lin. 6. |
| | Pag. LVI. lin. 18. & 25. |
| | Pag. LVIIII. lin. .13. |
| | Pag. LXVI. lin. 20. |
| | Pag. LXXI. lin. *ult.* |
| 281 : 7. | Pag. LVI. lin. 19. |
| | Pag. LVII. lin. 30. |
| 283 : 5. | Pag. LVIIII. lin. *ult.* |
| | Pag. LX. lin. 13. |
| 283 : 9. | Pag. LVI. lin. 21. & 25. |
| | Pag. LVIIII. lin. 18. |
| | Pag. LX. lin. 14. & 20. |
| | Pag. LXXI. lin. *ult.* |
| 284 : 6. | Pag. LXXXXIIII. lin. 12. & 15. |
| 284 : 8. | Pag. CXXXII. lin. 9. & 30. |
| 286 : 4. | Pag. LXVI. lin. *pen.* |
| 287 : 4. | Pag. CII. lin. 32. |
| 287 : 5. | Pag. LX. lin. 4. |
| 302 : 1. | Pag. CCI. lin. 19. |
| 309 : 2. | Pag. LXXVIII. lin. 23. |
| 309 : 3. | Pag. LXXVIII. lin. 34. |
| 313 : 3. | Pag. XIII. lin. 20. |
| | Pag. XXXXVIII. lin. 24. |
| 313 : 5. | Pag. CXXXVI. lin. 22. & 32. |
| 318 : 9. | Pag. LXXXXIIII. lin. 11. & 14. |
| 322 : 4. | Pag. CXXXXII. lin. 21. |
| 345 : 6. | Pag. LXII. lin. *pen.* |
| 353 : 2. | Pag. CVI. lin. 9. |
| | Pag. CXXII. lin. 27. |
| 356 : 3. | Pag. XXX. lin. 23. |
| 359 : 4. | Pag. LXV. lin. *antep.* |
| 361 : 1. | Pag. CVI. lin. 29. |
| 363 : 1. | Pag. LXXXXIII. *extr.* |
| | Pag. LXXXXIIII. lin. 22. & 27. |
| 363 : 2. | Pag. XXI. *init.* |

| | GRVTERVS |
|---|---|
| 363: 2. | Pag. CVI. lin. 33. |
| 364: 1. | Pag. LXXXXIII. *extr.* |
| | Pag. LXXXXIIII. lin. 8. & 27. |
| 364: 3. | Pag. CXXXXI. lin. 14. |
| 369: 2. | Pag. CXXX. lin. 30. |
| | Pag. CXXXI. lin. 16. & 35. |
| | Pag. CXXXIIII. lin. 14. |
| | Pag. CXXXV. lin. 17. |
| | Pag. CXXXVI. lin. 6. 26. & 38. |
| | Pag. CXXXVIIII. lin. 35. |
| | Pag. CXXXXI. lin. 19. |
| 369: 6. | Pag. CXIIII. lin. 15. |
| 371: 5. | Pag. CXX. lin. 11. |
| 375: 1. | Pag. CX. lin. 10. |
| | Pag. CXV. lin. 37. |
| | Pag. CXXI. lin. 31. |
| 381: 3. | Pag. XX. *extr.* |
| 383: 7. | Pag. L. lin. 1. |
| 386: 8. | Pag. LIII. lin. 23. |
| 387: 3. | Pag. CXXVIII. lin. 4. |
| 389: 2. | Pag. LXXII. lin. 2. |
| | Pag. CXXXVII. lin. 31. & 35. |
| 391: 5. | Pag. CXXXXV. lin. 8. |
| 396: 1. | Pag. LXV. lin. 3. |
| 399: 6. | Pag. LXV. lin. 4. |
| 402: 4. | Pag. CXIII. lin. 10. |
| 403: 1. | Pag. C. lin. 32. |
| 404: 1. | Pag. V. lin. 31. |
| 406: 8. | Pag. XX. lin. *antep.* |
| 409: 5. | Pag. CXXXXVII. lin. 3. |
| 412: 3. | Pag. CII. lin. 27. |
| | Pag. CIII. lin. 8. |
| 413: 1. | Pag. LVIII. lin. 36. |
| 415: 7. | Pag. LXIII. lin. 22. |
| | Pag. CXIIII. lin. 21. |
| | Pag. CXVI. lin. 19. |
| | Pag. CXVII. lin. 12. |
| | Pag. CXVIIII. lin. 9. 10. |
| | Pag. CXX. lin. 26. & 30. 31. |

| | GRVTERVS |
|---|---|
| 418: 8. | Pag. LXI. lin. 36. |
| 418: 11. | Pag. CXXXXIIII. lin. 26. |
| 424: 10. | Pag. LXXXVIIII. lin. 36. |
| 438: 1. | Pag. CXXXII. lin. 12. 14. & 18. |
| 441: 1. | Pag. CLXXIIII. lin. 32. |
| 442: 9. | Pag. CXXVIIII. lin. *ult.* |
| 445: 9. | Pag. XXXXVI. lin. 13. |
| | Pag. LX. *extr.* |
| 445: 10. | Pag. XXXXVI. lin. 19. |
| 446: 1. 2. | Pag. XXXXVI. lin. 20. |
| 446: 9. | Pag. CCXI. lin. 1. |
| 450: 1. | Pag. LVI. lin. 1. |
| 450: 4. & 5. | Pag. XXXI. lin. 24. |
| 450: 6. | Pag. LXXXVIIII. lin. *pen.* |
| | Pag. CXV. lin. *ult.* |
| 451: 3. | Pag. LXV. lin. *pen.* |
| 458: 1. | Pag. CLXVIIII. lin. 29. |
| | Pag. CLXX. lin. 5. |
| | Pag. CLXXVIIII. lin. *pen.* |
| 465: 2. | Pag. LXV. lin. 6. |
| 466: 8. | Pag. CCI. lin. 19. |
| 474: 5. | Pag. LVIII. lin. 36. |
| 479: 8. | Pag. CC. lin. 34. |
| 487: 6. vel 7. | Pag. LXVI. lin. 4. |
| 491: 8. | Pag. CXXXXVI. lin. 32. |
| 493: 1. | Pag. LXV. lin. 6. |
| | Pag. LXVII. lin. 10. |
| | Pag. CLXXIIII. lin. 31. |
| 493: 3. | Pag. LV. lin. 22. |
| 498: 5. | Pag. C. *fin.* & CI. *init.* |
| 513: 1. | Pag. CVIIII. lin. 13. |
| | Pag. CLXXXII. lin. 9. |
| 517: 4. | Pag. CLXI. lin. 25. |
| 518: 10. | Pag. CLX. lin. 24. |
| 520: 4. | Pag. CXXXXVII. lin. 30. |
| 521: 7. | Pag. CCXI. lin. 1. |
| 526: 6. | Pag. CCX. lin. 33. |
| | Pag. CCXI. lin. 3. & 5. & 31. |
| 538: 7. | Pag. CXVII. lin. 33. 34. |

| GRVTERVS | |
|---|---|
| 538 : 7. | Pag. CXVIII. lin. 33. |
| 548 : 7. | Pag. CXV. lin. 8. |
| 551 : 10. | Pag. CXXXXII. lin. 18. |
| 553 : 1. | Pag. CLX. lin. 33. |
| 568 : 8. | Pag. CCXII. lin. 5. & 21. |
| | Pag. CCXV. lin. 4. |
| 571 : 10. | Pag. CXV. lin. 18. |
| 581 : 7. | Pag. CLXX. lin. 31. |
| | Pag. CLXXI. lin. 4. 19. & 33. |
| 597 : 5. | Pag. CLXXII. lin. 6. |
| 632 : 7. | Pag. LXXXXII. lin. 6. |
| 643 : 6. | Pag. CCXV. lin. 16. |
| 656 : 2. | Pag. XXXXVIII. lin. 18. |
| 660 : 1. | Pag. CLXXXVIII. lin. 18. |
| 666 : 8. | Pag. CXXXXII. lin. 26. |
| 668 : 14. | Pag. CXXXXI. lin. 29. |
| 669 : 4. | Pag. CLVI. lin. 19. |
| 672 : 7. | Pag. CXXXXII. lin. 11. |
| 673 : 12. | Pag. CXXXVI. lin. 22. & 32. |
| 684 : 1. | Pag. CLXXVIIII. *extr.* |
| | Pag. CLXXX. lin. 4. |
| 687 : 5. | Pag. CLXXXVIII. lin. 31. |
| 692 : 1. | Pag. XXXXVIII. lin. 18. |
| 692 : 6. | Pag. CLXXXXVIII. lin. 14. & 18. |
| 696 : 5. | Pag. CLVI. lin. 12. |
| 704 : 1. | Pag. XXXXVIII. lin. 16. & 19. |
| 707 : 5. | Pag. XXXXVIII. lin. 16. & 19. |
| 713 : 14. | Pag. XI. lin. 22. |
| | Pag. XXXXIII. lin. 37. |
| | Pag. XXXXIIII. lin. 14. |
| 721 : 10. | Pag. XXX. lin. 12. |
| 731 : 4. | Pag. XXI. lin. 30. & 36. |
| 740 : 2. | Pag. CC. lin. *antep.* |
| 755 : 8. | Pag. XXI. lin. 16. |
| 767 : 7. | Pag. CXXXXII. lin. 30. |
| 791 : 7. | Pag. XXI. lin. 22. |
| | Pag. L. lin. 14. & 17. |
| 836 : 7. | Pag. CCVI. lin. 7. |
| 838 : 2. | Pag. CXXXXII. lin. 11. |

| GRVTERVS | |
|---|---|
| 846 : 3. | Pag. LXXXVIIII. lin. *pen.* |
| 855 : 8. | Pag. CLXXXXVI. lin. 7. |
| 871 : 2. | Pag. CLXXXXI. lin. 27. |
| | Pag. CLXXXXV. lin. 12. |
| 874 : 5. | Pag. CLXXXXI. lin. 29. |
| | Pag. CLXXXXVII. lin. 11. |
| 891 : 8. | Pag. XIII. lin. 19. |
| | Pag. XXXXVII. lin. 30. |
| | Pag. XXXXVIII. lin. *pen.* |
| 900 : 14. | Pag. CXXXXII. lin. 25. |
| 900 : 16. | Pag. CXXXXII. lin. 13. |
| 902 : 13. | Pag. CXXXXII. lin. 25. |
| 905 : 14. | Pag. CLXXXXVIII. lin. 28. |
| 911 : 15. | Pag. CLXXXVIII. lin. 12. |
| 926 : 6. | Pag. CCXII. lin. 30. |
| 930 : 7. | Pag. CLXXXXVI. lin. 14. |
| 959 : 2. | Pag. CLXXXXVIII. lin. 32. |
| 960 : 6. | Pag. CI. *extr.* & CII. *init.* |
| 967 : 3. | Pag. CLXXXXVIII. lin. 32. |
| 968 : 13. | Pag. CXXXVII. lin. 9. 22. & 29. |
| | Pag. CXXXVIII. lin. 3. 5. & 28. |
| 975 : 2. | Pag. CXXXXVIII. lin. 22. |
| 1006 : 8. 9. | Pag. XXXXVI. lin. 10. |
| 1007 : 3. 4. 5. 6. | Pag. XXXXVI. lin. 10. |
| 1010 : 11. | Pag. LII. lin. 4. |
| 1013 : 4. | Pag. LXVI. lin. 25. |
| 1028 : 2. | Pag. LXII. lin. 4. |
| | Pag. LXIIII. lin. 20. |
| | Pag. CXXI. lin. *pen.* |
| 1036 : 11. | Pag. CXXXXVII. lin. 8. |
| 1052 : 8. | Pag. CLXXXVIII. lin. 12. |
| 1057 : 5. | Pag. XXVIIII. lin. 35. |
| 1063--1179. | Pag. CXIII. lin. 22. & 28. |
| 1078 : 6. | Pag. CXII. lin. 13. |
| | Pag. CXXI. lin. 4. |
| | Pag. CXXII. *init.* |
| 1079 : 2. | Pag. LI. *extr.* LII. *init.* |
| 1079 : 14. | Pag. CLXXI. lin. 11. |

## GRVTERVS

| | |
|---|---|
| 1082 : 13. | Pag. XXXXVII. lin. 9. |
| | Pag. CXXXII. lin. 33. |
| 1083 : 2. | Pag. CXX. lin. 24. |
| | Pag. CCXIIII. lin. 5. |
| 1086 : 9. 10. | Pag. LXII. lin. 27. & 29. |
| 1087 : 1. | Pag. CLXXIIII. lin. 31. |
| 1089 : 6. | Pag. XXI. lin. 15. |
| 1090 : 19. | Pag. LXXXXVIIII. lin. 17. & 36. |
| | Pag. CXXXX. *extr.* |
| 1094 : 6. | Pag. LXII. *init.* |
| 1095 : 2. | Pag. CLXXXXII. lin. 8. |
| | Pag. CCI. lin. 28. |
| 1098 : 8. | Pag. LXXVIIII. lin. 30. |
| | Pag. CIIII. lin. 14. |
| 1102 : 2. | Pag. CVI. lin. 9. & 33. |
| 1110 : 1. | Pag. L. lin. 3. & 13. |
| 1125 : 1. | Pag. XX. lin. *pen.* |
| 1142 : 3. | Pag. LXXVI. lin. 21. |
| Spur. 3 : 6. | Pag. CXXXXVII. lin. 31. |
| Notæ ad Grut. ſeorſum edendæ. | |
| | Pag. CLXXXX. *extr.* |
| | Pag. CLXXXXI. *init.* & lin. 16. |
| | Pag. CLXXXXV. lin. 5. |

## GVDIVS

| | |
|---|---|
| 56 : 4. | Pag. LXXXXII. lin. 30. |
| 114 : 4. | Pag. CLXXVI. lin. 20. |
| 141 : 5. | Pag. CVII. lin. 10. |
| 152 : 8. | Pag. CXXXXIII. lin. *antep.* |
| | Pag. CXXXXIIII. lin. 4. |
| 261 : 7. | Pag. CXXXXVIIII. lin. 9. |
| 261 : 9. b. | Pag. CXXXXII. lin. 6. |
| 267 : 6. | Pag. CXXXX. lin. 35. 36. |
| 285 : 1. | Pag. CXXXXVI. lin. 1. |
| 294 : 9. | Pag. CXXXXII. lin. 5. |
| 309 : 10. | Pag. CLXIII. lin. 4. |
| 314 : 22. | Pag. CXXXXVII. lin. 24. |
| 326 : 6. | Pag. CLV. lin. 31. |
| 339 : 1 | Pag. CXXXXVIIII. lin. 16. |
| 342 : 3. | Pag. CXXXXIIII. lin. 35. |
| 369 : 10. | Pag. CCIIII. lin. 33. |
| 373 : 4. | Pag. LXXXV. lin. 15. |
| Indd. Gud. pag. XLVII. b. *poſt med.* | Pag. CLXXVIII. lin. 35. |
| Indd. Gud. pag. LXXXII. b. *med.* | Pag. L. lin. 22. |

## INEDITAE

| | |
|---|---|
| Quænam ita dictæ. | Pag. XXVI. lin. 11. |
| Aelii Iuſtini equitis. | Pag. CCXI. lin. 20. |
| Alponæ in Helvetiis. | Pag. CXXXIIII. lin. 24. |
| Annii Rufi. | Pag. CCII. lin. 20. 21. |
| | Pag. CCVI. lin. 28. |
| | Pag. CCVIII. lin. 16. |
| | CCVIIII. lin. 21. |
| Brixiani militis in Helvetiis. | Pag. CLXII. lin. 7. |
| Caſſiodoriana. | Pag. XXXII. lin. 28. |
| | Pag. XXXVII. *extr.* |
| Diptychi Brixiani. | Pag. XXVI. lin. 8. 9. |
| | Pag. CLXIIII. lin. 32. |
| | Pag. CLXVI. lin. 23. |
| | Pag. CLXVIII. lin. 6. |
| | Pag. CLXXXVIIII. lin. 14. |
| | Pag. CCX. lin. 25. |
| Diptychi Divionenſis. | Pag. XVIIII. lin. 7. |
| | Pag. CXXIII. lin. 4. |
| Diptychi Leodienſis, Anaſtaſii. | Pag. XVIIII. lin. 22. |
| | Pag. XX. lin. 3. |
| | Pag. LXXXXVII. lin. *antep.* |
| | Pag. CXXIII. lin. 32. |
| | Pag. CCXI. lin. 17. |
| Diptychi Norimbergenſis. | Pag. XVIIII. lin. 19. |


Dipty-

## INEDITAE

| | |
|---|---|
| Diptychi Norimbergenſis. | pag. LXXXVIII. lin. 36. |
| | pag. LXXXXVII. lin. 31. |
| | pag. CLXXXVIIII. lin. 7. |
| Diptychi Oreſtis. | pag. CXI. lin. *antep.* |
| | pag. CLXXXVI. lin. 19. |
| | pag. CLXXXVIIII. *init.* |
| Diptychi Turicenſis. | pag. XVIIII. lin. 7. |
| | pag. CXXIII. lin. 4. |
| | pag. CCXXXII. *ſeqq.* |
| Iunii Tertii. | pag. CLXXXXI. *extr.* |
| | pag. CLXXXXII. *init.* |
| | pag. CCI. lin. 27. |
| Kalend. Romani apud Lambecc. | pag. XXXXIII. lin. 19. |
| Mavortii conſulis. | pag. XXXVII. lin. 21. |
| | pag. LXXXII. lin. 25. |
| Neapolitanæ tredecim. | pag. CLXXIIII. lin. 13. |
| | pag. CCXVI. *extr.* CCXVII. |
| Neapolitanæ aliæ ſex. | pag. CCXVI. *extr.* CCXVII. |
| Nonii Balbi. | pag. LVIII. lin. 25. |
| | pag. CVII. lin. 4. & 32. |
| | pag. CXI. lin. 27. |
| | pag. CXXI. lin. 25. |
| | pag. CLI. lin. 24. |
| | pag. CLXVI. lin. 20. |
| | pag. CLXVIII. lin. 18. |
| | pag. CLXVIIII. lin. 9. |
| | pag. CLXXIIII. lin. 5. |
| | pag. CLXXXI. lin. 5. & 13. |
| | pag. CCII. lin. 29. |
| | pag. CCVIIII. *extr.* CCX. |
| | pag. CCXI. lin. 32. |
| | pag. CCXV. lin. 23. |
| Numiſii. | v. ſupra *Annii Rufi.* |
| Philetici. | pag. CLXXXV. lin. 26. |
| | pag. CLXXXVIII. lin. 9. |

## INEDITAE

| | |
|---|---|
| Rufi. | v. ſupra *Annii Rufi.* |
| Stilichonis. | pag. CII. lin. 31. |
| Turici a. 1747. eruta. | pag. XXVIIII. lin. 4. |
| | pag. LIIII. lin. 9. |
| | pag. LXXXVIII. lin. 29. |
| | pag. CLXXX. lin. 18. |
| Turranii Valentis. | pag. CCIII. lin. 11. |
| | pag. CCVI. lin. 6. |
| Victoris Præſidis, duæ. | pag. CIII. lin. 16. |

## MAZOCHIVS

| | |
|---|---|
| Ejus corrigenda. | pag. VI. lin. 20. |
| | pag. CXXXXI. lin. 31. |
| | pag. CLXXXXI. lin. 5. |
| 8 : 3. | pag. CIIII. *init.* |
| 17. b. *med.* | pag. CLXXXXVII. lin. 16. |
| 31 : 2. | pag. XXI. lin. *pen.* |
| 57 : 5. | pag. LXXVIII. lin. 33. |
| 63 : b. *init.* | pag. CXXXXI. lin. 30. |
| 80 : 1. | pag. V. lin. 2. |
| | pag. VI. lin. 22. |
| 86 : 1. | pag. CCXIII. lin. 6. |
| 125 : 3. | pag. CLVI. lin. 22. |

## MVRATORIVS

| | |
|---|---|
| Proleg. p. 10. Tab. I. | pag. L. lin. 25. |
| | pag. LXVII. lin. 17. |
| 18 : 1. | pag. XXXXIIII. lin. 31. |
| 27 : 7. | pag. LXXXXIII. lin. *pen.* |
| 38 : 5. | pag. LXXXVIIII. lin. 27. |
| 80 : 11. | pag. CXXXXIII. *init.* |
| | pag. CXXXXIIII. lin. 12. |
| 84 : 9. | pag. LXXXVIIII. lin. 31. |
| 92 : 1. | pag. LXXXXII. lin. 19. |
| 92 : 2. | pag. LXXXXII. lin. 20. |
| | pag. LXXXXIII. lin. 36. |

## MVRATORIVS

| | |
|---|---|
| 102 : 7. | Pag. LIIII. lin. 7. |
| 119 : 1. | Pag. CLXXXVIIII. lin. 33. |
| 160 : 6. | Pag. XXV. *extr.* |
| 183 : 6. | Pag. CLXXV. lin. 16. |
| 195 : 3. | Pag. CXVIII. lin. 16. & *pen.* |
| 198 : 5. | Pag. CXXXXVI. lin. 14. |
| 204 : 5. | Pag. CLXXVI. lin. 3. |
| 236 : 3. | Pag. CLXXXXIII. lin. 9. |
| 241 : 6. | Pag. CLXXVI. lin. 19. |
| 242 : 1. | Pag. LII. lin. 7. |
| 251 : 2. | Pag. XXXXV. lin. 1. |
| 251 : 6. | Pag. XXXXV. lin. 2. |
| 252 : 1. | Pag. XXXXV. lin. 3. |
| 252 : 8. | Pag. XXXXV. lin. 2. |
| 253 : 4. | Pag. XXXXV. lin. 3. |
| 253 : 5. | Pag. XXXXV. lin. 2. |
| 253 : 7. | Pag. XXXXV. lin. 2. |
| 254 : 1. | Pag. LV. lin. 30. |
| 261 : 2. | Pag. CLXXX. lin. 21. |
| 264 : 5. | Pag. LXVII. lin. 3. |
| 281. *init.* | Pag. V. lin. 34. |
| 306 : 3. | Pag. CXXXXI. lin. 9. |
| 307 : 5. | Pag. CXXVIIII. lin. 10. |
| 316 : 3. | Pag. CXXXVIII. lin. 19. |
| 335. ante num. 4. | Pag. CXXXX. lin. 7. |
| 340 : 2. | Pag. CXXXI. lin. 7. |
| 354 : 3. | Pag. XXV. *extr.* |
| 359 : 2. | Pag. CXXVIII. lin. 36. |
| 361. b. *ante fin.* | Pag. CVII. lin. 14. |
| 372. ad a Cti 317. | Pag. CXXVIIII. lin. 2. |
| 375 : 3. | Pag. CXXVIII. lin. 4. |
| 379 : 2. | Pag. LXXVIIII. iin. 17. |
| | Pag. CIIII. lin. 14. |
| 380 : 5. | Pag. LXXXV. lin. *pen.* |
| 405 : 2. | Pag. XXVIIII. lin. 26. |
| | Pag. XXXXVIIII. *extr.* |

## MVRATORIVS

| | |
|---|---|
| 406 : 4. | Pag. XXIII. lin, 2. |
| 411 : 1. | Pag. CCIIII. lin. 33. |
| 417 : 4. | Pag. XVIIII. lin. 10. |
| | Pag. CXXXXI. lin. 3. |
| 419 : 5. | Pag. XVIIII. lin. 26. |
| | Pag. LXXXXVI. lin. 7. |
| | Pag. CXXXXI. lin. 4. |
| 425 : 6. | Pag. XXXXVIIII. lin. *pen.* |
| 436 : 2. | Pag. CI. lin. 10. |
| 436 : 3. | Pag. XVIIII. *extr.* |
| | Pag. XXII. *fin.* |
| 468 : 6. | Pag. CXVIII. lin. 23. |
| 487 : 3. | Pag. LXVI. lin. 3. |
| 507 : 5. | Pag. CXXIII. lin. 21. |
| 544 : 4. | Pag. CLVIIII. lin. 34. |
| | Pag. CLX. lin. 4. |
| 547 : 2. | Pag. LXXXX. lin. 3. & 14. |
| 558 : 2. | Pag. LXXXVIIII. lin. 32. |
| | Pag. LXXXXII. lin. 23. |
| 562 : 1. | Pag. CXVI. lin. *antep.* |
| 575 : 1. | Pag. L. lin. 25. |
| | Pag. LXVII. lin. 17. |
| 600 : 3. | Pag. LXXXX. lin. 9. |
| 606 : 1. | Pag. CVIIII. lin. 14. |
| | Pag. CLXXXIII. lin. 6. |
| 611 : 2. | Pag. CXXXIIII. lin. 8. |
| | Pag. CXXXX. lin. 34. 35. |
| 629 : 1. | Pag. LXXXXII. lin. 19. |
| 633 : 2. | Pag. LXXXX. lin. 35. |
| 634. lin. 16. | Pag. XXXX. lin. 12. |
| 635. lin. 23. | Pag. XX. lin. 21. |
| 662 : 1. | Pag. CCVII. lin. 19. |
| | Pag. CCVIIII. lin. 29. |
| 662 : 2. | Pag. L. lin. 24. |
| 672 : 4. | Pag. XVIIII. lin. 32. |
| | Pag. XXIII. lin. 17. |
| | Pag. LXXXXVI. lin. 12. |
| 673 : 2. | Pag. CLXXVI. lin. 17. |
| 681 : 1. | Pag. XXX. lin. 30. |
| 700 : 5. | Pag. CXXXXVII. lin. 4. |

| MVRATORIVS | |
|---|---|
| 701 : 2. | Pag. CXXIIII. *extr.* |
| | Pag. CXXV. *init.* |
| | Pag. CCXIIII. lin. 5. |
| 705 : 6. | Pag. CXIIII. lin. 28. |
| | Pag. CXV. lin. 20. |
| | Pag. CXX. lin. 33. |
| | Pag. CXXI. lin. 15. |
| 720 : 2. | Pag. CXXXII. lin. 15. |
| 721 : 1. | Pag. CXXXII. lin. 15. |
| 724 : 2. | Pag. LXI. lin. 4. |
| 734 : 1. | Pag. CXXIII. lin. 20. |
| 735 : 4. | Pag. CXXI. lin. 22. & 26. |
| 748 : 6. | Pag. CXXIII. lin. 20. |
| 764 : 3. | Pag. CL. lin. 13. |
| 774 : 8. | Pag. CLXI. *extr.* |
| 787 : 7. | Pag. CXXXXIII. lin. 35. |
| 814 : 1. | Pag. CCXV. lin. 17. |
| 816 : 1. | Pag. CLX. lin. 19. & 21. |
| 834 : 2. | Pag. CXVII. lin. 3. |
| 836 : 3. | Pag. LXIIII. lin. 25. |
| 847. | Pag. CLVIII. lin. *pen.* |
| | Pag. CLXVI. lin. 18. |
| | Pag. CLXVIII. lin. 16. |
| 847 : 1. | Pag. CLVIII. lin. *ult.* |
| 847 : 2. | Pag. CLVIIII. lin. 3. |
| 847 : 3. | Pag. CLVIIII. lin. 19. |
| | Pag. CLXXXXVIIII. lin. 7. |
| | Pag. CCVII. *extr.* |
| 847 : 4. | Pag. CLVIIII. lin. 33. |
| 847 : 5. | Pag. CLX. lin. 16. |
| 847 : 6. | Pag. CLXII. lin. 5. |
| 847 : 7. | Pag. CLVIIII. lin. 28. |
| | Pag. CLXII. lin. 13. |
| 855 : 2. | Pag. CCXIIII. lin. 23. |
| 872 : 7. | Pag. CLXXXVI. lin. 3. |
| | Pag. CLXXXVIII. lin. 14. |
| 874 : 4. | Pag. LXIIII. lin. 28. |
| | Pag. LXVI. lin. 14. |
| 883 : 6. | Pag. CLXXII. lin. 6. |

| MVRATORIVS | |
|---|---|
| 918 : 3. | Pag. LXXVII. lin. 2. |
| 930 : 5. | Pag. XXXI. lin. 15. |
| 936 : 8. | Pag. CLXXXVI. lin. 11. |
| | Pag. CLXXXVIII. lin. 23. |
| 939 : 6. | Pag. CXXXXIII. lin. 11. |
| | Pag. CXXXXVI. lin. 28. |
| 942 : 8. | Pag. CXXXXIII. lin. 31. |
| 966 : 7. | Pag. CI. lin. 34. |
| 978 : 3. | Pag. CXXXIIII. lin. 8. |
| 980 : 2. | Pag. CLX. lin. 7. |
| 994 : 9. | Pag. CLXXXXVIIII. lin. 30. |
| 1011 : 3. | Pag. CLXXI. lin. 18. |
| 1024 : 3. | Pag. LII. lin. 6. |
| 1044 : 7. | Pag. CCIIII. lin. 33. |
| 1058 : 7. | Pag. CXXVIIII. lin. 20. |
| 1071 : 3. | Pag. CLXII. lin. 16. |
| 1088 : 7. | Pag. LIII. lin. 29. |
| 1100 : 3. | Pag. LXVI. lin. 28. |
| | Pag. LXVII. lin. 6. |
| 1102 : 1. | Pag. LXXXXII. lin. 20. |
| 1102 : 6. | Pag. CLXXXXVI. lin. *pen.* |
| 1114 : 5. | Pag. CLXVIIII. lin. *pen.* |
| 1127 : 7. | Pag. LXXXXI. lin. 13. |
| 1163 : 6. | Pag. CXXXXVII. lin. 10. |
| 1167 : 9. | Pag. CXXXXV. lin. 19. |
| 1173 : 8. | Pag. CLXXXVIII. lin. 37. |
| 1225 : 8. | Pag. CLV. lin. 1. |
| 1257 : 8. | Pag. XXX. lin. 14. |
| 1260 : 6. | Pag. CXXXXI. lin. 21. |
| 1284 : 5. | Pag. CXXXXV. lin. 21. |
| 1310 : 7. | Pag. CXXXXVII. lin. 17. |
| 1321 : 10. | Pag. CCIIII. lin. 33. |
| 1339 : 9. | Pag. CIIII. lin. 6. |
| 1341 : 3. | Pag. CLXXXVIII. lin. 20. |
| 1347 : 4. | Pag. CXXXXII. lin. 7. |
| 1350 : 1. | Pag. LXXVI. lin. 11. |
| 1350 : 2. | Pag. LXXVI. lin. 6. |
| 1350 : 3. | Pag. LXXVI. lin. 8. |

## MVRATORIVS

| | |
|---|---|
| 1369 : 6. | Pag. CIIII. lin. 15. |
| 1379 : 9. | Pag. LXXVI. lin. 4. |
| 1381 : 1. | Pag. XXXXVIIII. lin. 31. |
| 1384 : 6. | Pag. CLIII. lin. 10. & 13. |
| 1398 : 3. | Pag. CXXXXV. lin. 23. |
| 1411 : 8. | Pag. CXXXXII. lin. 9. |
| 1414 : 1. | Pag. CLIII. lin. 21. & 31. |
| 1426 : 4. | Pag. LIII. lin. 6. |
| 1430 : 6. | Pag. CXXXXI. lin. *pen.* |
| 1434 : 2. | Pag. CXXXXVII. lin. 20. & 27. |
| 1435 : 3. | Pag. CXXXXVII. lin. 23. |
| 1435 : 8. | Pag. CLXXXXVIII. lin. 35. |
| 1467 : 5. | Pag. LXXVI. lin. 11. |
| 1495 : 14. | Pag. XXXXVIIII. lin. 30. |
| 1501 : 12. | Pag. CLX. lin. 7. |
| 1502 : 11. | Pag. CXXXX. lin. *antep.* & *pen.* |
| | Pag. CLXXXVIII. lin. 27. |
| 1511 : 9. | Pag. CXXXXVII. lin. 35. |
| 1527 : 9. | Pag. CLIIII. lin. 24. |
| 1536 : 8. | Pag. CLXXXXVII. lin. *antep.* |
| 1570 : 1. | Pag. CLXXXVI. lin. 11. |
| | Pag. CLXXXVIII. lin. 23. |
| 1578 : 18. | Pag. CLXXVI. lin. 19. |
| 1582 : 8. | Pag. CXXXXVIII. *init.* |
| 1603 : 13. | Pag. CXXXIII. lin. 15. |
| | Pag. CXXXXVI. lin. 5. |
| 1610. 1611. | |
| 1612. | Pag. CXXXXVIIII. *init.* |
| 1611 : 10. | Pag. CXXXXVIIII. lin. 13. |
| 1611 : 17. | Pag. CXXXXVIIII. lin 11. |
| 1621 : 7. | Pag. CII. lin. 8. |
| 1624 : 5. | Pag. LIII. lin. 19. |
| 1633 : 1. | Pag. LIII. lin. 20. |
| 1652 : 5. | Pag. CLXXXXVIII. lin. 26. |
| 1653 : 12. | Pag. CLXXXXVIII. lin. 27. |
| 1677 : 12. | Pag. CXXXXI. lin. 27. |
| 1683 : 6. | Pag. CCII. lin. 10. |
| | Pag. CCIII. lin. 8. |

## MVRATORIVS

| | |
|---|---|
| 1683 : 6. | Pag. CCIIII. lin. 21. |
| | Pag. CCV. lin. 17. |
| 1705 : 2. | Pag. CLXXXXVIII. lin. 2. |
| 1714 : 10. | Pag. CLV. lin. 25. |
| 1716 : 14. | Pag. CXXIII. lin. 34. |
| 1757 : 12. | Pag. CXXXVIII. lin. 22. |
| 1806 : 4. | Pag. CLXXXVIII. lin. 11. |
| 1830 : 4. | Pag. LIII. lin. 9. |
| 1979 : 8. | Pag. CLXIII. lin. 25. |
| | Pag. CLXVI. lin. 18. |
| | Pag. CLXVIII. lin. 15. |
| | Pag. CLXXXVIIII. *extr.* |
| | Pag. CLXXXX. lin. 12. |
| | Pag. CLXXXXII. *extr.* |
| 1984 : 7. | Pag. LXXXXII. lin. 10. |
| 2003 : 1. | Pag. LXXXV. lin. 21. |
| 2016 : 2. | Pag. CLXXXVIIII. lin. 32. |
| 2021 : 1. | Pag. CCVII. lin. 2. |
| | Pag. CCVIIII. lin. 29. |
| 2023 : 4. | Pag. LVIIII. lin. *ult.* |
| 2024 : 2. | Pag. CLXXIIII. lin. 27. |
| 2024 : 3. | Pag. CLXXIII. lin. 31. |
| 2045 : 7 | Pag. LIII. lin. 21. |
| 2058 : 2. | Pag. CXXXXVII. lin. 10. |
| 2090 : 4. | Pag. CXXXXVII. lin. 14. |
| 2090 : 10. | Pag. CLVI. lin. 4. |
| 2100 : 5. | Pag. LX. *init.* |
| 2119. verſ. 11. | Pag. LIII. lin. 18. |
| 2122. col. a. | Pag. LIII. lin. 18. |
| Præf. T. IV. p. 6. n. 9. | Pag. CXV. lin. 7. |
| Præf. T. IV. p. 7. n. 1. | Pag. CCVIII. lin. 33. |

## OXONIENSES

edit. Maittairii.

Pag. 159. *ſeqq.* Pag. LXXXVIIII. lin. 23.
Pag. 198. *init.* Pag. LXXXVIIII. lin. 23.

REINE-

## REINESIVS

| | |
|---|---|
| Præf. * 1 *extr.* | |
| * 2 *init.* | Pag. CLXXXVIII. lin. 12. 13. |
| I: 3. p. 16. l. 26. | Pag. CCXIII. lin. 3. |
| | Pag. CCXIIII. lin. 21. |
| I: 11. p. 27. | |
| *poſt med.* | Pag. LVI. lin. 3. |
| I: 11. p. 28. *init.* | Pag. XXVIIII. lin. 33. |
| | Pag. LXXXXVIIII. lin. 4. |
| I: 16. p. 39. 40. | |
| *lit.* (c) | Pag. XXIII. lin. 6. 7. |
| I: 16. p. 41. *med.* | Pag. L. lin. 7. |
| I: 39. p. 66. *ſeqq.* | Pag. XXIII. lin. 19. 20. |
| I: 269. p. 236. | Pag. CXXXXVII. lin. 32. |
| II: 26. p. 270. | |
| *lit.* d. | Pag. LXVI. lin. 30. |
| II: 29. p. 273. | |
| 274. | Pag. CCVIII. lin. 10. |
| II: 29. p. 274. | Pag. CLXXIIII. lin. 12. |
| II: 73. p. 291. | Pag. CLXXVIII. lin. 35. |
| III: 36. p. 313. | Pag. CCIIII. lin. 33. |
| III: 55. p. 323. | |
| *extr.* | Pag. CLXXVIIII. lin. *antep.* |
| | Pag. CLXXX. lin. 13. |
| III: 89. p. 338. | Pag. CXX. lin. 15. |
| VI: 16. p. 401. | Pag. CLXXVI. lin. 33. |
| VI: 38. p. 412. | Pag. XVIIII. lin. 13. |
| VI: 46. p. 419. | Pag. CXIIII. lin. 14. |
| VI: 71. p. 432. | Pag. LXI. *init.* |
| VI: 102. p. 446. | Pag. XVIIII. lin. 26. |
| | Pag. LXXXXVI. lin. 7. |
| | Pag. CXXXXI. lin. 4. |
| VI: 112. p. 451. | |
| *poſt med.* | Pag. L. lin. 10 |
| VI: 128. p. 463. | |
| *med.* | Pag. CLXXVII. lin. 34. |
| VI: 130. p. 464. | Pag. CLXXVI. lin. 14. |
| VII: 13. p. 481. | Pag. CIIII. lin. 15. |
| VII: 15. p. 484. | Pag. CCVIII. lin. 3. |
| VIII: 5. p. 511. | Pag. CXX. lin. 9. |
| VIIII: 68 p. 577. | Pag. XXX. *extr.* |

## REINESIVS

| | |
|---|---|
| XII: 98. p. 681. | Pag. CCL lin. 18. |
| XV: 28. p. 792. | Pag. LXXXXII. lin. 8. |
| XVI: 45. p. 806. | Pag. CXXXXVII. lin. *antep.* |
| XVI: 64. p. 812. | Pag LXXXXII. lin. 8. |
| XVII: 3. p. 815. | Pag. CII. lin. 12. |
| | Pag. CCIII. lin. 8. |
| | Pag. CCIIII. lin. 27. |
| | Pag. CCV. lin. 15. |
| XVII: 29. p. 822. | Pag. CLXXXXVIII. lin. 7. |
| XVII: 61. p. 830. | Pag. CCII. lin. 10. |
| | Pag. CCIII. lin. 8. |
| | Pag. CCIIII. lin. 21. |
| | Pag. CCV. lin. 15. |
| XVII: 82. p. 841. | Pag. CXXXXIIII. lin. 30. |
| XX: 7. p. 899. | Pag. XVIIII. lin. 21. |
| | Pag. XX. lin. 8. |
| XX: 374. p. 984. | Pag. XXVIIII. lin. 29. |
| | Pag. XXXXVIIII. *extr.* |
| XX: 428. p. 996. | Pag. XXXXVIIII. lin *antep.* |
| Append. n. 20. | |
| p. 1022. | Pag. XXXI. lin. 21. |

## SMETIVS

| | |
|---|---|
| 3: 2. | Pag. XXXXVII. lin. 7. |
| 12: 2. | Pag. CIIII. lin. 3. |
| 68: 7. | Pag. CXXXII. lin. 12. & 13. |
| 75: 9. | Pag. LXV. lin. 28. & 36. |
| 77: 7. | Pag. LXV. lin. 28. & 37. |
| 77: 11. | Pag. XXXXVI. lin. 21. |
| 100: 1. | Pag. CCXV. lin. 16. |
| 128: 11. | Pag. CCI. lin. 2. |
| 132: 1. | Pag. CLXXXXVII. lin. 24. |
| 144. | Pag. CCXIII. lin. 21. |
| 144: 9. | Pag. LXV. lin. 15. & 26. |
| 153: 5. | Pag. LXXVIII. lin. 34. |
| 155: 6. | Pag. LVIIII. lin. 7. |
| 156: 2. | Pag. LVI. *fin.* LVII. *init.* |
| 156: 7. | Pag. LVI. *fin.* LVII. *init.* |
| | Pag. LVIIII. lin. 14. |

SMETIVS

| | |
|---|---|
| 156 : 7. | pag. LXVI. lin. 20. |
| 156 : 8. | pag. LVIIII. lin. 15. |
| 157 : 4. | pag. LVIIII. lin. 2. |
| 165. *. 5. | pag. CCXIII. lin. 33. |
| 171 : 5. & 7. | pag. CLXXXVIII. lin. 12. |
| 172 : 19. 21. | |
| 23. | pag. CCXIIII. lin. 3. |
| 172 : 24. | pag. CCXIII. lin. 33. |
| Auctar. Lipſii, | |
| 45. *init.* | pag. CCX. lin. 34. |

SPONIVS.

| | |
|---|---|
| Pag. 132. 133. | pag. CI. lin. 30. |
| Pag. 172. n. 1. | pag. CXXXXIII. lin. 5. |
| Pag. 217. n. 1. | pag. CLXXI. lin. 18. |
| Pag. 247. | pag. CXX. lin. 16. |
| Pag. 252. *med.* | pag. CXX. lin. 18. |
| Pag. 275. n. 2. | pag. LV. lin. 29. |
| Pag. 275. *fin.* | pag. LV. lin. 29. |
| | pag. CCX. lin. 23. |
| Pag. 369. n. CXVI. | pag. CCIIII. lin. 33. |

ΤΩΝ ΠΟΝΩΝ ΠΑΝΤΑ.

Hæc

| Hæc ERRATA | | ſic CORRIGE. |
|---|---|---|
| Pag. XII. *lin.* 21. | la même | *leg.* le même |
| Pag. XIII. *lin.* 26. | paruenoit | *leg.* parvenoit |
| Pag. XVIII. *lin.* 28. | iuterpretum | *leg.* interpretum |
| Pag. XVIIII. *lin.* 24. | Pag. 291. *lin.* 29. | *leg.* Pag. 47. *lin.* 6. (ubi VI: 120. p. 486. corrig. VI: 102. p. 446.) p. 277. *extr.* 278. *init.* p. 291. *lin.* 29. |
| Pag. XXI. *lin.* 2. | 184: 9. | *leg.* 174: 9. |
| Pag. XXXV. *lin.* 1. | Divionenſi | *leg.* Divionenſi & Turicenſi |
| Pag. LVI. *lin.* 14. | 163: 2. | *leg.* 164: 2. |
| Pag. LVIII. *lin.* 2. | *Pro* | *leg.* Pro |
| *lin.* 18. & 19. | loco 2. & 3. | *leg.* loco. 3. & 4. |
| Pag. LXI. *lin.* 4. | dat. | *leg.* dat |
| Pag. LXXVI. *lin. ult.* | ocum | *leg.* locum |
| Pag. LXXXI. *lin.* 26. | Philophus | *leg.* Philoſophus |
| Pag. LXXXXII. *lin.* 26. | iu | *leg.* in |
| Pag. LXXXXIII. *lin.* 35. | Don. p. 31. | *leg.* Don. p. 51. |
| Pag. LXXXXVIIII. *lin. antep.* | acccipienda | *leg.* accipienda |
| Pag. CXXXXII. *lin.* 3. | n. 271. | *leg.* n. 221. |
| Pag. CXXXXVI. *lin.* 27. | CXXXXIIII. | *leg.* CXXXXIII. |
| Pag. CLVI. *lin.* 19. | 5. ad | *leg.* 4. ad |
| *lin. extr.* | MDCCXXXXVII. | *leg.* MDCCXXXXVIII. |
| Pag. CLVIII. *lin.* 16. | ſiniſtram QVINTILIO, ad dextram | *leg.* dextram QVINTILIO, ad ſiniſtram |
| Pag. CLXXVI. *lin.* 19. | 15. & | *leg.* 15. pag. 119. *lin.* 5. & |
| Pag. CLXXVII. *lin. antep.* | 37: 17. | *leg.* 37: 12. |
| Pag. CLXXVIIII. *lin.* 12. | Conſujem, Ciciliæ | *leg.* Conſulem, Ciliciæ |
| *lin. pen.* | 408: 1. | *leg.* 458: 1. |
| Pag. CLXXXVIII. *lin.* 12 | 171: 5. | *leg.* 171: 5. & 7. |
| Pag. CLXXXXIII. *lin.* 17. | 96. 97. 98. 99. 100. | *leg.* CXVI — CXXI. |
| Pag. CC. *lin.* 34. | *fin.* | *fin.*) |

Vides, LECTOR HVMANISSIME, errata quædam leviora, relatu non admo dum digna, nos non minus ac graviora ſustuliſſe. ne ad extantiora, quæ qoidem adtentionem noſtram non effugerint, connixiſſe exiſtimemur. TVVM erit, operam noſtram æqui bonique conſulere, & erroribus, quos ſive animadvertimus ſive non animadvertimus, ignoſcere. ΠΟΛΛΑ ΠΤΑΙΟΜΕΝ ΑΠΑΝΤΕΣ.

# PRINCIPI . EMINENTISSIMO
## ANGELO.MARIAE.CARDINALI
# QVIRINO

Jo. Gaspar Hagenbvchivs

S. P. D.

INDICE Epigraphico, ut vides, abſoluto, de quo, quia ſimilem in aliorum libris nusquam deprehendi, TVA maxime exiſtimatio, PRINCEPS CARDINALIS eruditiſſime, valebit;

*Quum deſtinaſſem operis habere terminum,*

& jam in eo loco res eſſet, ot ultima impoſita manu volumen, TVIS non modo AVSPICIIS ſusceptum conſcriptumque, ſed TVIS etiam SVMTIBVS juſſum Heideggerianis typis excudi, excuſum ad TE mitteretur: ſimili oti cœpi ſortona, atque oſus ſom, cum Epiſtolæ Epigraphicæ abhioc biennium exiverunt.

Tunc enim nuntius lætiſſimus necopino mihi eſt adlatus de Inſcriptione antiqua in urbis ooſtræ tilieto eruta, in quam ſtatim commentarium, ΤΕΣΣΑΡΑΚΟΣΤΟΛΟΓΙΟΝ TVRICENSE inſcriptum, non potui non moliri, cum Epiſtolisque Epigraphicis ſimul publicare.

Nunc quum mea DE DIPTYCHO BOETHII CONS. AD EMINENTISS. QVIRINVM Epiſtola exire geſtiret, immo tantum non exiret, quippe & Appendice ejus jam ad finem perducta, lepide omnino proſpereque evenit, DIPTYCHON AREOBINDI COS. quod vel TE judice Diptycho Boëthii Conſulis Brixiani mereatur conferri, apud nos TVRICI repertum eſſe tam adtemperate, ut nihil ſupra. Vbi primum his oculis ebur antiquom ex tenebris productum conſpexi, ſuſtuli manus. Tanta fuit ἐναργία, ut illud neſcio quod non fortuitum, ſed divinum videretur.

*Nam ipſa mihi Opportunitas non potuit opportunius*
*Advenire, quam haec' allata eſt mihi opportune eburnea* ( tabula.)
*Nam hæc allata cornucopiæ eſt, ubi ineſt quicquid volo.*

Mene

Mene hoc εὕρημα QVIRINVM celare ? Tum pol ego collectam effunderem gratiam TVAM omnem , & in reprebenſionem graviſſimam animi ingrati , quo crimine aliud turpius non eſt , incurrerem. Quid enim me dignius , quam TVVM communicatæ mecum tabulæ Brixianæ beneficium munere quam ſimillimo remunerari ? quo Brixiæ , ſcio , non minus gaudebis , ac ipſe GORIVS Florentiæ. Quantus enim Theſauri Diptychorum Goriani patronus ſis , non prætermiſi commemorare th. VIII. pag. VIIII. & X. quæ qui legerit , QVIRINVM Mæcenatem admirabitur , TEque ANGELVM Gorii tutelarem collandabit.

Harum voluptatum noſtrarum , quas TIBI narrare incipio , inventor nobis fuit ſpectatiſſimus Reip. Turicenſis Senator , isque ex eorum numero , quos *liberæ electionis* ſex tantum babemus , IO. HENRICVS HOTTINGERVS , *Io. Henrici Hottingeri* ex *Conrado* nepos , πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων , maxime ſolers

*- - - - - vitas hominum arte medendi*
*Porrigere , & fatis amplificare moras,*

Hic ab Inl. BLAVRERO noſtro , eximio illo rei noſtræ publicæ & literariæ decore, in ſermone familiari , in quo de TE , QVIRINE præcellentiſſime , deque diptycho Brixiano ſeu Barbiſoniano , nec non de Turicenſi ſeu Geſneriano , jucundiſſime confabulabantur , ſubmonitus , forte ex *magni Hottingeri* hereditate priorem ſeu dextram diptychi partem , qua adhuc careamus , penes heredum heredes reſtare ; ejusmodi tabulam In rebus ſuis , quas plurimas babet congeſtas , vidiſſe ſibi viſus, haud multis poſt diebus , quo potuit primo tempore , quamvis magnis occupationibus quotidie in eum quaſi facto agmine incurrentibus , ἐπιμελῶς domi ſuæ ſcrutatus, neque Inl. BLAVRERVM conjectura , neque ſe memoria falſum eſſe lætus invenit, in lucemque protraxit dextrum ebur , quod omnibus inſciis delituerat. Heuretes ita nobis factus conſultiſſimus Senator , idemque medicus nobiliſſimus atque optimus, HOTTINGERVS , reip. literariæ præſtantiſſime conſuluit , neque minorem ab eruditæ antiquitatis amatoribus hac vetuſtatis tabula inſigni in vitam reducenda iniit gratiam , atque illi habent , quos difficillimis morbis implicitos ipſe multorum annorum uſu peritiſſimus qua pollet arte ſanat.

Siniſtram diptychi Turicenſis partem Geſnerianam , quinto abhinc anno delineatam primum Divionem ad BOVHIERIVM , moxque deinde Florentiam ad GORIVM miſi. quam Io. Iacobus HOTTINGERVS , ejusdem *Io. Henrici* filius , Theologus patre non minor , μακρόβιος anno MDCCXXXV. præcipite a ſenectute ipſa diſſolutus , heredibus ſuis reliquit , & nunc adſervat clariſſimus & doctiſſimus linguæ Hebrææ Profeſſor Io. Iacobus GESNERVS , cum quo GESNERA , ſpectatiſſimi Senatoris Io. Iacobi GESNERI filia , Io. Iac. HOTTINGERI neptis , matrimonio eſt juncta. cujusmodi exempla ejusdem gentis conjugum apud nos , regulæ Reineſianæ, olim apud Romanos uxores conjugum ſuorum gentes ſecutas eſſe, oppoſui in Tetrap. pag. 591. *ante med.* & pag. 601. *init.*

Ad diem III. Idus Ianuarias MDCCXXXXVIIII, qua die optimus Heideggerus noſter ſolium) (ſignatum, *Ordinem voluminis* noſtri edocens; nec non poſtrema *Appendicis Epigraphicæ* folia, præter epiſtolam ad celeb. BECKIVM paginas *Indicis Epigraphici* ſeptem priores complexa, quæ prælum reliquerant, Brixiam ad TE perferenda tabellario dedit, cum eo de ipſo faſtigio, operi, quod tantom TIBI debere gratiſſimi, ingentique TVI admiratione perculſi, uterque profitemur, imponendo ſum collocutus. Nobis colloquentibus, adeoque in ipſo tempore, ſupervenit Cl. GESNERVS, quem dixi, Io. GESNERI, ſupra pag. CCVIIII. *lin.* 15. a me commemorati frater, de inventa Turicenſis diptychi tabula altera ante alios omnes me certiotem facturus. Nec mora: Acceptam ab Inl. BLAVRERO, cui ſpectandam ſtatim miſerat excellentiſſimus HOTTINGERVS, tabulam Hottingerianam, una cum Geſneriana, quam domo ſua adferri juſſit amiciſſimus GESNERVS, oculis fidelibus ſubjicimus. Ebur Hottingerianum tale ſe nobis ſtitit, quale eborarii olim manus exſculpſit, integerrimum; nulla ſui parte imminutum aot læſum; cujus candori cinereum colorem ſitus ipſe obduxit. Geſneriani quædam rupta; figuræ extantiores multæ ſummis partibus detritæ; omnia magis candent: quod vetuſtatis ſitus expurgationibus, contrectationibus, forte & vexationibus, quum παίγνιον aliquando eſſet, cedere eſt coactus.

Utramque tabulam juxta poſitam conferentes nullo labore, moleſtia nulla, omnia congruere, & unius ejusdemque diptychi fuiſſe, deprehendimus: neque quisquam ſpectator hanc oculis ſuis fidem negabit. Tanto minus dubitandum videtur, I. Henr. HOTTINGERVM,

- - - - - - *fama ſuper æthera notum*,

queot anno MDCLXVII. Limagi undis immature raptum qui legat in viri ſummi vita ab HEIDEGGERO Th. D. eodem anno deſcripta & edita, vix ſibi a lacrymis temperet, ambas quomdam tabulas poſſediſſe, & poſt parentis [illegible] fata, filios duo natu minimos, nondum tunc ex ephebis egreſſos, diptychi paterni heredes ita factos eſſe, ut Io. IACOBVS partem ſiniſtram, dextram CONRADVS acceperit.

Satis diu Diptychi Turicenſis tabulæ fuerunt disjunctæ divulſæque, digniſſimæ, quæ in ærea tabella, QVIRINIana Boëthii viam pulcerrime præeunte, ſimul ſpectentur. quod ut rite, ut accurate fiat, mira facilitate ambo poſſeſſores, HOTTINGERVS Senator prudentiſſimus, & GESNERVS collega conjunctiſſimus, ſuum uterque ebur meis, chalcographi operam adhibituri, uſibus conceſſerunt. Hoc conſilium noſtrum TIBI, QVIRINE omnibus rebus excellentiſſime, & bono rei literariæ atque antiquariæ nate, nos adprobaturos eſſe niſi confiderem, propenſiſſimæ benivolentiæ TVAE diffidere, & prolixiſſima liberalitate TVA aut nolle frui, aut uti neſcire, ipſe mihi viderer. Sum vero in ære TVO, qui ipſum æs TVVM Brixianum, in quo Diptychum BOETHII perfecte exprimendum curaviſti,

uſque

uſque a Brixia TVA ad me Turicum miſeris, ut voluminis noſtri frons BOETHII conſulis imagine TVO unius beneficio ſuperbiat. Ejuſdem operis, TVI magis quam mei, finis imagine conſulis AREOBINDI niſi niteſceret, occaſionem

*Mihi oſtentam, tantam, tam brevem, tam optatam, tam inſperatam,*

maxima mea culpa amiſſam eſſe, quam indignareris!

*- - - - - - - Ergo non levitas mihi,*
*Sed certa ratio cauſſam ſcribendi dedit.*

Tabula HOTTINGERI ſumma has literas oſtentat expreſſas:

FL. AREOB. DAGAL. AREOBINDVS. V. I.

i. e. FL*avius* AREOB*indus* DAGAL*aiphus* AREOBINDVS V*ir* I*nluſtris.*

In veterum libris Faſtorum Conſularium duo referuntur conſules AREOBINDI, hoc nomine ſuo ultimo, uti mos erat, tantum inſcripti. Prior a. Cti CCCCXXXIIII. cum *Aſpare.* Poſterior a. Cti DVI. collega *Meſſala.* Neutrius *Areobindi* nomina reliqua eruditi Faſtorum commentatores dare potuerunt. Quanta igitur tabulæ Hottingerianæ eſt excellentia, ex qua reliqua conſulis nomina omnia docemur, quæ ex veterum libris omnibus non addiſcuntur. Aliorum quoque diptychorum hanc eſſe præſtantiam noſti me ad BOVHIERIVM, ad TE, & ad GORIVM jam ſcripſiſſe. v. ſupra pag. CLXXXVIIII. *lin. 6.*

Vter AREOBINDVS in diptycho Turicenſi ſculptus eſſet, quum dubius hærerem, in hanc ſententiam propendi, ſeculi ſexti potius quam quinti conſulem AREOBINDVM Turici nobis ex tenebris emerſiſſe. cui opinioni meæ pondus quoddam ut dem, quædam antiquitatis teſtimonia a me in medium proferri operæ erit.

Theophanes in Chronographia ad annum XIIII. Anaſtaſii Imperatoris, i. e. ad a. Cti DIIII. pag. 125. B. edit. Pariſ.

Τούτῳ τῷ ἔτει στέλλεται παρὰ τοῦ βασιλέως· Ἀναστασίου στρατιὰ Γότθων τε, καὶ Βεσσῶν, καὶ ἑτέρων Θρᾳκῶν ἐθνῶν, στρατηγοῦντος τῆς ἑῴας, καὶ ἐξαρχοῦντος αὐτῆς Ἀρεοβίνδου τοῦ Δαλαγαίφου παιδὸς Ὑπάτου γεγονότος Ὀρδιναρίου (τούτου πρὸς πατρὸς ἐγένετο πάππος Ἀρεόβινδος, ὁ κατὰ τὸν Θεοδοσίου τοῦ νέου χρόνον εὐδοκιμήσας κατὰ Περσῶν, ἐτέχθη δὲ Ἀρεόβινδος τῷ Δαλαγαίφῳ ἀπὸ Δυαγησθέας τῆς Ἀρδαβουρίου θυγατρὸς τοῦ παιδὸς Ἄσπαρος, οὗ πρόσθεν ἐμνημονεύσαμεν) ἐπὶ δυναστείᾳ μεγάλῃ. Συναπεστάλησαν δὲ τῷ Ἀρεοβίνδῳ καὶ ἕτεροι πλεῖστοι στρατηγοί.

Hoc anno Gotthorum, Beſſorum, & aliarum Thracicarum nationum exercitus Orientis Duci Præfectoque Areobindo Dalagaïphi filio, qui cum poteſtate magna dignitateque Conſulatum Ordinarium geſſit, commendatus ab Anaſtaſio Imperatore mittitur. Huic ex patre avus fuit Areobindus, qui Theodoſii Iunioris temporibus in præliis adverſus Perſas claruit. Porro Areobindus Dalagaïpho patri e Dyageſthea Ardeburii filia, & Aſparis, cujus nomen ſupra memoratum, nepti ſuſceptus fuit. Areobindo pariter ſocii plures dati ſunt, & cum eo miſſi Duces.

Ad hunc locum COMBEFISIVS hæc notat, pag. 641. *fin.* „Οὗ πρόσθεν ἐμνημο-„νεύσαμεν ἐπὶ δυναστείᾳ μεγάλῃ. Barb. Peyr. &c. *Cujus Aſparis meminimus ſupra, hominis* „*in magna poteſtate conſtituti*: tanta ſcilicet, ut & Leoni Imperii faſces auctoritate de-„tulerit, etſi ab eo poſtea oppreſſus ſit. Nihil hic perturbatum, quale Buccardus „queritur, niſi quantum mala interpunctio fecit, ac importuna parentheſis.„ Verba ἐπὶ δυναστείᾳ μεγάλῃ a prioribus ſoluta ſequenti ſtatim verbo συναπεστάλησαν jungi commode ſatis poſſunt. Ἐπὶ δυναστείᾳ μεγάλῃ συναπεστάλησαν τῷ Ἀρεοβίνδῳ, eliſa δὲ particula, quam in Palatino codice deeſſe in Theophanis textus variis lectionibus pag. 523. *poſt med.* adnotatum lego.

Quia interpres latinus voces ἐπὶ δυναστείᾳ μεγάλῃ intervallo nimis longo ab Ὑπά-του γεγονότος Ὀρδιναρίου ſejunctas male conjunxit, *qui cum poteſtate magna dignitateque Conſulatum Ordinarium geſſit*; non modo poſtrema, ἐπὶ δυναστείᾳ μεγάλῃ, quæ nullis fidiculis ad Dagalaiphum Areobindi patrem pertraxeris, ſed etiam priora, Ὑπάτου γεγονότος Ὀρδιναρίου, ad Areobindum ipſum retulerit oportet. Sed ut verba Theophanis, τοῦ παιδὸς Ἄσπαρος, poſt θυγατρὸς, ad Ἀρδαβουρίου referri articulus maſculinus docet, *qui* (Ardaburius) *fuit filius Aſparis*: ſic genitivi, Ὑπάτου γεγονότος Ὀρδιναρίου, poſt τοῦ Δαλαγαΐφου παιδὸς, ambigue poſiti ad Δαλαγαΐφου redeunt, *qui* (Dagalaiphus) *Conſulatum geſſerat Ordinarium.* Areobindus enim anno XVI. Anaſtaſii Imperatoris, i. e. a. Cti DVI. conſul ordinarius factus demum eſt, quum pater ejus DAGALAIPHVS conſulatum jam geſſiſſet a. Cti CCCCLXI.

Relandus Faſt. Conſ. pag. 641. conſulis DAGALAIPHI nomen varie ſcriptum proferens, *Dagalaiſus*, *Gadalaiſus*, *Gadelaiſus*, Δαλαγαΐφου apud Theophanem ſcribit legi, non Δαγαλαΐφου. Eſt ita, ut monet. at in variis lectionibus ad Theophanem, quas paullo ante citavimus, editum eſt, pro Δαγαλαΐφου in Palatino codice Δαλαγ. haberi. quæ vitio non carent. neque enim textus Pariſienſis Δαγαλαΐφου habet, ſed Δαλαγαΐφου, & interpres *Dalagaiphum*, ut neſcias quid ſibi velit enotata Palatini codicis lectio Δαλαγ. niſi enotator ſcripſerit, Δαλαγαΐφου, Pal. Δαγαλ. Nominis DAGA-*Laiphi* ſcripturam veriſſimam eſſe, tabula monſtrat Hottingeriana, in hujus nominis orthographia centum codicibus græcis & latinis præferenda.

Pariſienſis editio Theophanis in iisdem lectionibus variis tantum adfert, Codicem Vaticanum ſub numero 154. pro Δυαγηθίας ſcribere Τεδηθίας, ut ex ſilentio Pariſienſium intelligatur, eumdem Vaticanum codicem in nomine mariti ejus a corrupte edito Δαλαγαΐφου non abire. id quod nemo certius examinabit, quam Princeps Eminentiſſimus Cardinalis QVIRINVS, cui principem Bibliothecæ Vaticanæ curam a Pontifice maximo commiſſam eſſe quidquid doctorum eſt jamdiu vehementer lætatur.

Auctor

Anctor Chronici græci, quod a Caſaubono acceptum in opere Scaligeri Euſebiano græce editum eſt, hæc habet ad a. Cti 464. pag. 290. *extr.*

### ΥΠ. ΡΟΥΣΤΙΚΙΟΥ, καὶ ΟΛΥΒΡΙΟΥ.

Ὀλύβριος πεμφθεὶς ἐν Ῥώμῃ ὑπὸ Λέοντος βασιλέως, καὶ βιασθεὶς ὑπὸ τῶν ἐκεῖσε Ῥωμαίων ἐκεῖσε χειροτονεῖται βασιλεύς. καὶ ἔσχεν γυναῖκα Πλακιδίαν, τὴν καὶ ἀγορασθεῖσαν, ἤγουν ἀναρυσθεῖσαν ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας. Οὗτοι ἔκτιζον τὴν ἁγίαν Εὐφημίαν τὰ Ὀλυβρίου. καὶ γεννᾷ ἐξ αὐτῆς Ὀλύβριος Ἰουλιάναν τὴν γενομένην γυναῖκα Ἀρεοβίνδου τοῦ μεγάλου, τοῦ μονομαχήσαντος ἐν Περσίδι, ἐξ οὗ γεννᾶται Ὀλύβριος ὁ μικρός.

Olybrius Romam miſſus a Leone Imperatore, coactus ibi Imperator inauguratur, ducta uxore Placidia illa a barbaris ſervitute liberata. Hi extruxerunt D. Euphemiæ Eccleſiam, quæ Olybrii cognominatur. Genuit Olybrius ex Placidia Iulianam, conjugem Areobindi Magni, qui in Perſide ſingulari certamine cum hoſte eſt congreſſus. Ex quibus natus eſt Olybrius Iunior.

& ad a. Cti 491. pag. 293. *extr.*

### ΥΠ. ΟΛΥΒΡΙΟΥ ΜΟΝΟΥ

Ῥωμαίων μεʹ ἐβασίλευσεν ἈΝΑΣΤΑΣΙΟΣ ὁ Δίκορος ὁ ἐκ τῆς νέας Ἠπείρου ἐπαρχίας ἀπὸ Σιλεντιαρίων, ἐπὶ τῆς ὑπατείας Ὀλυβρίου υἱοῦ Ἀρεοβίνδου, στεφθεὶς μηνὶ Ξανθικῷ.

Anaſtaſius Dicorus ex novæ Epiri provincia oriundus, ex Silentiario quadrageſimus quintus Romanorum Imperator coronatus fuit conſule Olybrio Areobindi filio ſine Collega, menſe Xanthico.

& ad a. Cti 507. pag. 294. *med.*

### ΥΠ. ΑΝΑΣΤΑΣΙΟΥ ΑΥΓ. ΤΟ Γ. καὶ ΒΕΝΑΝΤΙΟΥ.

(Ἦλθον οἱ δῆμοι εἰς τὸν οἶκον) Ἰουλιάνας τῆς ἐπιφανεστάτης Πατρικίας. ἔκραζον διὰ (δὲ) τὸν αὐτῆς ἄνδρα Ἀρεόβινδον βασιλέα τῇ Ῥωμανίᾳ. καὶ ἔφυγεν ὁ Ἀρεόβινδος πέραν. κατὰ λοιπὸν ὁ βασιλεὺς Ἀναστάσιος ἀνῆλθεν (εἰς τὸ κάθισμα τοῦ ἱππικοῦ δίχα διαδήματος, καὶ τοῦτο γνοὺς ὁ πᾶς δῆμος ἀνῆλθεν) εἰς τὸ ἱππικόν. καὶ διὰ προσφωνήσεως αὐτοῦ καὶ (forte ἐκεῖ) μετεχειρίσατο τὸ πλῆθος τῆς πόλεως.

Venerunt factioſi domum Iulianæ Illuſtriſſimæ Fœminæ. Maritum vero ejus Areobindum Imperatorem Romanorum proclamarunt. Areobindo autem, ne invitus Imperium ſuſcipere cogeretur, Peram fuga elapſo, aſcendit Anaſtaſius in Solium imperiale Circi ſine diademate, & totum populum, qui, cognita hac ipſius ſubmiſſione, eo convolaverat, allocutione ſibi reconciliavit.

Verſionem latinam viſum eſt ad latus ponere, & loci tertii initio manci ſupplementum parentheſi includere, ex Lambecii Bibl. Vindob. lib. 2. cap. 7. p. 577. 578. Altera parentheſis verba habet in libro Scaligerano omiſſa, quia a priore ἀνῆλθεν ad poſterius ἀνῆλθεν eſt factus ſaltus. de omiſſionibus hujusmodi v. ſupra pag. LXV. *lin.* 12. In vertendis verbis ἔφυγεν ὁ Ἀρεόβινδος πέραν vellem *Peram* omiſiſſet Lambecius: ſuffeciſſet enim *fuga elapſo*, ſcilicet *in regionem ulteriorem*: ne ex appellativo vocabulo ſeu

loci adverbio *πέραν*, in editione Scaligeri litera π minuſcula edito, proprium urbis nomen *Pera* emergat. Hæc ex Cbronico hoc græco aliter non potui ounc dare, neque Monachienſi, ſeu Raderiana, *Chronici Alexandrini*; neque Pariſienſi, ſeu Cangiana, *Chronici Paſchalis* editione inſtructus.

Ex iis, quæ græce hacteous adtulimus, facile eſt, hoc diagramma, quod illuſtrando diptycho Turicenſi mire inſerviat, conficere.

Ardaburius *ſenior.*
*Cos. a.* 427.

Valentinianus III. — *Imp. a.* 425.
Areobindus *ſenior.*
Aſpar. — *par Conſulum a.* 434.
Ardaburius *junior.* — *Cos. a.* 447.

Placidia, *uxor* Fl. Anicii Olybrii *Conſulis a.* 464. *Imperatoris a.* 472.
Dagalaiphus, *cui uxor* Dyagesthea, *vel* Godeſthea. — *Cos. a.* 461.

Anicia IVLIANA, *cujus maritus* AREOBINDVS *junior*, MAGNVS. — *Cos. a.* 506.

Olybrius *junior*, *Cos. a.* 491.
*cui uxor Irene, filia Magnæ, ſororis Anaſtaſii Dicori, ex Silentiario a.* 491. *Imperatoris creati.*

Ita ſine labore intelligimus, cur AREOBINDVS, conſul a. Cti DVI. in tabula Hottingeriana nominibus quoque AREOB. DAGAL. ſit uſus. Pater enim ejus *Dagalaiphus* erat dictus, avus autem *Areobindus*. Illa tempeſtate ſæpe nepotes nominibus avorum dicti ſunt. cujus rei vel diagramma noſtrum duo præterea exempla ſiſtit; de Ardaburio avo *Areobindi* materno, oomine avi ſui paterni dicto; & de Olybrio *Areobindi* & *Iulianæ* filio, cui Olybrius avus erat maternus. unde & Conſul noſter poſt AREOB. DAGAL. κατ' ἐξοχὴν AREOBINDVS elt dictus, quo poſtremo nomine uno tunc maxime dicebantur. Alios interdum multinomines poſtremum nomen ſuum in prioribus nominibus quoque habuiſſe ex aliis diptychis cognovimus. v. ſupra operis bujus oomioe TVO commendabilis pagina XVIIII. lit. F. G. & H. I. ſeu diptycba trium ejusdem ſexti ſeculi conſulum, *Clementini*, *Anaſtaſii*, & *Philoxeni*. cui mori ejusdem nominis in fine repetiti ex diptycbo noſtro lucem accendi video majorem, quod *Areobindum* avi nomeo novimus ſecundo loco & quarto ſimul babuiſſe: unde conjicimus, repetendis ita nominibus cuidam progenitorum honorem habitum inprimis eſſe.

De

De nomine FL*avius*, Areobindi ceteris tribus præpoſito, multis me verbis dictum eſſe ne quis exiſtimet. Scripſi de nomine *Flavio* in epiſtolis epigraphicis, quantum ſatis ſit, v. ad Nob. BLAVRERVM pag. (30) (31)

FLAVIVM Areobindi nomen uni tabulæ Hottingerianæ acceptum ferimus. Idem nomen Areobindi noſtri in conſulatu collega, Meſſala quoque habuit, pluribus nominibus *Flavius Ennodius Meſſala* appellatus, ut Muratorianam de *nomine* hujus Meſſalæ *Flavio* dubitationem adjuvi, quum monerem, eidem Meſſalæ nomen *Ennodii* Relandum haud temere dediſſe, ad Bouh. pag. 320. *lin.* 21.

Quæ, contra MVRATORIVM a me ibi ſcripta, quum relego, & lapidem FL. MESSALA conſule erectum in Mur. 416; 3. ad a. Cti DVI. quum revolvo, non poſſum teneri, quin de alio heic agam lapide, qui in oculos nunc incurrit meos, quia eadem pagina loco 2. ad a. Cti DV. a Muratorio eſt datus. neque quiſquam ſuſpicetur, me, a celeberrimo Inſcriptionum editore de Inſcriptionibus Theſauri præſtantiſſimi ab eo editi explicandis & illuſtrandis toties in diverſa abire coactum, MVRATORIanam eruditionem, quanti mereatur fieri, non facere. Qui id ita interpretarentur, aut immodeſte me Polyhiſtoris hujus laudibus obtrectare criminarentur, næ illi aut ſuam rei epigraphicæ imperitiam, aut animum jejunum & ipſa malevolentia ſuffuſum proderent, obliti certe aut male diſſimulantes ſe legiſſe, quæ in diatriba de Græcis quibusdam Theſauri novi Muratoriani marmoribus metricis pag. 5. & 6. a me ſcripta legi poſſunt. Legi ego nuper in FLORENTINAE SOCIETATIS noſtræ COLVMBARIAE Actis, conſilio inclytiſſimi MVRATORII publicari maxime cœptis, pag. LXXIII. tantum eſſe nominis Muratoriani ubivis gentium claritudinem, ut eum norint

*Et Tagus, & Ganges; forſan & Antipodes.*

come di Giovanni Pico della Mirandola fu detto. Et qui meus ſit de vaſta MVRATORII doctrina ſenſus, etiam ubi eum inter & me ſummus ęſt diſſenſus, locupletiſſimus TV mihi teſtis es, QVIRINE præclariſſime, eorum facile memor, quæ de eo inter nos ſumus collocuti, qua die mihi obtigit ora TVA obtueri, TVOque adloquio frui, tam comi, tam benigno, ut mihi perſonam TVAM depoſuiſſe, ipſe TIBI cum familiariſſimo verſari fueris viſus. v. ſupra pag. CLVIII. *lin.* 30. Quoties GRVTERVM & SCALIGERVM, quoties REINESIVM, quos viros, de antiquitate epigraphica immortaliter meritos, veritatis ſtudioſo ſequi non licet? Virum laudatiſſimum MVRATORIVM, ſuæ ſibi laudis conſcium, magnis Inſcriptionum editoribus meo quoque judicio non minorem, male aut dubie in magno opere, vere Theſauro, tradita, ab aliis emendari, aut quoad propius vero accedere dabitur, conjecturis adjuvari, cur non credam æquiſſimo animo ferre, & vel ipſum hoc maxime cupere?

Ad a. Cti DV. hæc ſunt in Theſauro Muratoriano 416: 2. „Ad hunc annum (quo „*Sabinianus* & *Manlius Theodorus* conſulatum geſſere) ſpectare opinor ſubſequentem „hanc inſcriptionem, in cujus fine legendum videtur SABINIANO ET THEODO- „RO COSS.

„ *Romæ, in Sancti Martini in Montibus.*

„ *E ſchedis Donii miſit Gorius.*

„ HIC REQVIESCIT AMANTIA QVAE VIXIT

„ ANN. LXX DE XV DP KAL SEPTEMBRIS

„ DORO VV CC IN PACE„

Poterat eodem jure ſeu injuria referre ad a. Cti CCCXCIX. quo modo illic datum aliud ſaxum pag. 397. loc. 2. dubitavit, annon huc ad a. Cti DV. pertineret. Quid ſi lacunam - - - DORO, neutro *Theo*DORO, ſed *Iſi*DORO ſuppleamus, ut pertineat ad a. Cti CCCCXXXVI. Quod ſuſpicione quadam ductus conjeceram, conjecturæ Muratorianæ incertum oſtenſurus, id verum deprehendi ex Syntagmate Gudiano, cujus cum Theſauro ſuo conferendi labore utinam Muratorius non ſuperſediſſet. Poſtrema ſaxi ante IN PACE in Gud. 365: 5. ſic leguntur CC. SENATORES. ISIDORO. VV. CC. pro quibus Relandus in Faſt. Conſ. ad a. Cti CCCCXXXVI. pag. 608. ante editum Gudii opus ex MS. Gudian. ſic ediderat CC. SENATORE. ET. ISIDORO. VV. CC. quæ etſi ſatis bene C*onſulibus* SENATORE ET ISIDORO V*iris* C*lariſſimis* legi poſſe videantur, malim tamen amplecti lectionem verſus ultimi integri ab ipſo Muratorio, ſe cum lacuna 416: 2. dediſſe immemore, ſic editam 2001: 1. FLL SENATORI ET ISIDORO VV CC, i. e. FL*aviis duobus* SENATORE ET ISIDORO V*iris* C*lariſſimis.* Cum de nomine *Flavio* πληθυντικῶς heic FLL. ſcripto, tum de ellipſi *conſulibus* poſt VV. CC. vide ad Bouh. pag. 344. 345. Relandus *loc. cit.* & eum ſecutus Muratorius, utroque loco, 416: 2. & 2001: 1. par conſulum anni CCCCXXXVI. his nominibus adpellarunt, *Flavius Anthemius Iſidorus* & *Senator.* Nonne poſteriore loco Muratorius & *Senatorem* nomine *Flavio* augere debuiſſet ex lapide ibi repetito, fidem nobis faciente, etiam collegam *Flavii Anthemii Iſidori* dictum eſſe *Flavium Senatorem?*

In tabula Hottingeriana literæ quædam, inprimis initialis F, & vocis DAGLA media ſeu G, ab antiqua forma Romana ita abeunt, ut quamvis longitudine ſua productiores extent, figura tamen earum minuſculis, quibus latina vulgo ſcribuntur, f & g, magis adſimilatæ ſint. Dantur & ſaxa, in quibus cum literis majuſculis quædam minuſculæ temporibus cadentis latinitatis ſimul inciſæ ſpectantur: ad quod argumentum alibi tractandum, delabi nolo. nequeo tamen, quin moneam, facile quemque, qui tabulam Hottingerianam cum ænea diptychi Clementini conſulis tabula, frontem diſſertationis Noricæ Negelinianæ ornante, compoſuerit, vel ex ſi-

mili

mili literarum forma per ſe exiſtimatorum eſſe, diptycha duo, Noricum & Turicenſe, non modo ejusdem ſeculi, ſed & eorumdem prope annorum eſſe. Noricum a. Cti DXIII. fabrefactum, Turicenſe ſeptimo ante anno, DVI.

Forma τῦ G in diptychis duobus, Turicenſi & Norimbergenſi, videnda, minus ſolita, ut niſi ad inferiorem obliquitatem adtendas diligentiſſime, C tantum eſſe videatur, mihi ſuſpicionem movet, forte in Diptycho Oreſtis conſulis non CENNAD, ſed GENNAD, ſculptum eſſe. licet literarum C & G inter ſe mutationem non neſciam. de quo nobis, ſpero, conſtabit, ſi vir præſtantiſſimus, cujus curæ doctiſſimus GORIVS id a ſe commendatum eſſe ad me ſupra pag. CLXXXVI. ſcripſit, Diptychon iſtud accuratiſſime delineandum curaverit.

AREOB. & AREOBINDVS. orthographiam nominis hujus præclare docent. Reliquarum ſcribendi rationum apud Relandum Faſt. Conſ. ad a. Cti CCCCXXXIIII. pag. 605. videndarum, *Areobinda*, *Ariobinda*, *Ariobindus*, *Ariovindus*, *Hariobindus*, partim librarii & ſcribæ inconſideratiores, partim antiquitas ipſa idem nomen variante nonnihil ore pronuntians, cauſſam ſuſtinere oportet. Relandus, a quo avus a. Cti CCCCXXXIIII. conſul, *Ariovindus*; nepos a. Cti DVI. conſul *Areobindus* eſt ſcriptus, pag. 677. monet, Procopio hoc nomen Ἀρεοβίνδος (leg. προπαροξυτόνως Ἀρεόβινδος) ſolere ſcribi. Addo, quod in Suida legatur,

Ἀρεόβινδος. ὄνομα κύριον. Areobindus. Nomen proprium.

quod Suidas in Lexicon ſuum tranſtulit forte ex Procopio, cujus libros eum valde triviſſe, neque ſemper nominaviſſe, conſtat.

In diagrammate AREOBINDO conſuli a. Cti DVI. juncta eſt ejus *Anicia* IVLIANA. Maritum in ebore conſpicimus Turicenſi. Uxoris imaginem cupis ſpectare? Spectandam primum dedit Petrus LAMBECIVS Hamburgenſis, Bibliothecæ Cæſareæ Vindobonenſis bibliothecarius, in Cnmmentariis de eadem bibliotheca, cujus vide iconiſmum ad libri ſecundi caput ſeptimum, inſertum inter pag. 570. & 571. ex *Cæſareo* ſeu potius *Aniciano* Codice *Dioſcoridiano*: „qui (codex, ut „a. 1668. ſcripſit *Lambecius* pag. 523.) non tantum vetuſtate ſcripturæ ſine ulla con-„troverſia *mille & centum ſexaginta tres annos* ſuperat, verum etiam æque antiquis „*Iuliana Aniciæ*, variorumque illuſtrium *Medicorum* veterum, & plantarum, anima-„lium, aliarumque rerum iconibus accuratiſſima delineatione & vivaciſſimo poſt „integra *undecim* ſecula coloratu expreſſis, mirifice exornatus eſt.„ & pag. 590. „Quanquam *Busbeckius* ſcribit, Codicem hunc non pluris quam *centum Ducatis* „emptum eſſe, res ipſa tamen maniſeſtiſſime demonſtrat, ſi partim quidem ſcriptu-„ræ ipſi, partim autem ornatui ejus & unicuique imagini plantarum & animalium, „quæ ibi depicta ſunt, exiguum duntaxat pretium mercedis loco aſſignetur, ne „*quingentorum* quidem *Ducatorum* ſive *mille Imperialium* impenſa talem Codicem nunc

„deſcribi & ſimiliter adornari poſſe. Quod ſi vetuſtatis inſuper debita habeatur „ratio, quis negaverit, Codicem iſtum longe majoris eſſe pretii? quippe qui jam „*mille & centum ſexaginta tres annos* ſuperat, ſi ab anno Chriſti *quingenteſimo quinto*, „in cujus actis *Theophanes* Chronographus Templi Beatiſſimæ Dei-Genitricis, a *Iu-* „*liana Anicia* Conſtantinopoli exſtructi, meminit, continua ſeries temporum uſque „ad præſentem annum 1668. deducatur.„ Quantulo intervallo diſtant depictæ horum conjugum imagines? Viri a. Cti DVI. Uxoris πλέον ἔλαττον anno Cti, ſecundum Theophanem, DV, ſeu XXII. Anaſtaſii Imperatoris, i. e. a. Cti DXII.

In ſchemate ANICIORVM Reineſiano, ad Rup. ep. LXIX. pag. 634. & Synt. Inſc. ad I: 39. pag. 66. maritus IVLIANAE adeſt AREOBINDA *magiſter militum* ἁπλῶς vocatus, tacito, quod miror, ejus conſulatu, quo a. Cti DVI. functus eſt.

AREOBINDVM hunc, ſeu *juniorem*, μονομαχήσαντα ἐν Περσίδι, ex ſotitudine hac cognomen τοῦ Μεγάλου, MAGNI, tuliſſe, Chronicon Caſaubonianum ſupra nobis retulit. Hæc recens nepotis gloria haud dubie veterem avi renovavit memoriam. Nam AREOBINDO quoque *ſeniori* contigerat ejusmodi victoriam reportare, ſic a Socrate Hiſt. Eccl. VII: 18. pag. 357. memoriæ literis proditam, Ἀρεόβινδος ὅτερος τῶν Ῥωμαίων στρατηγὸς τὸν γενναιότατον τῶν Περσῶν μονομαχήσας ἀπέκτεινεν. ad quem locum notæ Valeſianæ legantur. Nos hiſtoriam AREOBINDORVM non ſcribimus.

Potius ab AREOBINDIS μονομάχοις pergimus ad diptychi Turicenſis θηριομάχους ſeu beſtiarios, brevi eos indicaturi. nam ludos varios, diverſique generis, ferarum inprimis valentiſſimarum, ſpectacula conſules olim magnificentiſſime dediſſe, tralatitium eſt. quare nonniſi hoc non omitto dicere, homines mercede conductos in tabula Hottingeriana conſpici cum leonibus congredi. In Geſneriana quamvis non nihil detrita figuram hominis ſtramine diſtentam, ſuffarcinatamque, in quam urſi pro vero homine ſævirent, ab Inl. BLAVRERO meo pulcre obſervatam eſſe in mea ad eum epiſtola pag. (28.) *lin.* 18. legiſti. De ferarum certamine in tabula Divionenſi expreſſo v. ad Bouh. pag. 275. *lin.* 15. Quod ſi Diptychi Divionenſis tabulam dextram fors fortuna offerret, ut Hottiogerianam obtulit, quartum quoddam certaminis genus videremus.

Geſnerianæ tabulæ literas eſſe legendas hunc in modum;

EXC*omes* SAC*ri* STA*buli*, ET M*agiſter* M*ilitum* P*er* OR*ientem*, EXC*onſul*, C*onſul* OR*dinarius*;

in Epiſtolis Epigraphicis ita ſcriptum eſt, ut multæ earum paginæ verborum illorum explicationibus Bouhierianis meisque ſint rigatæ. quæ, ſi pro STILICONE, ut tunc cum doctiſſimis quibusque tabulæ Divionenſis interpretibus non modo credidimus, ſed etiam non credere non potuimus, AREOBINDVM cogites, ita ſatisfaciunt,

faciunt, ut omne nunc otium nobis faciant. Iamque claudebam rivos, niſi ſpicilegio poſt meſſem eſſet locus.

Baudelotiani libri, in quo ænea diptychi Divionenſis tabula primum eſt data, editionem poſteriorem, Rotomagenſem a. 1727. qua ab amico accepta antea utebatur, a priore, quæ Bouhierio ad manus erat, differre, ex iis intellexi, quæ de laminæ DEAE BIBRACTI votæ loco contra Muratorium uterque ſcripſimus pag. 70. *lin.* 26. & pag. 115. *lin.* 21. Nunc in editione priore Pariſiis a. 1686. curata, quam paucis ante diebus, quam tabula Hottingeriana inventa eſt, mihi emeram, ectypum tabulæ Divionenſis pagina Tomi primi antepenultima ſeu pag. XVIII. in Add. ad pag. 354. datum inſpiciens, video, clariſſime EXC. C. OR. inciſum eſſe, ut ambiguum minime habeam, figuram illam Rotomagenſem, in qua C & O male coaluiſſe dixi ad Bouh. pag. 47. *lin.* 15. oſcitantiam dediſſe ſculptoris, qui C literam a ſe omiſſam ante O alia deinde ratione in eodem ære vetante ſpatio addere non potuerit.

Ex lapide Turicenſi, quem cum tabula Hottingeriana initio harum literarum contuli, errorem, quo urbem noſtram *Tigurum* olim dictam fuiſſe vulgo erat creditum, maximo cum gaudio ejuravimus.

*Centum doctum hominum conſilia ſola hæc devincit Dea*
*Fortuna* - - - - - - - - - - - - - -

Non minore cum voluptate tabula ſpectatiſſimi Turicenſium Senatoris HOTTINGERI, ſpectatu omnino digniſſima, reduxit nos

- - - - - - - - - - - - *uſque ex errore in viam.*

Tabulam enim ſpectatiſſimi Divionenſium Senatoris de la MARE, quidquid doctorum fuit, cumprimis tresviri Galliæ celeberrimi, & literatum multarum laude florentiſſimi, CANGIVS, MONTFAVCONIVS, BOVHIERIVS, conſuli STILICONI adſcripſerunt, dignitatibus in ebore legendis adducti, quas in STILICONEM ex veterum libris & lapidibus convenire univerſas verum fuit. neque alius quinti ſextive ſeculi conſul oſtendi quitus eſt, in quem eædem dignitates omnes quadrent, quantum quidem ex libris & inſcriptionibus antiquis cognoſci potuit. Vlla umquam conjectura ne Lynceus quidem eſſet adſecutus, tabulas diptychorum ſiniſtras, Divione & Turici adſervatas, AREOBINDI eſſe, niſi rem hanc nulla ingenii acie divinandam tabula HOTTINGERIANA declaraſſet. De AREOBINDO enim EXC*omite* SAC*ri* STAB*uli* vel STA*buli* muta erant veterum monumenta, quæ ad nos pervenerant, omnia: vocalia de STILICONE. Interpretationis ergo Diptychorum, Divionenſis & Turicenſis, de STILICONE factæ non eſt, cur eos pœniteat, qui eam ante inventum ebur dextrum HOTTINGERIANVM ſecuti ſunt.

Ppp 2 Non

Non enim eſt idem, probare, ſi quid, quod verius doceri poſſit, probandum non eſt; & ſequi, ſi quid, quia alia non patet via, ſequendum eſt.

De STILICONE explicuiſſe ſi quos pœnitere deberet, id mihi ne tunc quidem pœnitendum putarem. Reſtiti enim eorum opinioni, qui ad ſecundum STILICONIS conſulatum diptychon Divionenſe retulerunt: quia primus STILICONIS conſulatus mihi perplacuit ob formulam EXC. C. OR. de qua me rectius vidiſſe, ex tabula Hottingeriana decernitur. Hæc enim verba EXC. C. OR. docere, AREOBINDVM, quem novimus unum modo conſulatum ordinarium geſſiſſe, ante, quam eum a. Cti DVI. gereret, conſulem fuiſſe tantum codicillarem ſeu honorarium, ideoque EXC*onſulem*, C*onſulem* OR*dinarium*, inſcriptum eſſe, videbis ex iis, quæ a me, de STILICONE tunc tantum cum ceteris interpretibus cogitante, ad Bouh. pag. 294. *lin.* 20. edita ſunt.

Forte AREOBINDVS EXC*onſul* fuit ante, quam filius ejus *Olybrius* a. Cti CCCCLXXXXI. *Conſul Ordinarius.* hunc enim filium quintodecimo anno ante, quam patrem, conſulatum ordinarium geſſiſſe ex diagrammate videmus. Altius nunc non inveſtigo.

Tabulam Senatoris Divionenſis de la MARE, & tabulam Profeſſoris Turicenſis GESNERI, ejusdem conſulis non eſſe, ſententia BOVHIERII tulit in Epp. Epigr. pag. 99. *lin.* 7. Quæ ſententia ſi vera eſſet, tabula, quam præſtantiſſimus antiquitatis cultor de la MARE Divione poſſidebat, de STILICONE etiam nunc accipienda eſſet, & illud expectandum tempus, quoad dextra etiam diptychi Divionenſis tabula, conſulis STILICONIS nomine, non alio, inſculpta reperiretur. Mihi vero opinatio eruditiſſimi BOVHIERII cur minus ſtisſecerit, earumdem epiſtolarum paginis 274. *lin.* 16. 275. *lin.* 5. eas protuli cauſſas, quibus mibi, credo & aliis, diptycha duo, Divionenſe & Turicenſe, unius ejusdemque tantum conſulis eſſe, adhuc perſuaſi. Errorem autem de STILICONE non erubeſcendum nos dediſcere potuiſſe, vero ipſo cum tabula HOTTINGERIANA in lucem prolato, quotquot ante hanc inventam ſententiæ de STILICONE acceſſerunt, mecum gaudebunt.

Præſtantiam diptychorum integrorum quis non laudet? Fac diptycbi Brixiani tabulam extare tantum ſiniſtram, dignitates conſulis babentem. Quemquam tunc doctorum de BOETHIO pbiloſopho, conſule a. Cti DX, dignitatibus viri omnino abludentibus & reclamantibus, ne per ſomnium quidem umquam cogitaturum fuiſſe, non credis? Nonne

EXPPPVSECCONSORDETPATRICIVS

doctorum ingenia exerceret, & qui eorum conſulem nobis oſtenderent his dignitatibus

tatibus omnibus teſtimonio antiquitatis exornatum, laudem acciperent? Oppido tamen fallerentur. neque enim vetuſtorum monumentorum fide quidquam earum dignitatum docerent de BOETHIO conſule a. Chr CCCCLXXXVII. quem tamen in diptycho Brixiano haberi dextrum ejus latus teſtatur, ut volumine magis quam epiſtola, DE DIPTYCHO BOETHII CONS. AD EMINENTISS. QVIRINVM teſtatum reddere ſum conatus, ſub magni omnino nominis, TVI quippe, AVSPICIIS, a TE id facere juſſus in illa TVA ad clariſſimum FEVERLINVM epiſtola, quam vel ob argumenti a TE, QVIRINE Cardinalis ſapientiſſime, ſapientiſſime tractati gravitatem in VICENNALIBVS BRIXIENSIBVS Eminentiſſimi Cardinalis Bibliothecarii A. M. QVIRINI, Epiſcopi Brixienſis, Ducis, Marchionis, Comitis &c. IN ACADEMIA GOTTINGENSI celebratis, recuſam primo loco dederunt.

Quod eam ibi præcedit *Senatus Conſultum* Academiæ Georgiæ Auguſtæ, quæ Gottingæ eſt, eorum, qui jus in Senatum veniendi habent, dubito TIBI magis quam mihi placuiſſe. Ita TIBI, moribus antiquis viro, honos habitus eſt, ut ipſum S. C. nihil niſi optimam antiquitatem ſpiret, & referat ubique. cui ſcribundo Marci duo, Varro & Tullius, adfuiſſe poſſunt credi. Quæ ſequuntur omnia vehementer me delectarunt, meumque in legendo ſtudium uſque erectum retinuerunt. Sunt enim Triumvirorum, qui maximopere laudandi & ipſi ſunt, inſignium Academiæ Georgiæ Auguſtæ Gottingenſis doctorum, IAC. WILH. FEVERLINI, IO. DAV. KOELERI, & IO. MATTHI. GESNERI: qui nulla re magis, quam nomine TVO immortalitati commendando, ſempiternam ſui quisque ingenii gloriam non modo ſe conſequi poſſe ſperarunt, ſed & conſecuti ſunt: ſiquidem inter ſe quodammodo certantes ita contenderunt, ut in legentis animo, credo & TVO ΑΡΧΙΒΡΑΒΕΩΣ, dubium reliquerint, cui eorum palma major ſit danda. dandæ ſingulis non palmulæ, ſed palmæ.

Num putas, non libentiſſime mihi lecta eſſe hæc Cl. I. M. GESNERI verba? Pag. 47. *ante fin.* „Laudum tuarum, Eminentiſſime Cardinalis, notitiam non colle„gis meis debeo, quamquam illi, quæ mereris, id eſt, ampliſſima quæque, prædi„care de te ſolent; non diurnis literatorum actis, quæ plena ſunt, uti par erat, „tuarum rerum præconiis: ſed tibi, tibi, inquam. quem anni aliquam multi ſunt „quod demonſtrarunt mihi Corcyræ primordia visum undiquaque doctiſſimum, & „ordinis illius, cui tantum debent bonæ literæ, maximum decus: cet. „ Quam ſenſerit mecum GESNERVS hic TVVS, quam vere ſenſerimus uterque, juxta nobiscum intelligis. Quum enim ob egregias Virtutes TVAS, & excellentem Græcæ linguæ intelligentiam, unus omnium digniſſimus eſſes habitus, qui Archiepiſcopus Corcyræ fieres, quam rem Cl. I. D. KOELERVS, numiſmatum duorum in memoriam QVIRINI excuſorum illuſtrator, ſuaviſſime narrat Vicennalium TVORVM

Brixienſium paginis 76. 77. 78. tanta eruditione inſulæ tunc TVAE antiquitates græcas inveſtigaſti, & PRIMORDIA CORCYRAE tanto rei literariæ bono edidiſti, ut Dea Iovis capite nata ἔργον illud, quod enixus es, ſemper TIBI laudet, & ab Apolline lauro redimiaris. Vota pro ſalute TVA ſuſcepta perficiat nobis DEVS.

Quum Eminentiſſimi QVIRINI de literis antiquis, earumque amatoribus, præclare merendi ſtudium ſit tantum, quantum orbis eruditus univerſus deprædicat, & Vicennalia Brixienſia collaudant, habeo quod addam. Cl. Io. Phil. CASSELL Magdeburgo literas ad me dedit, Martiani Capellæ, cum MSS. codicibus collati, quem BOVHIERIVS ὁ πάνυ habuerit, uſum ab heredibus Bouhierianis ſibi ut impetrem. Has optimi CASSELII preces ad TE defero, ut partes noſtras agas apud nobiliſſimum BOVHIERII generum, cujus in epp. epigr. pag. 38. *fin.* mentionem mihi fecit ſocer.

*Gravius erit* TVVM *unum verbum ad eam rem, quam centum mea.*

Hoc TE tanto confidentius rogo, quod de ſimilibus ſubſidiis TVAS fores pulſaſſe CASSELIVM facile divinare poſſum ex iis, quæ ad TE ab eo anni nuper elapſi Idibus Majis ſcripta in Specimine Humanitatis Eruditorum Germaniæ pag. 24. edere cœpiſti.

VALE, Benigniſſime MAECENAS, QVIRINE Eminentiſſime,

*O & præſidium & dulce decus meum.*

TVRICI. Menſe Ianuario. Poſt Soterem natum MDCCXXXXVIIII. qui TIBI opto *Auſpiciis felix totus ut annus eat.*

---

AD BIBLIOPEGVM

de

TABVLIS AENEIS.

Inferatur Diptychon BOETHII ante paginam (I)

- - - - - Diptychon AREOBINDI ante paginam CCXXXIII.



1. 356

Digitized by Google


B B
NARMANIBOET CONSORDETPATRIC

005E66294

Digitized by Google

Digitized by Google